THE

PUBLICATIONS

OF THE

SURTEES SOCIETY.

VOL. LXXIV.

LONDON: PRINTED BY
SPOTTISWOODE AND CO., NEW-STREET SQUARE
AND PARLIAMENT STREET

THE

PUBLICATIONS

OF THE

SURTEES SOCIETY.

ESTABLISHED IN THE YEAR

M.DCCC.XXXIV.



VOL. LXXIV.

FOR THE YEAR M.DCCC.LXXXI.



SEAL OF THE ANCIENT CHAPTER OF RIPON.



SEAL OF NICOLAS MURDAC, CANON OF RIPON,

[illegible]

MEMORIALS

OF THE

CHURCH OF SS. PETER AND WILFRID,

RIPON.

VOL. I.

Published for the Society

BY ANDREWS & CO., DURHAM;
WHITTAKER & CO., 13, AVE MARIA LANE;
BERNARD QUARITCH, 15, PICCADILLY;
BLACKWOOD & SONS, EDINBURGH.

1882.

At a Meeting of the Council of The Surtees Society, held in Durham Castle on Tuesday, December 4th, 1877, Mr. Greenwell in the Chair—it was

Resolved, That a selection from the Ancient Charters, Rolls, &c., of Ripon Minster, should be edited for the Society by the Rev. J. T. Fowler.

James Raine,

Secretary.

PREFACE.

The present volume is a first instalment of what is intended as a pretty complete collection of original materials for the history of the Church of Ripon and its dependent foundations up to the middle of the sixteenth century, so far as they can be obtained. The 'Excerpts' are, as will be seen, mostly from printed sources, but as there is so little to be found about Ripon in the works of our historians and chroniclers, it has seemed worth while to bring that little together. Among these will be found some important extracts from printed and unprinted rolls at the Public Record Office, mostly relating to the privileges of the Archbishops of York in Ripon and in other places. It is impossible to know when such a collection is complete, and absolute completeness is not claimed for this one. But it is hoped that those who are interested in the history of Ripon will here find an acceptable *catena* of authorities, and the editor will be glad to hear if there be any important omissions. Those omitted passages which have been discovered already, are given in the Appendix, and others might be supplied in an appendix to Volume II.

The collection of MSS. in the possession of the Chapter is lamentably small. The Act Book of 1452–1506 has been printed in the present series, vol. lxiv. The original charters are only the leavings of some one in the last century, who copied the best he could find into a book now in the possession of T. S. Darnbrough, Esq., referred to in this volume as 'Darnbrough MS.' The charters selected for this purpose

seem never to have been returned, for they cannot be found. They are now printed from the Darnbrough MS., together with the original charters still extant, all of which have more or less of at least local interest. The few Ripon charters printed by Dugdale have also disappeared, but are here reprinted by way of making the collection as complete as possible. A small *bullarium* will be found after the grants to the church, pp. 110–119. The rest of the charters then follow, together with other original documents, classified according to subjects. The existing materials relating to the hospitals are chiefly to be found in the rolls at the Public Record Office, where they have been entered in connection with lawsuits and royal visitations. One of the most important of these was unfortunately overlooked until it was too late to print it in its proper place; it will be found in the Appendix, p. 322. As to the Sanctuary Records, see p. 310, note 1.

In a future volume, or volumes, of these 'Memorials,' we hope to give a large collection of extracts relating to Ripon from the Archbishops' Registers at York; the best part of the few account-rolls that have not been lost; a series of Ripon Wills from the York Registry; the Chantry Certificates and Duchy of Lancaster Ministers' Accounts, from the Public Record Office, and other unpublished matter, together with *Fasti Riponienses*, originally compiled by the late Rev. John Ward, Rector of Wath, near Ripon. These will be corrected and completed so far as additional information has been obtained.

The editor has now to express his thanks to the Dean and Chapter of Ripon for the liberal way in which they have so long trusted him with their MSS.; to the Rev. J. W. Darnbrough, for the loan of his brother's and other MSS., and for help at various times; to the officials at the Public Record Office, and at the York Registry, for their courteous attention during work extending over several weeks; to Mrs. Ward, of Wath, for the use of her late husband's collections; to Canon Raine, and to the Rev. Edward S. Wilson, vicar of Winterton,

near Brigg, for their most careful and constant help in the revision of proofs. He also begs to thank some friendly critic, unknown to him, who sent corrections for the Ripon Act Book from Varese, and for the Newminster Cartulary from Rome, and he will at any time be glad to receive remarks of a like sort from the same or from other readers. Experience shews that one pair of eyes and one mind are not enough for work of this kind, but that the best results are obtained from the co-operation of two or three or more friends. 'For,' as Sir James Paget well observed in his address at the last International Medical Congress, 'in all difficult research it is well that each apparent fact should be observed by many; for things are not what they appear to each one mind. In that which each man believes that he observes, there is something of himself; and for certainty, even on matters of fact, we often need the agreement of many minds, that the personal element of each may be counteracted.'[1] The original application of these words was to the subjects discussed at the Congress, but they are no less weighty in connection with such matters as the reading of MSS., the mode of editing them, and the correction of the proof-sheets. With respect to the mode of editing here adopted, it should be borne in mind that in 'extending' contractions, in the modern punctuation and use of capital letters, and such matters, an editor working for a society cannot always do as he might in editing a document on his own sole responsibility, but must conform to precedent, and the opinion of others with whom he is associated.

It is sometimes very difficult to know what to do, as in the case of curled flourishes at the ends of words, which may or may not be marks of contraction.

The Editor hopes to give some account of the history of the

[1] This quotation was lately suggested by one who, at the good old age of 90½ years, has now departed hence, to whose sympathy and encouragement in every worthy pursuit and undertaking the Editor has from childhood been indebted to an extent which he can never duly estimate or express.

Church of Ripon by way of introduction to a future volume of these Memorials.

It has been thought well to use Mr. Le Keux's plate of Ripon seals, which has already served for the Chapter Acts, as the frontispiece to the present volume, for which it is no less suitable. The seal of Nicholas Murdac, canon of Ripon, *cir.* A.D. 1200, is used as a counter-seal to the old Chapter seal bearing the Holy Lamb on an altar. The manner in which the altar is draped is very singular, and it is no less remarkable that the canon appears to be vested in a plain albe over a cassock, without any almuce or other indication of his rank.

The autotype which faces page 90 is a perfect reproduction, by Mr. C. Prætorius, of the earliest known copy of Æthelstán's rimed charter, while the one facing page 128, executed by the same skilful hand, represents three interesting seals as well as they could be done by the autotype process. The two which hang by labels are described page 129; the central one is from a cast in the possession of Canon Raine, from the collection of the late Mr. Walbran. St. Mary Magdalene is represented with her long hair, holding the alabaster flask of ointment in her right hand, and apparently a book in her left. The inscription is, + S. HOSPITALIS SCE MARIE MAGDALENE, RIPOVN. No seals of the other Hospitals have come in our way.

For the woodcut of Sharow Cross on page 318, from a sketch by Mr. Walbran, we are indebted to Mr. W. Harrison, of Ripon.

A rather long list of additions and corrections will be found at page 333. Most of the latter relate to very trifling matters, but all the errors which have been noticed, however slight, are corrected.

BISHOP HATFIELD'S HALL, DURHAM:
May, 1882.

MEMORIALS OF RIPON.

EXCERPTS.

EARLY EDUCATION OF ST. WILLIBRORD AT RIPON.

ALCUIN (Ealhwine), *Vita S. Willibrórdi*, lib. I. cap. iii.[1]

FACTUM est post circulum dierum, et mulier peperit filium, sacroque fonte baptismatis regenerato imposuit ei mater nomen Willibrord, et statim ablactatum infantulum tradidit eum pater Ripensis Ecclesiæ fratribus, religiosis studiis, et sacris literis erudiendum: ut fragilior ætas validioribus invalesceret disciplinis, ubi nihil videret nisi honesta, nihil auderet nisi sancta. Quem Divina mox gratia ab ineunte pueritia et sensu proficere, et moribus pollere, quantum ad tales congruit annos, concessit: ita ut nostris temporibus novum Samuel nasci putares, de quo dictum est: *Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, et placebat tam Deo quam hominibus.* Ibique in prædicto monasterio multis profuturus puer, clericatus accepit tonsuram, et pia professione monachum se fecit esse, et inter cæteros ejusdem sanctissimi monasterii adolescentes enutritus est; sed nulli alacritate minor, nulli humilitatis officio secundus, nulli lectionis studio inferior: sed sic quotidie bonæ indolis puer proficiebat, ut teneros pueritiæ annos morum gravitate transcenderet: factusque est grandævus sensu, qui corpusculo modicus fuit et fragilis. (Cap. iv.) Igitur in sacris eruditionibus, et in omni sobrietate, morumque honestate, beatissimo, usque ad vicesimum ætatis suæ annum, adolescente proficiente, arc-

c. A.D. 657. Willibrord born.

c. A.D. 660. Brought up at Ripon.

1 Sam. ii. 26.

Receives the tonsure at Ripon Abbey.

c. A.D. 677.

(1) Alcuin relates in chapters i. and ii. how there was in Northumbria a Saxon named Wilgis, who led a holy life with his wife and family, but afterwards became a hermit on Spurn Point. The wife of Wilgis had a heavenly vision of a crescent moon becoming full, entering in at her mouth, and filling her with splendour. This vision was interpreted by the birth of Willibrord, as related in chapter iii.

tioris vitæ ardore succensus est, et peregrinationis amore instigatus. Et quia in Hibernia scholasticam eruditionem viguisse audivit, etiam quorumdam sanctorum virorum, fama narrante, conversatione incitatus, et præcipue beatissimi patris et episcopi Egberti, qui cognomento SANCTUS vocabatur; nec non et Wilberti venerabilis viri et sacerdotis Dei, quorum uterque ob cœlestis patriæ amorem, domo, patria, cognationeque relicta, Hiberniam secessit, ibique dulcissimos supernæ contemplationis fructus, seculo nudus, Deo plenus, solitaria quotidie hauriebat conversatione. . . .[1]

Goes into Ireland for the sake of learning.

ALCHFRITH'S MONASTERY AT RIPON.

BÆDA, *Vit. S. Cuthb.* cap. vii.

c. A.D. 660. Alchfrith had founded a monastery at Ripon,

Cumque post aliquot annos regi Alchfrido placeret pro redemptione animæ suæ locum quendam regni sui, qui vocatur Inrhypum, ad construendum ibidem monasterium Eatan abbati donare, tollens idem abbas quosdam e fratribus secum, in quibus et Cudberctum, condidit ibi quod petebatur monasterium, atque eisdem, quibus antea Mailros, institutis disciplinæ regularis imbuit.[2] Ubi famulus Domini Cudberctus suscipiendorum officio præpositus hospitum, probandæ suæ gratia devotionis Angelum Domini suo suscepisse fertur hospitio. Exiens etenim primo mane de interioribus monasterii ædibus ad hospitum cellulam invenit inibi quendam sedentem juvenem, quem hominem æstimans solito mox humanitatis more suscepit. Nam lavandis manibus aquam dedit, pedes ipse abluit, linteo extersit, fovendos humiliter manibus suo in sinu composuit, atque ut horam diei tertiam etiam cibo reficiendus expectaret, rogavit, ne si jejunus iret fame pariter et frigore lassaretur hiberno. Putabat namque hominem nocturno itinere simul et flatibus defessum niveis, illo requiescendi gratia diluculo devertisse. Negavit ille, et se cito iturum, quia longius esset mansio ad quam properaret, respondit. At Cudberctus diu multum rogans, tandem adjuratione addita Divini Nominis, ad manendum coegit; statimque ut expletis horæ tertiæ precibus vescendi tempus aderat adposuit mensam, sumendas obtulit escas, et

where St. Cuthberht entertained an angel.

(1) Willibrord went into Frisia in 690, being then in the thirty-third year of his age (*Alcuini Opp.* Tom. II. vol. i. p. 185 *n.* ed. Froben). This gives us the date of his birth, and, approximately, that of Alchfrith's foundation at Ripon for the Scottish monks who were displaced for Wilfrid in 661, 'not long after' the original foundation. See p. 4.

(2) See the last note.

'Obsecro te,' inquit, 'Frater, reficias, dum rediens panem calidum adfero, spero enim quia jam cocti sunt modo.' At ubi rediit, non invenit hospitem quem edentem reliquerat, explorat vestigia quo iret, sed nulla uspiam cernit, recens autem nivis terram texerat, quæ facillime viantis iter proderet, et quo declinaret, monstraret. Stupefactus ergo vir Domini, et secum quærens de facto reposuit mensam in conclavi. Quod ingressus continuo obviam habuit miri odoris fragrantiam. Circumspiciens autem unde esset orta tanta odoris suavitas, vidit juxta positos tres panes calidos, insoliti candoris et gratiæ. Pavensque talia secum loquitur, 'Cerno quod Angelus Dei erat quem suscepi, pascere, non pasci veniens, en panes attulit quales terra gignere nequit. Nam et lilia candore, et rosas odore, et mella præcellunt sapore. Unde constat quia non densa tellure orti, sed de paradiso voluptatis allati sunt. Nec mirum quod epulas in terris sumere respuerit humanas, qui æterno vitæ pane fruitur in cœlis.' Itaque vir Domini de ostensa miraculi virtute compunctus majorem ex eo virtutum operibus curam impendebat. Crescentibus autem virtutibus crevit et gratia cœlestis. Denique sæpius ex eo tempore angelos videre et alloqui, sed et esuriens cibis specialibus sibi a Domino præparatis meruit refici. Nam quia affabilis et jocundus moribus erat, plerumque dum ad exemplum vivendi præsentibus patrum præcedentium gesta referret, etiam quid sibi doni spiritalis superna pietas contulerit humiliter interserere solebat. Et aliquando autem velate quasi sub persona alterius id facere curabat. Quod tamen qui audiere, quia de seipso dixerit intelligebant, juxta exemplum Magistri gentium, qui modo aperte suas virtutes replicat, modo sub prætextu alterius personæ loquitur, *Scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim raptum usque ad tertium cœlum.*

Bread from heaven.

Cuthberht's character.

2 Cor. xii. 2.

Cap. viii. Interea quia fragilis est et more freti volubilis omnis seculi status, instante subito turbine præfatus abbas Eata cum Cudbercto et cæteris quos secum adduxerat fratribus domum repulsus est, et locus monasterii quod condiderat aliis ad incolendum monachis datur.

The Scottish monks displaced.

A.D. 661.

WILFRITH ESTABLISHED IN RIPON.

BÆDA, *Hist. Eccl.* III. xxv.

Porro Alchfrid magistrum habens eruditionis Christianæ Vilfridum virum doctissimum: nam et Romam prius propter

A.D. 661.

Alchfrith

establishes Wilfrith in place of the Scottish monks.

doctrinam ecclesiasticam adierat, et apud Dalfinum[1] archiepiscopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat, a quo etiam tonsuræ ecclesiasticæ coronam susceperat, hujus doctrinam omnibus Scottorum traditionibus jure præferendam sciebat: unde ei etiam donaverat monasterium quadraginta familiarum[2] in loco qui dicitur Inhrypum, quem videlicet locum paulo ante eis qui Scottos sequebantur in possessionem monasterii dederat. Sed quia illi postmodum data sibi optione, magis loco cedere quam suam mutare consuetudinem volebant, dedit eum illi qui dignam loco et doctrinam haberet, at vitam.

c. A.D. 657.

ALCHFRITH'S DONATIONS TO WILFRID.

Eddius (Aedde), *Vita Wilfridi*, viii.

A.D. 661. Alchfrith's donations to Wilfrith, at Stanford, and in Ripon.

Deinde postquam de die in diem inter eos augebatur amor, Alchfrithus dedit primum Sancto Wilfritho confessori terram decem tributariorum[3] Æt Stanforda,[4] et post paululum cœnobium in Hrypis, cum terra triginta mansionum,[5] pro animæ suæ remedio, concessit ei, et abbas ordinatus est. Jam autem, sicut ei sæculi hujus lata janua per Dominum aperiebatur et per Sanctum Petrum Apostolum, ita large crescebat ei porta aperta eleemosynarum pro Domino in pauperes, pupillos, ac viduas, omnique languore infirmitatis colligatos, ostendens perspicue quid animo gerebat in paupertate. Ecce jam, fratres, videte et admiramini quam magnum bonum Deus regi concedit, qui invenit bonam margaritam, et statim sine mora comparavit eam. Non solum autem Alchfrithus rex Sanctum Wilfrithum abbatem diligebat; sed omnis populus, nobiles et ignobiles, eum habebant quasi prophetam Dei, ut erat. (Cap. ix.) In illis autem diebus veniens Ægelberchtus, episcopus transmarinus, ad regem Oswiu et ad Alchfrithum filium ejus, visitavit eos;

Wilfrith's popularity.

c. A.D. 663. By request of King Oswiu,

(1) It is supposed that Bæda and others have confused Annemundus, Archbishop of Lyons, with his brother Dalfinus, Count of that city, as the Lyons Fasti contain no Dalfinus; most likely 'Dalfinus' is the Latin form of a *cognomen* common to the two brothers.—See Raine's *Historians of the Church of York*, i. 6, *n.*, and Smith's *Bæda*, p. 750, 35.

(2) 'Familia' is a Latin equivalent of the old English híd or hýd, a hide of land, the amount sufficient for the support of one family.—Kemble's *Saxons in England*, i. 4. In referring to this grant elsewhere (v. 19) Bæda says 'triginta familiarum,' and Eddius says 'triginta mansionum.'

(3) Persons subject to tribute as freeholders.

(4) A place not yet identified. See Raine's note.

(5) The same as 'familiarum'; see note 2.

indicavitque ei Alchfrithus rex de Sancto Wilfritho abbate ab Apostolica sede veniente, sicut illi nuntiatum est ab his qui eum noverant, dicentes virum esse humilem et quietum, in jejuniis et orationibus occupatum, benignum, sobrium, modestum, misericordem, plenum auctoritatis et gratiæ Dei, pudicum, prudentem, non vinolentum, docibilem, et bene docentem, sermone puro et aperto; 'ideoque rogo te, ut imponas super eum presbyterii 'gradum, et sit mihi comes individuus.' Episcopus autem respondit ei prophetico spiritu, 'Talis utique debet episcopus 'fieri;' et eum, secundum præceptum regis, in Hrypis presbyterum ordinavit. Sicut autem David, puer electus a Domino est, et per Samuelem unctus, dona prophetiæ accipere post multas temptationes meruit; ita Sanctus Wilfrithus presbyter, post multas benedictiones Sanctorum Dei, tam multiplices donationes coram Deo et hominibus, quas enumerare nullus potest, Deo concedente et in angustiis suis custodiente, accepit.

he is ordained priest at Ripon.

FRIDEGODA, *Vita S. Wilfridi*, 221–228.

A.D. 661.

Estates at Ripon.

Cum rege manens, sat multa benigno
Obtinuit merito pecuaria, prædia, census,
Atque monasterium vulgari nomine Hripis.
Qui non æratas instabat condere gazas,
Dapsilis ast cunctis, dedans epìmenia [1] vitæ,
Pauperibus largas præbebat sedulus escas,
Exemplo pandens pariat quid spiritus ardens.

EADMER, *Vita Wilfridi*, cap. viii.

A.D. 642 to 670.

The piety of Oswiu and Alchfrith.

Præfuit eo tempore genti Nordanhimbrorum Christianissimus rex Oswius, successor beatissimi regis et martyris Oswaldi; qui Oswius filium suum Alfridum regni socium sibi constituit. Fuere autem utrique reges in Christiana religione ferventes, ecclesiarum diligentissimi cultores et catholicarum doctrinarum studiosissimi auditores, amatores, sectatores. Cum ergo beatus vir Dei Wilfridus in patriam esset reversus, fama sanctitatis et prudentiæ ejus, fama eloquentiæ et Apostolicæ doctrinæ ejus, circumquaque mira celeritate innotuit; necnon ad aures prædictorum principum ingenti cum laude processit. Sanctitas quoque et insignis amor Christianitatis, qui regum corda

(1) Monthly offerings. Another MS. has 'hermenia,' interpretation or instruction. Has the word in the text any reference to monthly communion? The interlineary gloss has 'esca.'

A.D. 661. Wilfrith's reception.

repleverat, notitiam Sancti nequaquam fugere poterat. Ex hoc curiæ regis Alfridi præsentatus, humane suscipitur; brevi, quod antea solo auditu in eo sciebatur, re ipsa cognoscitur, et eo regali amicitiæ familiariter associatur. Probitas etiam integerrimæ vitæ, quam fama primo vulgaverat et prudens simplicitas, simplexque prudentia, quam in illo ad omnes cum humilitate vigebant, non modo regi, verum et omnibus eum carum exhibebant. Tribus ex hoc annis regalem curiam fovit, et virtute animi gratiam, gloriam, honorem sibi comparavit. Unde et regio munere auctus tam mobilibus quam et immobilibus rerum bonis, etiam inter animales homines[1] clarus erat. Super hæc quoque Ripensi ecclesia, cum hiis quæ sui juris extiterant, regali munificentia donatus est. Ex eo autem summa cura procurabat, quatenus opes suæ magis transirent in victum indigentium, quam servaret eas more avare opes suas recondentium. Interea venit ad regem episcopus Occidentalium Saxonum, nomine Ailbertus, vir sanctus, et ecclesiasticis disciplinis apprime institutus; qui et eidem regi magno fuerat familiaritatis amore conjunctus. Hic, rogatus a rege, Wilfridum ad presbyteratus officium promovit, utpote quem sacerdotio fungi dignissimum esse cognovit.

He is loaded with royal gifts. Donation of Ripon. He is ordained priest.

Ripon Psalter, *In Festo Deposicionis S. Wilfridi.*

A.D. 661. Wilfrith's friendship with Alchfrith. Donation of Scottish monastery.

Leccio iij. Sanctus vero Wilfridus Britanniam veniens conjunctus est amiciciis Alfridi regis, quem Oswius pater ejus, beatissimi regis et martyris Oswaldi successor, regni socium sibi constituit. Unde et ille, quia catholicum eum esse comperit, mox donavit ei monasterium xl[a] familiarum in loco qui vocatur Ripon. Quem videlicet locum dederat pridem ad construendum inibi monasterium hiis qui Scottos sequebantur. Verum quia illi postmodum, opcione data, maluerunt loco cedere quam, suis tradicionibus postpositis, pascha catholicum, cæterosque ritos (*sic*) canonicos juxta Romanæ Ecclesiæ consuetudinem recipere, dedit hoc illi quem melioribus imbutum disciplinis viderat.

A.D. 664. Wilfrith ordained priest, and bishop.

Leccio iiij. Itaque, desiderante rege Alfrido, venerandus vir Wilfridus sacerdos ordinatus est ab Agilberto Grwisorum[2] episcopo, et non multo post, eliminata Scotorum secta, Galliam illum mittens cum consilio patris sui Oswii, episcopum sibi rogavit ordinari ab eodem Agilberto, qui, relicta Britannia,

(1) Spiritual men, or, the opposite. See Ducange.
(2) The Gewissi, or West Saxons of what is now Hampshire.

Parisiacæ civitatis episcopatum sortitus erat. Qui, mandatis graciosis obtemperans, eum, cooperantibus undecim episcopis, honorifice consecravit. Quo adhuc in transmarinis partibus demorante, consecratus est Cedda,[1] vir sanctus, in episcopatum Eboraci, jubente rege Oswio, aliorum versucia circumvento, quorum sectæ pravitas per beatum Wilfridum pridem detecta fuerat atque disjecta. Et tribus annis ecclesiam sublimiter regebat, dehinc considerans se non juste alterius episcopi episcopatum obtinuisse, pœnitencia ductus, ad monasterium quod est in Listingai curam secessit, accipiente Wilfrido episcopatum tocius Northanhimbrarum provinciæ.

His long delay, and the consecration of Ceadda, who soon retires to Lastingham.

Wilfrith, bishop of Northumbria.

EADHAED, AFTERWARDS BISHOP OF RIPON.

BÆDA, *Hist. Eccl.* III. xxviii.

Misitque rex cum eo[2] presbyterum suum vocabulo Eadhaedum, qui postea regnante Ecgfrido, Hrypensis ecclesiæ præsul factus est.

A.D. 664.

Eadhaed sent with Ceadda to Canterbury.

WILFRITH IN RETIREMENT.

EDDIUS, xiv.

Revertens quippe ad sedem cœnobialem abbatis, humiliter in Hripis tribus annis resedit, nisi quod frequenter a Wlfario rege Merciorum ad officia diversa episcopalia in regione sua cum vera dilectione invitatus est[3] . . . Ecgberhtus quoque, rex Cantwariorum religiosus, pontificem nostrum ad se accersivit, et illic presbyteros multos . . et non paucos diacones ordinavit.[4]

c. A.D. 666.

Wilfrith as abbat. Acts as bishop in Mercia and in Kent.

EADMER, xiv.

Patrio itaque portu, patriaque potitus, confestim sibi rumor innotuit, qualiter suæ sedi Ceadda substitutus antistes sit. Qui

c. A.D. 666.

(1) Commonly known as 'St. Chad.'

(2) With Ceadda, when he went to Canterbury to be consecrated in Wilfrith's absence.

(3) Wilfrith remained so long in France when he went to be consecrated bishop, that King Oswiu had Ceadda consecrated in England to supply his place; Wilfrith therefore had to live in retirement as abbat in Ripon until Theodore restored him to his see, and removed Ceadda, which was in 669.

(4) Eddius goes on to say how he travelled about with singers, masons and artisans, one of the singers being named Aedde, supposed to be the narrator himself. He appears at this time to have brought the rule of St. Benedict to his monasteries in the north, and then to have returned to Mercia. Fridegode gives the same account (404–427).

Wilfrith returns quietly to Ripon.

pro re nihil omnino turbatus, placido vultu et hilari pectore Ripum perrexit; ibique servitiis Dei intentus, magna mentis stabilitate per aliquod tempus in secretiori habitaculo deguit. Sed quia civitas supra montem posita nequit abscondi, a multis, et præcipue nobilibus, frequentebatur, eximiæ sanctitatis ejus fama permotis. Rex quoque Merciorum, nomine Wlfarius, vir Deo valde devotus, famulum Christi adiit, eumque ut loco cederet, secumque maneret, importuna vix prece deflexit; et compos suæ voluntatis effectus, ingenti beatum patrem dilectionis affectu coluit, terris et honoribus auxit. (Cap. xv.) Metropolitana vero sedes totius Angliæ, dum hæc fierent, pastore carebat, defuncto, ut prædiximus, archiepiscopo Deusdedit. Et quoniam tanta sedes absque episcopali providentia esse nequibat rex Cantuariarum, Egbertus, Beati Wilfridi prudentia sanctitateque audita, ad ipsum misit. . . . Ad ecclesiam igitur venit, et quæ per Spiritum Sanctum agenda cognovit, sedulus inibi administravit.

He is visited by Wulfhere, king of Mercia.

He acts as bishop in Kent.

WILFRITH'S WORKS AT YORK AND RIPON.

EDDIUS, xvi.

A.D. 670. Wilfrith repairs the basilica at York.

Igitur supradicto rege regnante,[1] beatæ memoriæ Wilfritho episcopo metropolitano Eboracæ civitatis constituto, basilicæ oratorii Dei, in ea civitate a Sancto Paulino episcopo in diebus olim Eadwini Christianissimi regis primo fundatæ et dedicatæ Deo, officia semiruta lapidea eminebant. Nam culmina antiquata tecti distillantia, fenestræque apertæ, avibus nidificantibus intro et foras volitantibus, et parietes incultæ, omni spurcitia imbrium et avium horribiles manebant. Videns itaque hæc omnia sanctus pontifex noster, secundum Danielem, *horruit spiritus* ejus, in eo quod domus Dei et orationis quasi speluncam latronum factam agnovit; et mox juxta voluntatem Dei emendare excogitavit. Primum culmina corrupta tecti renovans, artificiose plumbo puro detegens, per fenestras introitum avium et imbrium vitro prohibuit, per quod tamen intro lumen radiabat. Parietes quoque lavans, secundum prophetam, *super nivem* dealbavit.[2] Jam enim non solum domum Dei et altare in varia supellectili vasorum intus ornavit, verum etiam deforis multa

Dan. vii. 15.

The lead,

the glass,

Ps. l. (li.) 9, the white-wash.

(1) Oswiu, succeeded in the same year by his son Ecgfrith.

(2) So Richard the Fearless at Fécamp (A.D. 942–96), 'Hinc forinsecus dealbavit illud, intrinsecus autem depinxit historialiter.'—Dudo, 153 D; Freeman, *Norm. Conq.* v. 599.

territoria pro Deo adeptus, terrenis opibus paupertatem auferens, copiose ditavit. Tunc sententia Dei de Samuele et omnibus sanctis in eo implebatur, *Qui*, inquit, *me honorificat, honorificabo eum*: erat enim Deo et omni populo carus et honorabilis.[1] (Cap. xvi.) Crescebat ergo in sæculari sumptu, Deo donante, pontifici nostro, amico Sponsi Æternalis, magis ac magis ardentissimus amor sponsæ virginis uni viro desponsatæ, de matre omnium bonorum caritatis progenitæ; quam disciplinæ moribus quasi floribus virtutum, castam, et pudicam, continentem, et modestam, *circumamictam varietate*, subjectam, pulchre adornavit. Secundum prophetam, *omnis gloria filiæ regis ab intus.* Sicut enim Moyses tabernaculum sæculare manufactum, ad exemplar in monte monstratum a Deo, ad concitandam Israelitico populo culturæ Dei fidem, distinctis variis coloribus ædificavit, ita vero beatissimus Wilfrithus episcopus thalamum veri Sponsi et Sponsæ, in conspectu populorum, corde credentium, et fide confidentium, auro et argento, purpuraque varia mirifice decoravit. Nam in Hrypis basilicam polito lapide a fundamentis in terra usque ad summum ædificatam, variis columnis[2] et porticibus suffultam, in altum erexit et consummavit. Jam postea perfecta domu, ad diem dicationis ejus invitatis regibus Christianissimis Ecgfritho et Ælwino, duobus fratribus, cum abbatibus, præfectisque, et subregulis; totiusque dignitatis personæ simul in unum convenerunt; consecrantes, secundum sapientissimum Salomonem, domum Domino in honorem Sancti Petri Apostolorum principis dicatam, precesque in ea populorum suffragantem: altare quoque cum bassibus[3] suis Domino dedicantes, purpuraque auro texta induentes; populique communicantes omnia canonice compleverunt. Stans itaque Sanctus Wilfrithus episcopus ante altare, conversus ad populum, coram regibus enumerans regiones, quas ante reges pro animabus suis, et tunc in illa die, cum consensu et subscriptione episcoporum et omnium principum qui illi dederunt, lucide enuntiavit; necnon

[Margin notes: 1 Sam. ii. 30. — Wilfrith's worldly prosperity. — 2 Cor. xi. 2. — Ps. xliv. (xlv.) 15, 14. — He builds a basilica at Ripon. — The dedication of the church — to St. Peter. — Dedication of the altar, with 'his bases.' — British church endowments Claimed by Wilfrith.]

(1) This chapter is here given as illustrating the following one, describing Wilfrith's works at Ripon.

(2) Freeman thinks that these columns of various kinds were 'probably like those in the basilicas of Ravenna, the spoil of earlier buildings.'—*Norman Conquest*, v. 610. Such may perhaps have come from the neighbouring *Isurium* (Aldborough).

(3) That is, the foot-pace and steps. It has been proposed to read *vasibus*, but in Ezra iii. 3, we have 'altare Dei super bases suas' (Vulg.); E. V. 'upon his bases'; and see Concordance.

et ea loca sancta in diversis regionibus, quæ clerus Brytannus,[1] aciem gladii hostilis manu gentis nostræ fugiens, deseruit. Erat quippe Deo placabile donum, quod religiosi reges tam multas terras Deo ad serviendum pontifici nostro conscripserunt; et hæc sunt nomina, regionum juxta Rippel, et in Gaedyne, et in regione Dunutinga, et in Caetlævum, in cæterisque locis.[2] Deinde, consummato sermone, magnum convivium trium dierum et noctium reges cum omni populo lætificantes, magnanimes in hostes, humiles cum servis Dei, inierunt. Addens quoque sanctus pontifex noster, inter alia bona, ad decorem domus Dei, inauditum ante sæculis nostris quoddam miraculum. Nam quatuor Evangelia de auro purissimo in membranis purpuratis,[3] coloratis, pro animæ suæ remedio scribere jussit; necnon et bibliothecam librorum eorum, omnem de auro purissimo et gemmis pretiosissimis fabrefactam, compaginare inclusores gemmarum præcepit;[4] quæ omnia, et alia nonnulla, in testimonium

Rippel, etc.

A great feast.

Book of the Gospels: its purple leaves and splendid cover.

(1) If Wilfrith 'referred to British Church lands round Ripon, his words reach back to before A.D. 616,' when the British were driven out of Elmet according to Bæda and Nennius.—Haddan and Stubbs, i. 125, *n.*

(2) For conjectures as to these places, see Raine's notes. 'Rippel' is probably the river Ribble; the district between the Ribble and the Mersey was connected with the see of York through the archdeaconry of Richmond until the see of Chester was founded. Leland gives these names as follows, *ex libro de vita S. Wilfridi*: 'Terræ datæ S. Wilfrido a regibus juxta Ribel. flu.; id est, Hacmunderness, et in Geding (*interl.* dene) et in regione Dunutinga, et in Aetlevum, in ceterisque locis.'—Coll. iii. 109. 'Magnates qui aderant in consecratione, terras plurimas in dotem eccl. contulerunt, scilicet Rible, et Hasmundesham, et Marchesiæ, et in regione Duninga.'—*Ex vita Wilfridi, autore Petro Blesensi, quod opus Galfrido, Archiepiscopo Ebor. dedic.—Ib.* p. 110. Hacmunderness was the district of Lancashire between the Ribble and the Cocker.

(3) The famous *Codex Argenteus,* containing the Gothic Gospels as translated by Ulphilas, and the celebrated Gallican Psalter in the Abbey of St. Germain des Près, both MSS. of the fifth or sixth century, are written in letters of silver and gold on purple vellum.

(4) *Ex vita. . . autore Petro Blesensi* (Lel. *Coll. ut supra*): 'Idem quoque vir Dei quatuor evangelia, et bibliothecam, pluresque libros novi ac vet. testamenti, cum tabulis, tectis auro puriss. et pretiosis gemmis, mirabili artificio fabrefactis, ad honorem Dei, et sui nominis memoriam, præsentavit.' Peter of Blois, archdeacon of Bath and afterwards of London, was a canon of Ripon. His Life of St. Wilfrith, which Leland saw, is only known to us by the few extracts in the *Collectanea*, and by the following note: 'Erat in sacro vestiario Ripoduni (*sic*) liber Petri Blesensis de vita S. Wilfridi, dedicatus Galfrido archiepiscopo Ebor.'—*Coll.* iv. 110. It will be observed that Eddius mentions only a book of the Gospels: the number of volumes supposed to have been given by Wilfrith may well have increased considerably by the latter part of the twelfth century, when Peter flourished.

beatæ memoriæ ejus, in ecclesia nostra[1] usque hodie reconduntur, ubi reliquiæ illius requiescunt; et sine intermissione quotidie in orationibus nominis ejus recordantur.[2]

EADMER, xviii.

Beatus vero Wilfridus suis redditus, egregia mentis instantia operam dabat, quatenus et ea quæ longa vetustas aut incuria dissolverat, et ecclesiis restauraret: et quæ in subditorum suorum moribus oculos magni Dei offendere poterant, eliminaret. Quibus operibus quanto magis intendebat, tanto se in majori virtutum exercitio constringebat; ut subjectis in ejus vita esset videre, qua diligentia deberent verborum ipsius documenta suscipere. A.D. 670. Wilfrith's conduct after his restoration.

Hiis autem quæ destructa reppererat in integrum restitutis, ecclesiam in honorem Beati Petri Apostolorum principis a fundamentis consummavit, et eam multo decore sub immensa principum ac populorum frequentia consecravit.[3] Ut autem ventum est ad sui sermonis officium, luce clarius visa sunt Dominica in eo verba compleri, *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis.* Quod ea re plane licet considerare, cum et populus in Deum magna sit dilectione ex illo affectus, et corda principum tanto timore et amore Dei sint accensa, ut non solum ea quæ prius ad jura ipsius ecclesiæ pertinebant, ad vocem illius testamentis confirmarent, sed et quædam de suis ipsi ecclesiæ condonarent. Triduo post hæc, omni secum turba detenta, pane vitæ tam cœlestis quam terrestris eam copiose refecit. Ecclesiam præterea magnis muneribus et ornamentis, decori domus Dei competentibus, ditavit. Et cum hæc opera laude dignissima faceret, uti mortiferam pestem laudem fugiebat humanam; ac sic positus in medio populorum omnibus erat speculum, et informatio operum bonorum. He builds Ripon Minster. St. Matth. x. 20. Gifts to the church of Ripon.

For an account of his life and works see Wright's *Biogr. Brit. Literaria*, Anglo-Norman period, 366. Ripodunum is Repton, here mentioned by mistake for Ripon.

(1) This expression shews that Eddius belonged to the church of Ripon.

(2) With these accounts of Wilfrith's works at York and Ripon we may compare Prior Richard's description of the churches he built at Hexham.—*Priory of Hexham*, i. 10–15 (Surtees Soc. vol. xliv.).

(3) Canon Raine, unable to believe that Eadmer would omit all reference to Wilfrith's repairs at York, says that he here 'seems to blend York and Ripon together.'—*Historians*, p. 179, *n.*

FRIDEGODA, 437–480.

Quomodo templum Dei renovaverit.

A.D. 670. Wilfrith repairs York Minster.

Redditus ergo suis, instabat promptius illis.
Ecclesiæ vero fundamina cassa vetustæ,
Culmina dissuto violabant trabe palumbes.[1]
Humida contrito stillabant assere tecta;
Livida nudato suggrundia [2] pariete passa
Imbricibus nullis: pluviæ quacunque vagantur,
Pendula discissis fluitant laquearia [3] tignis,
Fornice [4] marcebant cataractæ [5] dilapidato.
His ita contuitis, exhorruit ilicet alti
Viribus ingenii reparare peribula [6] templi.
Incumbunt fessi vasto sudore ministri; [7]
Nec minus approperant opicizi [8] emblemata proni
Arcus incultos hyalino [9] claudere velo.
Pondus et informes Atlantes [10] ferre priores
Jussit et expletum: lymphis perfunditur absis,
Albanturque suis lustrata altaria peplis.
Exin glorifico persolvit munia Christo.

Quomodo in Hripis basilicam constituit.

c. A.D. 670. Wilfrith's growing popularity.

Crescit summa viri, crescit dilectio Sancti,
Virtutum genetrix, almorum florida nutrix,
Non igitur cœptum dissolvit dexia [11] votum,

(1) Columbæ majores et silvestres, *interl.* MS.

(2) Eaves.

(3) *i.e.* catenæ aureæ et funes lucernæ, *interl.* MS. But it must refer to the ceilings.

(4) Area, *interl.* MS. Properly 'vault,' here used for the whole building.

(5) Fenestræ, *interl.* MS. See Ducange under *cataractæ* (2). So *καταρράκτης*, a kind of portcullis (Liddell and Scott). It seems possible that the 'cataract' which obstructs vision, as by a shutter in the window of the eye, derives its name from the word in this sense.

(6) Deambulataria, *interl.* MS. The inner wall or screen that surrounds the choir. See Ducange.

(7) Ducange suggests that we should here read *obryzi*, 'of gold.'

(8) Another MS. has 'latomi.'

(9) Vel veridi, *interl.* MS.

(10) Montes, *interl.* MS.

(11) Inertia, *interl.* MS. rather 'prosperity.'

Picria[1] neve tulit; seu dissologia[2] rupit
Theosopho spirans animo cognata synergus,[3]
Oppida diffuso Hripis amplificare colurno.[4] He builds Ripon Minster.
Illic planata triviatim[5] vomere terra,
Symmetriis[6] perpendiculo[7] perfecte libratis,
Ecclesiam statuit, thalamum Christoque dicavit.
Tandem post paucas ornatis rebus imeras[8]
Convenere duces, necnon basilëia[9] pubes,
Tristatæ,[10] comites, vulgi promiscua strages.
Ecclesiæ proceres ædem pro more beantes,
Ornarunt altare Petri sub honore canori.
Stans in cancellis[11] dat cunctis sperma[12] salutis, His oration.
Regibus edixit, repetitaque rura recepit.
Verbo necne cibo triduo turbam satiavit.
Optima quæque dedit libens exennia[13] miris
Efflorata[14] modis, capsa cibus atque gemellis
Codex aurato conseptus grammate scriptus, Book of the Gospels.
Auctus Evangelicum servans in corpore textum.
Cumque benignivolo persolveret omnia corde, His humility.
Inflatur nullo Jesu moderamine typho,[15]
Quapropter merita donatus digne chorea[16]
Floruit, ut quondam Moysi sub tempore lampas,
Pandens æternæ callem patriamque quietis,
Atque domos sibimet superæ regionis amicas.

(1) Iras, *interl.* MS.
(2) Bifaria locutio, *interl.* MS.
(3) Conlaborans, *interl.* MS.
(4) Hazel, see Ducange.
(5) Another MS. has 'decusatim.' We may compare Symeon's account of the clearing and levelling at Durham.—*Hist. Eccl. Dun.* lib. III. cap. ii.
(6) *i.e.* connumerationibus, *interl.* MS.
(7) Modica petra aut plumbum quod ligant in filo quando ædificant parietes, *interl.* MS.
(8) Dies, *interl.* MS.
(9) Regalis, *interl.* MS.
(10) Nobles, Gr. τριστάται.
(11) Gradibus ligneis, *interl.* MS. *ante altare*—Eddius.
(12) Semen, *interl.* MS.
(13) Dona, *interl.* MS. the same as *xenia*, gifts to guests.
(14) Another MS. has 'Deflorata.'
(15) Opinione falsa, *interl.* MS. Properly *smoke*, whence confusion of intellect, whether produced by personal vanity or by disease (*typhus* fever).
(16) Saltatione et sono ludorum, aut a choro dictum—*interl.* MS.

WILFRITH'S 'SON.'

EDDIUS, xviii.

c. A.D. 670. Wilfrith's 'son' at Ripon.

Erat autem puer cognomine Filius Episcopi, vivens in Dei servitio in Hrypis, usque dum in mortalitate magna diem obiit.[1]

THE GREAT COMET.

PETERBOROUGH A. S. CHRONICLE, *An.* DC. lxxviii.

A.D. 678. A comet. Wilfrith driven from his see, and others hallowed.

Her ateowede cometa[2] se steorra on Auguste. & scan III. monðas ælce morgen. swilce sunne beam. & Wilferð biscop wæs adrifen of his biscopdome fram Ecferðe cininge.[3] & man gehalgode II. biscopas on his stal. Bosan to Derum. & Eatan to Beornicum. & man gehalgode Lindiswarum to biscope Eadhed. se wæs on Lindissi ærost biscopa.

EADHAED TRANSLATED TO RIPON.

BÆDA, *Hist. Eccl.* IV. xii.

A.D. 678. Eadhaed ordained bishop for

Cum quibus[4] et Eadhaed in provincia Lindisfarorum, quam nuperrime rex Ecgfrid, superato in bello et fugato Vulfhere obtinuerat, ordinatur episcopus. . . . Ordinati sunt autem Ead-

(1) In this chapter Eddius relates at some length how a dead infant was raised to life and baptized by Wilfrith. The child was promised to him when seven years old, but the promise was not kept. Wilfrith, however, obtained the custody of the child at last. So *Fridegode,* 481–528. *Eadmer*, cap. xix.

(2) The comet which made so deep an impression all over Europe in 1066, the year of the Norman Conquest, and again in 1759, when it verified the calculations of Dr. Halley by reappearing. It has been calculated and traced back through Chinese annals to B.C. 12; its last appearance was in 1835, and its next should be in 1910. For several notices of it in 1066, and dates of later appearances, see Freeman's *Norm. Conq.* iii. App. N. The chronicles of Abingdon and Worcester say, *sub anno* 1066, 'þa wearð geond eall Englaland swylc tacen on heofenum gesewen swylce nan man ær ne geseah. Sume men cwedon ꝥ hit cométa se steorra wære, þone sume menn hatað þone fexedon steorran. And he æteowde ærest on þone æfen Letania Major, þæt ys viii. Kal. Mai' (Monday, Apr. 24). It is figured in the Bayeux tapestry with men looking at it; the accompanying inscription is, 'ISTI MIRANT STELLĀ.'

(3) The entry ends here in the parallel chronicles.

(4) With Bosa, consecrated for York, and Eata for Hexham or Lindisfarne, when Wilfrith was driven from his see and it was divided by Ecgfrith.

haed, Bosa, et Eata Eboraci ab archiepiscopo Theodoro. . . . (A.D. 681) Eadhaedum de Lindissi reversum, eo quod Aedilred provinciam recepisset, Hrypensi ecclesiæ præfecit.[1] Lindsey, and soon translated to Ripon.

WILFRITH IN FRIESLAND.

Eddius, xxvi.

Deinde eo anno,[2] accepta prædicatione, omnes principes, exceptis paucis, et multa millia vulgi in nomine Domini baptizabat; et primum ibi, secundum Apostolum, fundamentum fidei posuit, quod adhuc superædificat filius ejus[3] in Hripis nutritus, gratia Dei Wilbrordus episcopus, multo labore desudans, cujus merces manet in æternum.[4]

A.D. 678. Wilfrith preaches in Friesland.

A.D. 692 to 739 or 740. Willibrord continues his work.

(1) Eadhaed appears to have resigned the see of Ripon when Wilfrith was reinstated as bishop of the whole northern province in 686.

(2) This was when Wilfrith spent the winter in Friesland as he was going to Rome to appeal against the division of his diocese.

(3) Note again how a pupil of Wilfrith is described as his 'son,' a mode of speaking familiar to us in biblical language.

(4) The years A.D. 679-680, although not affording any matters of Ripon history, are memorable in connection with Wilfrith. In October, A.D. 679, a council was held at Rome under Pope Agatho, consisting of seventeen bishops and thirty-five priests, in the cause of the Church of England. This was held irrespective of Wilfrid, though he was in Rome at the time. In the same year there was a council at Rome of fifty bishops and presbyters, under the same pope, to receive and decide on Wilfrid's personal appeal. This council decreed that he should be restored to his Northumbrian see in these terms, 'Statuimus atque decernimus ut Deo amabilis Wilfridus Episcopus Episcopatum quem nuper habuit recipiat, salva diffinitione superius ordinata (*i.e.* that he should be subject to Rome): et quos cum consensu concilii ibidem congregandi elegerit sibi adjutores Episcopos, cum quibus debeat pacifice conversari secundum regulam superius constitutam, a sanctissimo Archiepiscopo promoti ordinentur Episcopi, expulsis proculdubio eis qui in ejus absentia in Episcopatum innormiter missi sunt.'—*Eddius*, xxxii. On March 27, A.D. 680, Pope Agatho held a council of one hundred and twenty-five bishops, in preparation for the Œcumenical Council of Constantinople, against the Monothelites. Wilfrith signed as Bishop of York, on behalf of the British, English, Irish, Scots, and Picts. On September 17, A.D. 680, was held the Council of Hatfield, in Hertfordshire, which declared the orthodoxy of the Church of England. Wilfrith's name is attached to a spurious papal privilege to Peterborough monastery, said to have been presented by him to this council. He may have left Rome after Easter, A.D. 680, and might have reached England before September. But Eddi says he proceeded at once to Northumbria, and it is not likely that he would be at the Council of Hatfield and Eddi not mention it.

WILFRITH IN SUSSEX.

TABLET IN THE SOUTH TRANSEPT, CHICHESTER CATHEDRAL.

A.D. 681 to 686. Labours among South Saxons.

Sanctus Wilfridus Archiepiscopus Ebor. ad australes Saxones se divertens Et adhuc paganos illos inveniens per sanctam verbi Dei prædicacionem Cedwallam eorum Regem fundatorem ecclesiæ Cicestrensis cum uxore sua una cum dictis Southsaxonibus sacribaptismatis unda regeneravit Qui Cedwalla postea Romam profisciscens A Sergio papa consecracionis munus optinuit et ibidem mortuus juxta sanctum Petrum sepultus est. Sancto vero Wilfrido adhuc viventi divina miracula non defuerunt Nam in insula Selisiensi tribus annis ante ejus adventum pluvia nulla ceciderat unde pestes et fames vehementes secutæ sunt in ejus vero adventu pluvia habundanter terram irrigavit et tam pestes quam fames cessaverunt Item dum idem Dei Sacerdos sacris missarum solemnibus instaret regis Egfridi interitum in bello contra pictos cœlesti visione conspexit.[1] Quo Rege mortuo ad sedem suam Eboracensem cum honore reversus in Ecclesia de Rippon quam construxerat honorifice tumulatur. (See Bæda, *H. E.* iv. 13; Eddius, xli.; Eadmer, xxxix.–xli.)

Returns to York and is buried at Ripon.

WILFRITH RESTORED TO HIS SEE.

EDDIUS, xliv.

A.D. 686. Wilfrith

Post intervallum temporis, secundum Agathonis beatissimi apostolicæ sedis præsulis, et sanctæ Synodis judicium, propriam

(1) Neither Eddi nor Bæda mentions Wilfrith's vision of Ecgfrith's death, but Eadmer relates it as follows:—'Ipsa autem hora qua iste rex gravi bello in Pictorum provincia premebatur, servus Omnipotentis Dei Wilfridus in Suth Saxonia sacris missarum celebrationibus intendebat. Cumque dicto *Sursum corda,* responderetur *Habemus ad Dominum,* raptus in mentis excessum vidit eodem momento per Spiritum Dei, Ecfridum, capite cæsum, morti procumbere. Qua visione perterritus, majori est post modicum terrore perculsus. Nam cum Sequentia Missæ prosequeretur, et in Præfatione, *Per Christum Dominum nostrum* diceretur ab ipso; aspexit, et ecce! duo maligni spiritus animam regis ante ipsius oculos miserabiliter attulerunt, sicque horrendo gemitu suspirantem secum ad inferni claustra tulerunt. Ilico Accam presbyterum suum vocavit, et ei cuncta quæ viderat enarravit. Ad quæ presbyter vehementi stupore attonitus, vix illius verbis auditum patienter credere potuit. Jussus tamen, diem et horam regiæ interfectionis notavit, et eam ipsam fuisse post aliquot dies rei gestæ attestatio comprobavit.'—*Eadmer,* cap. xliii. Bæda and the author of the anonymous life relate how the same event was revealed to St. Cuthberht as he was being shewn a fountain and other marvellous works of the Romans at Carlisle.—*Vit. S. Cuthb.* xxvii.; *Vit. Anon.* iv. 37.

sedem episcopalem in Eboraca civitate et monasterium in Hripis cum redditibus suis reddidit, expulsis de ea alienis episcopis;[1] quod tantum quinque annis in gaudio subjectorum suorum de exilio, sicut Johannes Apostolus et Evangelista Ephesum rediens, secure possedit.[2] restored to his see in York and monastery in Ripon.

ÆTHELWALD OF RIPON, HERMIT IN FARNE.

BÆDA, V. i.

Successit autem viro Domini Cudbercto, in exercenda vita solitaria quam in insula Farne ante episcopatus sui tempora gerebat, vir venerabilis Oidiluald,[3] qui multis annis in monasterio quod dicitur Inhrypum acceptum presbyteratus officium condignis gradu ipse consecrabat actibus. Cujus ut meritum vel vita qualis fuerit, certius clarescat, unum ejus narro miraculum quod mihi unus e fratribus propter quos et in quibus patratum est, ipse narravit: videlicet Gudfrid, venerabilis Christi famulus et presbyter, qui etiam postea fratribus ejusdem ecclesiæ Lindisfarnensis in qua educatus est, abbatis jure præfuit. . . .[4] Æthelwald, a Ripon priest, succeeds Cuthberht as hermit in Farne, A.D. 687.

Mansit autem idem vir Dei in insula Farne duodecim annis ibidemque defunctus: sed in insula Lindisfarnensi juxta præfatorum corpora episcoporum, in ecclesia beati apostoli Petri sepultus est. Gesta vero sunt hæc temporibus Alfridi regis, qui post fratrem suum Ecgfridum genti Nordanhymbrorum decem et novem annis præfuit.[5] He dies in Farne, A.D. 699.

(1) This restitution was made by Aldfrith who succeeded Ecgfrith. Bosa would have to retire from York, and Eadhaed from Ripon.

(2) At the end of this five years a dissension between Wilfrith and Aldfrith led to Wilfrith's expulsion from Northumbria. He lived in Mercia for some years, and succeeded Saxulf as Bishop of Leicester in 691.

(3) The Northumbrian form of the West Saxon Ethelwald (Æthelwold, Aethelwaldus, Ædiluualdus).

(4) Gudfrid came to Farne island, with two other brethren, to visit Æthelwald. They were nearly prevented landing by a violent storm, which ceased at the prayers of Æthelwald, and returned when they had landed.

(5) In the last chapter of his Life of St. Cuthberht, Bæda relates how Æthelwald repaired the oratory in Farne, which had become ruinous. He stopped up the chinks, and nailed up a calf's hide in the corner where he and his predecessor Cuthberht were wont to stand or kneel in prayer. In the time of Felgeld, the next occupant, the oratory was rebuilt, and the calf's hide cut in pieces and distributed to petitioners for relics. Felgeld, however, first tried its effect on himself, and believed himself to be cured of some disease in his face by washing it with water in which a portion of the hide had been immersed. Bæda says that God only knows whether the

STAFF OF ST. COLUMBA AND OF ST. KENTIGERN.

VITA KENTEGERNI, cap. xl., *Historians of Scotland*, vol. v. p. 232.

c. A.D. 700? The staff preserved at Ripon.

Baculus vero quem Sanctus Columba dederat Sancto pontifici Kentegerno, in ecclesia Sancti Wlfridi episcopi et confessoris apud Ripun,[1] multo tempore conservebatur; et propter utriusque sanctitatem, dantis videlicet et accipientis, magnæ reverentiæ habebatur.

THE SYNOD OF AUSTERFIELD.

EDDIUS, xlvii.

A.D. 703. It is proposed that Wilfrith have only his monastery in Ripon.

Novissimum vero, aliquid humanius pertractantes, censuerunt, ut monasterium tantummodo, quod construxit in Hripis, et dudum cum omnibus ad eum pertinentibus Sancto Petro donans commendaverit, perceptumque privilegium a Sancto Agathone papa, [quod] abbati familiæque ibidem conversanti detulit, redderent in possessionem; ea tamen interposita dictione, ut propria manus conscriptione firmiter contestaret quod illic quietus consederet sæpta monasterii absque licentia regis non transmearet, nec aliquid sacerdotalis officii attingeret; sed suum de semetipso (quod dictu horribile est) gradum honoris abjecerit, sub testimonio confirmationis plurimum cogentes compulerunt.[2]

miracle is to be ascribed to the merits of Cuthberht or of Æthelwald, both, it will be observed, Ripon worthies. The last mentioned is not to be confounded with Æthelwald, Bishop of Lindisfarne, who died in 760, and whose bones were translated to Durham.

(1) This is the only notice we have of St. Columba's staff in connection with Ripon, and we have no means of knowing whether it came to Ripon in Wilfrith's lifetime or later.

(2) This proposal was made at a great synod, probably held at Austerfield, on the marches of Mercia and Northumbria, under King Aldfrith, Berthwald, Archbishop of Canterbury, and almost all the bishops being present, Wilfrith being invited along with the rest. He rejected it with much indignation, and again appealed to Rome. Nosterfield, near Ripon, has generally been supposed to have been the place of this synod. But Eddi's words are *Estrefeld*, *Ouestraefelda*, and *Aetswinawath* (or *path*). Two miles S.W. of Austerfield, near Bawtry, is 'Swinnow Wood;' S.E. is 'Swinecar Road.' A place on the northern confines of Mercia would be much more suitable for a general English synod than one in the heart of Northumbria. Aldfrith the Wise, king of Northumbria, who presided at this synod, is not to be confounded with his elder half-brother Alchfrith, under-king of Deira, and early patron of Wilfrith. See pp. 2–7.

WILFRITH SEEKS TO BE RESTORED TO HIS SEE.

EDDI, lix.

Regem vero languor oppressit; loquela illum per multos dies deseruit; postremo diem obiit;[1] et post eum Eadwlf per parvum spatium regnavit: ad quem sanctus pontifex noster de exilio cum filio suo proprio[2] veniens de Hrypis, quasi ad amicum nuntios emisit.

A.D. 705. Aldfrith dies.

CONCLUSION OF THE SYNOD OF NIDD.

EDDIUS, lx.

Postquam hæc verba finita sunt, episcopi sibi mutuo separati ab aliis, inire consilium cœperunt; aliquando cum eis archiepiscopus, aliquando vero sapientissima virgo Ælfleda: et hujus sancti concilii talis finis exstitit, ut omnes episcopi et rex cum optimatibus suis pure pacis concordiam cum Sancto Wilfritho episcopo inierint, quam inter se usque ad finem vitæ conservaverunt, reddentes ei duo optima cœnobia, quæ in Hrypis et Agustaldesiæ, cum omnibus redditibus suis: et illa die omnes episcopi se invicem osculantes et amplexantes, panemque frangentes, communicaverunt; et gratias agentes Deo omnis sancti hujus beatitudinis, in pace Christi ad sua loca remearunt.[3]

A.D. 705. The final determination.

Wilfrith to have Ripon and Hexham.

WILFRITH'S DEATH AND BURIAL.

PETERBOROUGH A. S. CHRONICLE, AN. DCCIX.

And þi ilcan geare Wilferð biscop forðferde in Undalum. & his lic man lædde to Ripum. He wæs biscop xlv. wintra. þone Ecgferd cining ær bedraf to Rome.[4]

A.D. 709. Death of Wilfrith.

(1) Aldfrith, who in his last illness had repented of his conduct towards Wilfrith. He died at Driffield, in Yorkshire. Eadwlf proved more harsh than Aldfrith. Osred, the son of Aldfrith, succeeded when eight years old, and was adopted by Wilfrith as a son.

(2) Not the same adopted 'son' of Wilfrith who had been raised from the dead, and afterwards died in a great plague. See p. 14.

(3) This, with a few pious reflections, forms the conclusion of Eddius's account of the synod of Nidd, held in the first year of Osred. Berhtwald, Archbishop of Canterbury, and Wilfrith, with other prelates, and also Ælflede, abbess of Whitby, took part in it, the child-king Osred sitting with them.

(4) This passage is in the Peterborough, Worcester, and Canterbury chronicles, but not in those of Winchester and Abingdon.

BÆDA, *Hist. Eccl.* v. xix.

A.D. 709. Wilfrith's death at Oundle,

Antistes eximius Vilfrid, post quadraginta et quinque annos accepti episcopatus, diem clausit extremum in provincia quæ vocatur Inundalum: corpusque ejus loculo inditum, perlatum est in monasterium ipsius, quod dicitur Inhrypum, et juxta honorem tanto pontifici congruum, in ecclesia beati Apostoli Petri sepultum.[1] . . . Defunctus est autem in monasterio suo quod habebat in provincia Vndalum sub regimine Cudualdi Abbatis; et ministerio fratrum perlatus in primum suum monasterium quod vocatur Inhrypum, positus est in ecclesia beati Apostoli Petri, juxta altare ad austrum, ut et supra docuimus; et hoc de illo supra epitaphium scriptum.

and burial at Ripon,

His epitaph.

Uilfridus hic magnus corpore præsul,
Hanc Domino qui aulam ductus pietatis amore
Fecit, et eximio sacravit nomine Petri,
Cui claves cœli Christus dedit arbiter orbis;
Atque auro ac Tyrio devotus vestiit ostro.
Quin etiam sublime crucis radiante metallo,
Hic posuit trophæum, necnon et quattuor auro
Scribi Evangelii præcepit in ordine libros;
Ac thecam e rutilo his condignam condidit auro:
Paschalis qui etiam sollemnia tempora cursus
Catholici ad justum correxit dogma canonis,
Quem statuere patres, dubioque errore remoto
Certa suæ genti ostendit moderamina ritus:
Inque locis istis monachorum examina crebra
Colligit, ac monitis cavit quæ regula patrum
Sedulus instituit: multisque domique forisque
Jactatus nimium per tempora longa periclis,
Quindecies ternos postquam egit episcopus annos,
Transiit, et gaudens cœlestia regna petivit.
Dona, Jesu, ut grex pastoris calle sequatur.

EADMER, liv.

A.D. 709. Wilfrith is buried at Ripon.

Sepultus sane est in monasterio suo, quod ipsemet in Ripum a fundamentis instituit, ac Deo in honorem Beati Petri Apostolorum principis consecravit; ubi ut se nequaquam vitam perdidisse, sed in melius mutasse mortalibus probet: quæ in

(1) Here Bæda gives a summary of the events of Wilfrith's whole life, ending with 'Defunctus,' etc. as here printed.

hac vita positus fecerat, huic vitæ subtractus miracula, cum res exigit, facere non cessat. Miracles.

Vestes illius, prout ante mortem disposuerat, distributæ sunt.[1]

(Cap. lvi.) Magnitudo itaque signorum quam ad corpus ejus de die in diem Dominus operabatur, merita ipsius longe lateque declarabat; et insigni fama permotos ad memoriam illius innumeros populos aggregabat. Quapropter locus ipse multo tempore summi honoris est habitus, et quibusque infirmitatibus pressis ad recuperandam sanitatem valde salubris. Dominus quoque hostiles incursus omni ex parte sedaverat, quia devotionem populi sui quam ad venerationem famuli sui habebat, perturbatum iri nolebat. Ubi vero pro assiduitate confluentis turbæ quidam vicini tædio affici, ac idcirco a loci visitatione paullatim cohibere cœperunt, contigit ut ipsorum exemplo et alii a fervore devotionis suæ deficerent, nec locum ipsum amplius more solito visitarent. Sicque factum est, ut qui primo ad studium piæ actionis alios studio suo accenderant, postmodum sua desidia a pietatis opere quamplurimos discedere cogerent.

His fame draws many people to Ripon.

The crowds becoming troublesome are restrained; and at last he is neglected.

Eddius, lxii.

Sanctus itaque pontifex noster in gaudio suorum et pace perfecta vivens, et omnia ea quæ prius hominibus defuisse ei videbantur, per spatium anni et dimidii post infirmitatem plene perfecteque emendavit. Nam non multo tempore ante beatæ memoriæ obitum, in Hripis cum duobus abbatibus et fratribus valde fidelibus, omnibus numero octo, ad se invitatis, gazophylacium aperire claviculario præcepit; et omne aurum et argentum, cum lapidibus pretiosis, in conspectu eorum deponere; et in quatuor partes secundum suum judicium dirimere jussit. Qui nihil moratus, præcepto sancti patris obediens, sic omnia complevit.

A.D. 709.

Wilfrith disposes of his goods at Ripon.

Sanctus pontifex noster ad fideles hæc testes dixit: 'Scitote, fratres mei dilectissimi, cogitationem meam, quam ante olim cogitavi, ut Sancti Petri Apostoli sedem iterum appellarem et viderem, unde liberatus fui frequenter, Deoque volente vitam meam illic finirem; et unam optimam ex his quatuor partibus ad munera offerenda per ecclesias Sanctorum mecum deducere, donaque portare ad ecclesiam Sanctæ Mariæ matris Domini

His address to the brethren.

Gifts for the churches of

(1) His shirt cures a paralytic woman, a fire spares the house in which he died, the miraculous light described by Eddius shines around his resting-place.

St. Mary and St. Paul in Rome; dedicatam, ad Sanctum Paulum Apostolum munera pro anima mea offerre. Si vero Deus aliquod aliud providerit, ut frequenter senibus evenire solet, et dies obitus mei me occupaverit; vobis fidelibus præcipio in nomine Jesu Christi, ut per nuntios ad supradictas ecclesias munera mea mittatis. Ex tribus vero aliis partibus unam pauperibus populi mei pro redemptione animæ meæ dividite: alteram autem partem præpositi cœnobiorum duorum sæpedictorum inter se dividant; ut cum muneribus, regum et episcoporum amicitiam perpetrare potuerint. Tertiam vero partem his qui mecum longa exilia perpessi laboraverunt et quibus terras prædiorum non dedi; secundum uniuscujusque mensuram dispertite illis, ut habeant, unde se post me sustentent.' Iterum alia vice post spatium temporis fidelibus dixit fratribus, 'Recolite, quod hunc Tatberhtum presbyterum, propinquum meum, qui nunc usque meus comes fuit individuus, hujus cœnobii constituo in Hripis præpositum;[1] ut regimen mecum, quamdiu vixero, habeat; et post obitum meum sine scrupulo possideat. Ideo namque hæc statuta dico, ut me Michael Archangelus visitans paratum inveniat; signa enim obitus mei multa frequentant.' (Cap. lxiii.) Post has ergo sermocinationes, secundum jussionem pontificis nostri pulsato signo, tota familia Hryporum simul in unum congregata est; ad quam intragressus est sanctus pontifex noster, et residens loqui incipiebat, hoc dicens: 'Frater noster reverentissimus Celinus, aliquamdiu præpositus, debitæ nostræ observantiæ multum in Domino laboravit; et nunc ad pristinum statum conversationis atque ad deserta loca revertere, ad contemplativam vitam, sicut olim, exercere, et soli Deo servire concupiscit. Et hoc ei diutius nolo renuere. Admoneo tamen vos, ut regulariter vitæ vestræ institutionem conservare dignemini, usquedum, Deo volente, iterum veniam ad vos. Verum hi duo abbates nostri, Tibba et Ebba, præsentes, emissi a Ceolredo rege Merciorum, invitantes me ad colloquium ejus, et hoc pro nostrorum cœnobiorum statu, quæ in regno ejus sunt, me consentire suaserunt, qui enim omnem vitam suam meo judicio disponere promittit. Et iterum cum revertero ad vos, Deo volente, vita comite, adducam mecum quem inveni dignum virum vestræ præpositionis principatui. Sin vero aliquid propter frequentes infirmitates meas, Deo providente, aliud contigerit; quemcunque hi testes, qui nunc juxta me sedent, Tibba et Ebba, abbates, Tatberhtus et Hathufrith presbyteri,

Marginal notes: for the poor; — for his two monasteries; for gifts to kings and bishops; — for his companions in exile. — He appoints Tatberht provost in Ripon. — He makes his last arrangements before going into Mercia. — Invitation from Ceolred, king of Mercia.

(1) Tatbertus fit præfectus Ripensis ecclesiæ.—Lel. *Coll.* iii. 110.

magisterque Aluhfrithus venientes vobis dixerint, illum suscipite, et abbatem constituite; et obedientiam quam Deo mihique promisistis, et huc usque perfecistis, secundum præceptum meum illi reddite.'

Geniculantes, lacrymantesque, inclinato capite in terram, omnia præcepta ejus adimplere promiserunt; pronique orantes, sanctus pontifex noster benedixit eos, et Domino commendavit, et ab eo die ultra faciem ejus simul non viderunt. Wilfrith takes leave of the brethren,

(Cap. lxiv.) Pergens igitur sanctus pontifex noster cum pace et benedictione omnium, tam principum quam subditorum Ultra-Humbrensium, ad australia regna tetendit: ibique abbates suos omnes in adventu ejus gaudentes invenit. Illic enim quibusdam supradicta testamenta ex ordine narravit, et unicuique eorum secundum suam mensuram, aut cum terris vitam monachorum suorum augmentavit, aut cum pecunia corda eorum lætificavit, quasi prophetiæ spiritu ante obitum suum hæreditatem hæredibus dispertiens. Postremo ad monasterium ejus quod in Undolum positum est, in quo olim Andreæ Apostoli dedicavit ecclesiam, pervenerunt; ibique statim a languore infirmitatis coangustatus, ita ut intelligeret vicinum sibi esse finem hujus vitæ; et paucis verbis admonuit eos, ut memores essent omnium bonorum quæ ante locutus est. Nam omnem vitæ suæ conversationem memorialiter prius enarravit presbytero Tatberhto, videlicet propinquo suo, quadam die equitantibus illis per viam,[1] quasi præsciens obitum suum, necnon recordatus est omnes terras in diversis locis, quas abbatibus ante dederat, aut tunc dare jussit; ut erat cœnobium in Hegustaldesiae, quod Accan presbytero, qui post eum erat beatæ memoriæ gratia Dei episcopus, in possessionem dare præcepit. Postquam pauca locutus est, benedixit eos, sicut Jacob benedixit filios suos: et cum quiete, non cum gemitu et murmure, caput ad cervical lectuli inclinavit, et requievit. travels southward, and reaches his monastery in Ound'e, where his last sickness comes on. The last ride with Tatberht. He gives Hexham to Acca.

(1) 'Iter ergo arripiens Humbrum transit.'—*Ripon Psalter*, 4to die infra Oct. lect. ii. If Wilfrith and Tatberht crossed the Humber, it would be at the ferry between Brough and Winteringham, and they would ride along the Roman road (Hermen Street) to Lincoln. Wilfrith's funeral would in all probability come by the same road, which from the time of the Romans until the chief ferry was shifted to Barton, as it has again been shifted to New Holland, was a common route. St. Ætheltbryth (Etheldreda) passed that way a few years before; and long after William de St. Barbara, bishop elect of Durham, the former fleeing from her husband to Ely (Tho. Eliensis, *Ang. Sac.* i. 598), the latter going from London to receive confirmation of his election, which took place in Winteringham church.—(*Cont. Hist. Eccl. Dunelm. in Bedford's Symeon*, p. 274.)

His peaceful departure.

Ps. ciii. (civ.) 30.

Illi vero in choro die noctuque indesinenter Psalmos canentes, et cum fletu miscentes, usquedum in Psalmo centesimo tertio ad versiculum illum pervenerunt, in quo dicitur, '*Emitte spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ.*'[1] Tunc sanctus pontifex noster emisit spiritum suum, et omnes stupefacti sunt, audientes ea hora sonitum quasi avium advenientium, nube testium confirmante, abbatem ordinatum acceperunt, qui pro patris amore sui, sancti pontificis nostri, multa bona facere consuevit. Nam omni die pro eo Missam singularem celebrare; et omni hebdomada quintam feriam, in qua obiit, quasi Dominicam, in epulis venerari;[2] et anniversaria die obitus sui universas decimarum partes de armentis et de gregibus pauperibus populi sui dividere omnibus diebus vitæ suæ ad gloriam Dei constituit, absque his eleemosynis, quas omni die, pro se, et pro anima episcopi sui, semper nominatim, simul indigenis et Deo, dabat.

Songs as of strange birds.

Commemorations at Ounule.

(Cap. lxv.) Dominus itaque nostrum sanctum pontificem, magnum virum, et fidelem servum, sicut credimus, apud se inter suos sanctos, miraculorum virtutibus hominibus declaravit. Nam quadam die abbates undique advenientes, sanctum corpus pontificis in curru deducentibus, aliisque petentibus sanctum corpus lavare, et diligenter honorificeque indui, sicut dignum erat, licentiam perpetraverunt. Tunc enim quidam ex abbatibus, nomine Bacula, syndonem suam supra faciem terræ expandit, et super eam sanctum corpus deposuerunt fratres, suis manibus lavantes, ecclesiasticeque induentes, et ad præfinitum locum cum hymnis et canticis cum timore Dei portabant: et supra domum, quasi residentium avium cum sonitu iterum audierunt, et statim iterum avolantium in cœlum cum suavi modulamine pennarum. Sapientes autem, qui illic aderant, dixerunt certe se scire angelorum choros cum Michaele venisse, et animam sancti pontificis in Paradisum deducere. Deinde, extento foris tentorio, sanctum corpus balneaverunt, et balneum ibi in terram foderunt; et habitatores cellæ ligneam crucem ibidem postea erexerunt ibique Dominus multa mirabilia facere consuevit. Nostri vero sanctum corpus lintheis in-

Abbats meet to take the body to Ripon.

It is washed and vested.

Choirs of angels.

(1) Ps. ciii. (Vulg.) 30. If the verse occurred in the ordinary course of the Psalms it was in some arrangement different from those of the old English, Roman, and Monastic Breviaries, in all of which it occurs in Saturday's matins. The context, however, rather points to a recitation of Psalms apart from that in the Divine Office. *Emittes* is the reading of the Psalter, but *Emitte* that of antiphons, versicles, etc.

(2) This probably refers to a commemoration in the Grace after meat.

duentes, et in curru ponentes, psalmodiamque canentes, cœpto itinere usque ad Hrypense monasterium pervenerunt. Quibus mox familia tota cum sanctis reliquiis in obviam exivit. Pæne nullus se a lachrymis et fletu abstinuit. Elevata voce cum hymnis et canticis introduxerunt ad se, et in basilicam, quam sanctus pontifex noster olim in honorem Sancti Petri Apostoli ædificavit et dedicavit, corpus sanctissimi viri honorifice deposuerunt, anno ætatis suæ septuagesimo sexto. Quantos vero per quadraginta sex annos episcopatus sui episcopos, et presbyteros, et diacones ordinaverat, et quantas ecclesias dedicavit, quis enumerare potest? Cujus laus manet in æternum. Et dignum hæredem Tatberhtum presbyterum, secundum præceptum sancti pontificis nostri, circumdantes abbates deduxerunt. . . .[1]

The body borne to Ripon on a car, and buried in the 'basilica.'

(Cap. lxvii.) Igitur postquam sanctus pontifex noster migravit ad Dominum, ubique abbates ejus cum subjectis suis antiquorum hostium insidias timentes dixerunt: 'Quamdiu vixit optimum caput vitæ nostræ, frequenter a regibus et principibus Brittanniæ varias temptationes sustinuimus, quibus omnibus propter sanctitatem pontificis et sapientiam, multorumque amicorum subsidium, finem venerabilem semper imponere consuevit: nunc autem nostrum per signum sanctæ crucis coæquari Apostolis Dei Petro et Andreæ, quos maxime diligebat, et quibus substantiam suam cum subditis dedicavit, in conspectu Dei sine cessatione nostræ defensionis tutorem existere.'

Wilfrith believed to have been made equal with St. Peter and St. Andrew.

Et mox hujus credulitatis signum in cœlo apparuit. Nam anniversaria die pontificis nostri, undique pontifices nostri, undique abbates sui, ab oriente et occidente, ab aquilone et austro, ad sollemnem diem congregati, in unum convenerunt, vigiliasque vespere facientes in ecclesia, ubi membra sancti episcopi nostri requiescunt. Fratribus vero quibusdam ea hora foris stantibus hebetioris ingenii, signum in cœlo apparuit; cujus visionem alternatim usque mane reticuerunt. Crastina die audientes nuntiatum, grave tulerunt, mussitantes pro peccatis suis sibi non esse revelatum. Cujus honestatis levamen et solamen mox subvenit. Nam cum, solemnitatis convivio et cœna finita, in crepusculo vespertino abbates cum omni familia

A sign in the sky.

(1) Eddius next goes on to relate how Bacula sent the *syndon* to Cynethrith, an abbess, to take care of for him. As it was somewhat soiled by the feet of those who washed Wilfrid's body, she washed it before putting it away, and a poor nun with a stiff hand and arm was cured by washing in the water. In the next chapter he relates miracles at Oundle, and in the last a miraculous sign in the sky at Ripon, as here printed.

ad completorium orationis exierunt; statim in cœlo signum admirabile viderunt, quod est candidum circulum totum cœnobium circumdantem quasi per diem, arcus cœli absque variis coloribus. Namque hujus candidi circuli principium, incipiens a cornibus basilicæ nostræ Sancto Petro dedicatæ, e regione ubi membra nostri episcopi requiescunt, in australem tendens, dexteramque partem cœnobii ample circumiens, usque ad aquilonem pervenit. Deinde continuato circulo in euro-notum orientis cœli sursum adhærens finem defixit.[1] Nos adorantes laudavimus Dominum mirabilem in Sanctis suis, perspicue intelligentes murum auxilii Divini circa vineam familiæ Domini electam, sicut evidenter de nobis timentibus rei eventus probavit. Nam quia in omnibus regnis citra ultraque Humbrensium vita nostra sub abbatibus electis utebatur, fratribus videntibus concurrerunt quasi quidam arcus tendentium, et sagittas mittentium, ac in semetipso retorquerunt. Nos autem in nomine Domini vocabimur.

FRIDEGODA,[2] 1355–9.

A.D. 709. Wilfrith's death.

Spiritus ergo viri Michael repetente beati,
Vimineo condens corpus Kyriale[3] canistro,
Exhausit vitro vitalem digne cruorem.
Inter mœrentes, orantes, opperientes[4]
Evasit volucer, carnis ceromate[5] liber.

RIPON PSALTER.

Legenda per Oct. Sancti Wilfridi secundum Usum Riponiæ—Quarto Die.

Wilfrith's death at Oundle, A.D. 709,

Leccio iij.—Denique monasterium illud ingressus, quod ad honorem Beati Andreæ Apostoli dedicaverat, ægritudine repen-

(1) One is tempted to think that some unusual display of Northern lights, or a lunar rainbow, may have given rise to this story. But the description can scarcely apply to the former, and as to the latter it has been calculated that the moon could not have been shining at the time and place indicated.

(2) It seems needless to quote more than this remarkable passage from the latter part of Fridegode's Life of St. Wilfrith, as he does little more than versify Eddius.

(3) Dominicale, *interl.* MS.; domini, *another interl.* MS.

(4) Expectantes, *interl.* MS.

(5) i.e. integritate vel unctione, *interl.* MS. Rather 'wax' or 'glue,' by which the spirit was detained, as a bird by birdlime.

tina corripitur. Qua invalescente, familiaribus suis iminere sibi pronunciant finem vitæ. Dixit finem vitæ, sed melius dixisse poteram vivendi principium. Nam testimonio Salomonis, cum desinit homo tunc incipit.[1] Egressus enim vitæ præsentis, ingressus est ad illam quæ nec transit nec desinit vitam. Omnes demum instruens et exhortans ad opera caritatis, caput paululum reclinavit. Astabant diversi generis ordines, lacrimosis precibus et psalmodiis instantes. Qui cum versiculum illum incepissent, '*Emitte Spiritum Tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ,*' vir Dei sine omni gemitu et clamore obdormivit in Domino, anno vitæ suæ septuagesimo sexto, pontificatus autem quadragesimo sexto, feria quinta, quarto idus Octobris.

on Thursday, Oct. 12, in the 76th year of his age, and the 46th of his pontificate.

In Oct. Sancti Wilfridi.

Leccio j.—Mors sane ista per quam introductus est in gaudium Domini sui non est mors sed dormicio, portus mortis et porta vitæ. Nec mors eum vincit, sed victa est, et absorta est mors in victoria. Abiit ergo, non obiit. Nec extincta est hæc lucerna, sed eminencius constituta, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Mors itaque ei brevis sompnus est, ut transeat in hæreditatem filiorum Dei, sicut scriptum est, *cum dederit dilectis suis sompnum.* Ecce hæreditas Domini. Hæreditatem enim quam Adam perdiderat, cum sua miserabili sobole, iste hodie pro mercede laborum suorum recepit in patria claritatis æternæ. Eadem hora non sine magno stupore astancium, quidam miræ dulcedinis avium[2] concentus auditus est in nube, fuitque sapientum opinio, quod esset congratulacio angelorum, ut impleretur quod prædixerat ei angelus Michael, quia eum iterum visitaret.

Reflections on his death.

Ps cxxvi. (cxxvii.) 4.

The welcome of the angels.

Leccio ij. Ad exequias igitur hominis Dei congregantur abbates, quorum unus, dum super unam syndonem corpus ablueret, cæterique religiosi cum omni diligentia procurarent, mortuum pontificalibus indutum imponunt feretro, et ad locum deferunt destinatum. Quem dum in domo quadam reponerent, auditæ sunt denuo voces avium, quales prius audierant, et videbatur eis, quod in cœlum canora modulacione et concentu gratissimo ascendebat. Nec illud debet silencio vel oblivione sopiri, quod in loco ubi aqua suæ ablucionis fusa est, incolæ signum crucis vivificæ ligneum erexerunt, ibique multiplici

Concourse of abbats.

Heavenly voices again.

A cross erected.

(1) 'Sic et nos nati continuo desivimus esse.'—*Sap.* v. 13.
(2) The MS. has 'animū.'

oracione virtutum gloriose mirificavit Dominus Sanctum suum. Cum psalmis ergo et canticis Riponiam venientes, thesaurum præciosissimum, corpus scilicet pontificis sancti, occurrentibus ei populis terræ, in basillicam Sancti Petri quam ipse ædificaverat cum omni reverencia posuerunt.[1]

The body brought to Ripon.

Leccio v. Illud autem continua veritatis exhibicio publice protestatur, quod terribilis in judiciis super filios hominum Deus (*in*) beati Wilfridi adversarios, qui violant aut subvertunt libertates quas suis monasteriis et ecclesiis adquisivit, nunquam diu prosperari permittit. In libro jugis experientiæ legimus et cognoscimus quam districte et terribiliter confessor Domini suas suorumque injurias ulciscatur. Evoluto anno, convenerant pontifices et abbates ad anniversarium diem. Cumque in memoria beati episcopi vigilias celebrarent,[2] quibusdam foris astantibus apparuit signum in cœlo admiracione dignissimum. Verumptamen illi qui id viderant, silencio suppresserunt, nec venit ad eorum noticiam qui circa repetitas exequias excubabant, quod viri venerabiles mane audientes plurimum turbati sunt, sed Dominus maturavit eisdem non imparis visionis exhibere solacium. Funebri enim celebritate expleta,[3] cum in complectorio laudes Dei devote complerent, veniens circulus apparuit in modum cœlestis arcus absque varietate colorum, totum monasterium circumcingens. Incipiebat autem circulus a cornibus ecclesiæ Beati Petri Apostoli, ubi sanctus pontifex requiescit, in austrum tendens, dexteramque partem ecclesiæ circuiens in partem aquilonalem pervenit. Deinde, continuato circulo in euro-nothum, ductus finem ibi circuli defigebat. Eo siquidem tempore abbates, et cæteri pontificali præsidio destituti, lamentabantur se et sua in occasionem publicæ depræda-

God's judgments on those who violate the liberties of St. Wilfrith.

A.D. 710. Wilfrith's 'Year's-mind'; a sign from heaven.

During Compline, a bow in the heavens.

(1) Sections iii. and iv. contain the miracles at, or connected with, Oundle, which are also related by Eddius, viz. the healing of a paralytic nun by the water in which had been washed the *syndon* soiled by the feet of them that washed the body of Wilfrid, and the striking with blindness certain robbers who had set fire to the monastery at Oundle, when the room in which the holy man had died could not be made to burn, and an angel in white appeared. The fire stopped at the cross which had been set up where the body was washed.

(2) An early instance of a year's-mind or anniversary kept with singing of the *Vigiliæ Mortuorum.*

(3) Compare Eddius, 'solemnitatis convivio et cœna finita.' The Rule of St. Benedict expressly directs that Compline be after supper (cap. 42). Compare the Eastern term for it, ἀπόδειπνον. 'Completorium' is *a complendo*; the term in St. Basil's Rule is πληρῶσαι τὴν ἡμέραν. See Freeman's *Principles of Divine Service*, i. 224.

cionis exponi. Sed ne habundanciore absorberentur tristicia, Pater misericordiarum et tocius consolacionis suam eis proteccionem argumento visibili declaravit.

Leccio vj. Et Qui ob merita Noe arcum Suum in nubibus cœli posuit testificans in eo quod de cætero non induceret diluvium super terram, Ipse beati Wilfridi meritis in arcu cœlesti signum Suæ proteccionis hominibus desolatis exhibuit, ac si in miraculoso arcu loqueretur et diceret, *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos*, et illud, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*, et rursum, *Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummacionem sæculi. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*, et tu, gloriose confessor, qui tot miraculorum operacione choruscas, placa nobis miseris districtum judicem, exhibe te nobis miseris apud Eum in tuis oracionibus efficacem. Peccavimus, injuste egimus, iniquitatem fecimus, et tanquam infructuosæ arbores succisionis judicium expectamus. Iminet nobis judex terribilis, districtus, offensus, cujus adventus horribilis, cujus sentencia irrevocabilis, carcer irremiabilis, tortor infatigabilis, pœna infinibilis. Succurre tuis oviculis, pastor bone. Nam si peccata nostra potencia sunt ad condempnacionem, tua merita potenciora sunt ad liberacionem. O bone Jesu, O benigne, O misericors, O amabilis, O suavis, O dulcis, secundum magnitudinem habundanciæ suavitatis tuæ, secundum divicias illius exuberantissimæ caritatis in qua redimisti mundum, Te moveant preces et gemitus afflictorum. Et quod nostris apud Te diffidimus optinere meritis, tui nobis impetrent merita confessoris; Jesu Christe, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum.—Amen.

Noah's bow explains Wilfrith's bow.

St. John xiv. 18, 27. St. Matt. xxviii. 20. Ps. lxvii. (lxviii.) 29.

Prayer to God and St. Wilfrith; to Jesus.

Wilfrith's merits.

RIPON PSALTER.

(*Item*) In Commemoracione S. Wilfridi.

Leccio ij. . . Processu temporis, iminente sibi termino quem ei præfixerat angelus, ægritudine gravi areptus naturæ tributum exsolvens migravit ad Dominum, et audita est in sublimi canora et suavissima congratulacio angelorum. Positus est autem in ecclesia beati Petri apud Riponiam in parte australi,[1] ubi

Death of Wilfrith, A.D. 709.

Buried on the

(1) 'Juxta altare beati Petri Apostoli, ad austrum, positum est.'—Prior Richard, cap. xii. Raine's *Hexham*, Surtees Soc. vol. xliv. p. 30. Other early bishops were said to be buried at Ripon: 'S. Wilfridus, S. Acca, et S. Egelsi episcopi (sepulti sunt) in Ripon.'—*Ex libro Hugonis monachi Petroburgensis*, Lel. *Coll.* i. 10. St. Acca was fifth bishop of Hexham, and was certainly buried in the church of St. Andrew there.—Prior Richard, cap. xv. p. 35.

south side of the minster.

Dominus Qui in vita sua mirificaverat Sanctum Suum, eciam morte et post mortem eundem celeberrimum fecit multiplici oracione virtutum, præstante Domino Jesu Christo, Cui est honor et gloria in sæcula sæculorum.—Amen.

RIPON PSALTER.

In Festo Translacionis S. Wilfridi.

Reflections on Wilfrith's death.

Leccio ij. Mors sane ista per quam beatus Wilfridus introductus est in gaudium Domini sui non est mors sed dormicio, portus mortis, et portus vitæ. Nec mors eum vicit, sed absorta est mors in victoria. Cum igitur inter choros angelorum multi (*sic*) plurima meritorum excellentia gloriose floreret in cœlis, locum in quo corpus ejus requievit pluribus miraculorum insigniis Deus perornavit in terris, ostendens illum fore dignum a terra elevari, quemque tantis spirituum virtutibus terra et aere effulgere voluit. Erexitque Deus in archipræsulem Ebor. venerabilem virum Oswaldum, morum sanctitate perornatum, qui cœlitus ut credi potest divina gratia inspiratus devocionem (*sic*), hujus Sancti miraculis innumeris affectus summa cum devocione et reverencia de infimo tumilo quo sepiliebatur corpus ejus transferre disposuit.

Miracles at his tomb.

Archbishop Oswald, A.D. 972.

Between A.D. 972 and A.D. 992. Archbishop Oswald opens the grave, and enshrines Wilfrith's relics on the north side of the church, appointing the day of the Translation as a festival.

Leccio iij. Congregatis itaque ad diem assignatum archiepiscopo prædicto Oswaldo cum cæteris prælatis diversi ordinis ad hoc invitatis, unacum aliis qui ex devocione huic advenerant solempnitati, hii qui dignitate et meritis specialiter præcellebant ad sarcophagum accesserunt, et lapidem coopertum a terra discooperuerunt, sumentesque sancti corporis quasi illibati reliquias in capsa lignea cupro deaurato cooperta, lotas et impositas honorifice collocaverunt, quas in aquilonari parte ecclesiæ Beati Petri Apostoli Riponiæ posuerunt.[1] Sanctus vero archiepiscopus Oswaldus diem Translacionis ejus in tota provincia Eboracensi instituit festivari.[2]

(1) In the time of Archbishop Thomas II., A.D. 1108–1114, the church of York felt aggrieved that it had no saint enshrined within its walls, 'ægre ferentes nullius se episcoporum suorum habere memoriam, cum Paulinum Rofensis, Wilfridum Ripensis, Joannem Beverlacensis ecclesia possideret, et aliquem illorum transferre populis obsistentibus esset impossibile.'—*Aelred*, cap. xv.; Raine's *Hexham*, Surt. Soc. vol. xliv. p. 202. How the archbishop would have translated Eata from Hexham, and how he was prevented, appears from what follows; and see *Fasti Ebor.* p. 169; *Biog. Misc.* Surt. Soc. viii. p. 124.

(2) April 24. 'Translatio S. Wilfridi, duplex festum de minoribus—ix. lect.' York Missal, Calendar.

LETTER OF BOTWINE, ABBAT OF RIPON (?).

BONIFACII ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS EPISTOLÆ. Ep. cviii. Botwinus Lullo. (Ed. Giles, i. 230.)

Venerandæ dignitatis Lullo[1] episc. Botwinus[2] abb. optabilem in Christo salutem. *c. A.D. 756. Salutation.*

Litteræ auctoritatis tuæ, quas cum Divinæ pietatis studio usque ad nos direxisti, lætificaverunt me valde, quia tu imbre cœlestis roris illectus ultimum me servunculum servorum Dei cum tam magna fide Divini amoris, sæculariæque dignitatis munere visitare dignatus fuisti. *He has been made glad with a letter,* Gratias ago Deo, petens cum intimæ charitatis desiderio, ut fidus fautor mihi per celsitudinem sanctitatis tuæ coram Christo Jesu existas, in istoque seculo serena mente amicus, si rector rerum omnium istius vitæ in itinere me longius super te sudare dijudicat, ploro, indesinenter precans cum omni caterva quæ Christo Domino sub mea conditione deservit, Divinæ misericordiæ solatia animæ tuæ largiri, ut tu simili modo ecclesiarum tuarum subsidia mihi præstare digneris. *and thanks God, proposing mutual intercessions.* Hæc quoque modica munuscula, id est iii lacernas[3] almitati tuæ mitto, optans ut accepta sint. *He sends three cloaks.*

DEATH OF BOTWINE.

SYMEONIS DUNELM., *Hist. Regum.*

Anno DCCLXXXVI, qui est annus Elfwaldi regis octavus, Botwne,[4] venerabilis abbas Ripensis ecclesiæ, in conspectu *A.D. 786. Abbat Botwine*

(1) St. Lullus or Lullon, Archbishop of Mayence or Mentz, was an Englishman, who after having studied at Jarrow under the Ven. Bæda, went into Germany, where he was joyfully received by his cousin, St. Boniface, who ordained him, found him occupation as a missionary monk, and ultimately nominated him as his successor. He ruled the diocese of Mentz from 781 to 785, and was much consulted on matters of doctrine and discipline. Some of his own letters and of those addressed to him are published among those of St. Boniface.

(2) Botwine, Abbat of Ripon, died in 785 or 786 (see below). There was a Botwine, Abbat of Peterborough, in 765 and 789, and it is not certainly known by which of the two this letter was written.

(3) The *lacerna* of the Romans was an open cloak fastened on the right shoulder by a fibula. It sometimes had a *cucullus* or hood attached to it. It perhaps bears the same relation to the cope as does the *pænula* or closed cloak to the chasuble, and these which were sent to St. Lullus were probably ecclesiastical vestments enriched with the far-famed English embroidery.

(4) See above, note 2. The Peterborough and Worcester chronicles place his death in 785. 'Her forðferde Botwine, abbot in Hripum.' The Melrose

dies and Alberht succeeds. astantium fratrum ergastulum hujus laboriosæ vitæ deseruit, mercedem jubilei anni percipiendo. Ipso quoque obeunte, Alberht pro eo abbas præelectus et consecratus est.

A.D. 787. Anno DCCLXXXVII synodus congregata est in Winchala iiij non. Septembris. In quo tempore Alberht abbas Hripensis ex rapidis flatibus hujus sæculi spiritum emisit ad superos æternæ felicitatis jubilos. Mox vero, ablato ipso, Sigred ordinatur pro eo.[1]

Sigred succeeds on death of Alberht.

EARDWULF SUPPOSED TO BE RAISED FROM THE DEAD.

CHRON. DE MAILROS, p. 139.

King Æthelred slays Eardwulf, who revives.

Anno DCCXC. Ethelredus rex[2] filius Moll de exilio liberatus est, et regno suo restitutus. Qui Eardulfum ducem capiens, et ad Ripum producens, ibi eum occidit extra portam monasterii. Delato autem corpore ipsius in ecclesiam, et psallentibus circa eum et pro eo fratribus, post mediam noctem vivus inventus est.

SYM. DUNELM., *Hist. Regum*, Surtees Soc. vol. li. p. 30.

Anno DCCXC Ethelredus de exilio liberatus est et iterum per gratiam Christi regni solio est subtronizatus. Osredus autem rex dolo suorum principum circumventus et captus ac regno privatus, attonsus est in Eboraca civitate, et postea

A.D. 791. necessitate coactus exilium petit. Cujus anno secundo Eardulf dux captus est, et ad Ripun perductus, ibique occidi jussus (*occidi vel occisus est*, interlined) extra portam monasterii a rege præfato. Cujus corpus fratres cum Gregorianis concentibus ad ecclesiam portantes, et in tentorio foris ponentes, post mediam noctem vivus est in ecclesia inventus.[3]

Chronicle (Gale, *Rer. Angl. Script.* i. p. 139), in 786. 'Anno DCCLXXXVI, Bothwinus venerabilis Abbas Ripensis beato fine quievit, cui successit Albertus.'

(1) Albertus Abbas Ripensis migravit ad Christum, pro quo Sigredus ordinatus est.—*Chron. de Mailros*, p. 139.

(2) Of Northumbria. On his expulsion, see Freeman's *Norman Conquest*, i. Note R.

(3) Note that the Melrose chronicler relates this as a miracle, but Symeon does not. Eardwulf had perhaps been stunned. Æthelred was slain in 794, and this Eardwulf, the son of Earnulf, 'qui, ut supra diximus, post occisionem revixit,' was recalled from exile and made king. (*Chron. de Mailr.* p. 139.) Symeon says A.D. 796 (p. 33), and calls Eardwulf 'filius Eardulfi' (p. 34).

THE ARCHBISHOPRIC OF YORK.

CHRONICON JOHANNIS BROMTON. *Decem Scriptores*, col. 801.

Rex vero Northumbriæ tenuit totam terram Northumbriæ, videlicet a flumine de Humbra, usque ad mare Scociæ, cum territorio, sive comitatibus Lancastriæ, Westmerlandiæ, et Cumberlandiæ. Et habuit in regno suo Archiepiscopatum Eboracensem, cujus episcopi olim quidam sedebant apud Ryponn, quidam apud Beverlacum.[1]

Ante A.D. 823. The Northumbrian kingdom and see.

PRIVILEGES GRANTED BY ÆTHELSTÁN.

EX LIBELLO DE PRIVILEGIIS AB ÆTHELSTANO REGE RIPENSI ECCLESIÆ CONCESSIS.[2]

Athelstanus sanctuarium Riponensi ecclesiæ concessit,[3] et terminos hinc inde ad unum milliare extra oppidum sanctuario designavit, quorum unus appellatus crux Athelstani.[4]

A.D. 925? Æthelstán grants privilege of sanctuary.

Athelstanus dedit ecclesiæ Ripensi easdem libertates quas dedit ecclesiæ Beverlacensi. Qui pacem sanctuarii inter ecclesiam Ripensem violaverit, reus sit bonorum omnium, et vitæ. Athelstanus venit cum omni exercitu ad ecclesiam sancti Wilfridi in Ripon.[5]

Æthelstán came with his army.

(1) Bromton goes on to say he has also the bishopric of Durham, which was in the island of Lindisfarne, and that of Candida Casa, or Galloway (Whithorn), and that in the same kingdom the diocese of Carlisle was afterwards formed. The passage occurs in a notice of the seven kingdoms (more or less) which were united under Ecgberht about A.D. 828.

(2) Lel. *Coll.* iii. 110; Dugd. *Monast.* ii. 132. (ed. 1819.)

(3) The precise date is not known. The similar grant to Beverley is dated A.D. 925 in Dugdale, ii. 129. The English rimed charters, however, which profess to have been given by Æthelstán, are compositions of the latter part of the thirteenth century. They may never have been intended to deceive any one, but only to be more easily committed to memory than the original charters. The Latin charter of the same king, to the same effect as his rimed charter, printed in Dugdale, ii. 133, is also considered by Walbran to be a fabrication of later date. Both will be found below.

(4) This cross stood on the road between Ripon and Nunwick, by a field still called Athelstane Close. The stump of 'Archangel' or 'Kangel' cross was lately sunk in the hedge of a lane leading from the canal bridge to Bondgate, and the base and stump of Sharow cross still remain on the Sharow Road. Another cross stood at Bishopton. At the end of the thirteenth century there were eight of these mile-crosses, marking the 'Leuga S. Wilfridi' of Domesday. See Walbran's *Ripon*, 12th ed. p. 30.

(5) Æthelstán came with his army into Northumbria at least twice, in 926, when he brought into subjection Ealdulf of Bamborough, and in 937, the year of the Battle of Brunanburh. He may have been at Ripon on the former occasion, and have given some charter then.

Inroad on the Liberty, A.D. 1106.

Voluerat Osbertus vicecomes Eboracensis vim tulisse libertati Ripensis ecclesiæ anno Domini MCVI, sed Gerardus archiepiscopus rem regi detulit; venerunt igitur, a rege missi, Robertus episcopus Lincoln. Radulphus Basset, Galfridus Ridel, Radulphus le Meschines, et Petrus de Valoniis, qui causam ventilarent, et tandem jura Wilfridi libera esse statuerunt.

Habeant omnes pacem in festo Petri et Pentecostes, eundo et redeundo ad ecclesiam Ripensem.

LITERA CAPITULI ECCLESIÆ BEATI PETRI EBOR. DE LIBERTATIBUS ET CONSUETUDINIBUS EJUSDEM ECCLESIÆ ET SUTHWELL.[1]

(From the *Liber Albus* of Southwell, fol. 19.)

Sanctuary of York.

Si quis homicida vel fur vel criminator vel exul fugerit ad ecclesiam Sancti Petri pro defensione vitæ suæ et membrorum suorum per spacium xxx dierum, ibi pacem habebit.

Quod si infra hoc spacium non potuerit pacificare hominem cum illis cum quibus male egerit infra illos xxx dies, poterint clerici illum ducere quocumque melefactorum (*sic*) elegerit, videlicet ad xxx leugas cum aliquo (*signo*) pacis ecclesiæ et reliquiis, et qui fregerit pacem super illos infra prædictum spacium, reus erit pacis ecclesiæ fractæ, videlicet j hundreth, et hoc modo poterunt illum ducere illum malefactorem tribus vicibus et reducere.

Si vero aliquis inter malos existens consortia illorum vitare voluerit, et ad ecclesiam Sancti Petri venerit, volens ibi libencius in pace vivere quam inter criminosos habitare, ex consuetudine ecclesiæ quam diu voluerit ibi in pace esse poterit. Quod si aliquando ex necessitate ingente inde discedere voluerit, conductum canonicorum cum signo pacis ecclesiæ pacifice poterit ire ad vicinam ecclesiam similem libertatem pacis habentem, videlicet ad ecclesiam Beati Johannis in Beverlaco, ad ecclesiam Beati Wilfridi in Ripun, et Beati Cuthberti in Dunelmo, et ad

Transference of refugees.

(1) The letter recites the customs and liberties given to the Church of York by King Henry I. in 1106. The lands of the prebends were free. If any one take a criminal 'infra atrium ecclesiæ, vj hundredth emendabit. Si vero infra ecclesiam, xij hundredth. Infra chorum, xviij hundredth. In hundredth sex (viii. in a copy at York) libræ continentur. Si in cathedra lapidea juxta altare quod Angli vocant fricstol, . . botoles.' The canons are to amend him, not the archbishop. The canons of St. Peter are called 'familia.' The whole document is full of interest, but the portion printed in the text seems especially so in connection with Ripon. The frithstools remain at Beverley and Hexham, moved from their proper places. Those of York, Ripon, and Durham have long disappeared.

ecclesiam Sancti Andreæ in Hestoldesham. Silmilem (*sic*) emendacionem pro pace fracta habent præfatæ ecclesiæ.

Sanctuary of Beverley.

Ecclesia vero Beati Johannis in Beverlaco miliare unum habet circa se liberum et quietum ab omni regali consuetudine et ab omni redidicione (*sic*) pecuniæ et ab omni gildo quod regi per universam Angliam persolvitur. A principio illius miliarii usque ad crucem Alestani regis si quis pacem fregerit, reus erit j hundreth. A cruce Alestani usque ad cimiterium, de iij hundreth. Qui in cimiterio pacem fregerit, de vj hundreth. Qui infra ecclesiam, de xij hundreth. Qui infra chorum. amissa omni possessione sua, corporis sui subjacebit periculo, absque omni satisfaccione nominatæ pecuniæ.

Sanctuary of Ripon.

Simili modo cum eadem libertate miliare unius habet circa se ecclesia Beati Wilfridi in Ripum. A cujus principio usque ad cimiterium pacis violator reus erit de iij hundreth. In cimiterio, de vj, in choro ut de aliis prædiximus.

Privileged times.

Præterea in tribus festivitatibus[1] et in Pentecosten[2] (*sic*), pacem habent omnes ad hæc festa venientes, a domibus suis eundo et redeundo, et si quis super eos pacem fregerit reus erit j hundreth. Similiter in feto (*sic*) Sancti Johannis Baptistæ et Beati Johannis Confessoris, et Dedicacionis ecclesiæ apud Beverlacum, eodem modo in duobus festivitatibus Sancti Wilfridi[3] pacem habent euntes et redeuntes, et qui eam interim fregerit, usque ad miliare veniendo et a miliari redeundo reus erit pro pace fracta de j hundreth.

EADRED, KING OF NORTHUMBRIA.

SYM. DUNELM., *Hist. Regum*, Surt. Soc. vol. li. p. 65.

A.D. 948. Succession of Eadred.

Anno DCCCCXLVIII Edmundus rex occisus est et frater ejus Edredus regnum suscepit, cultor justitiæ et pietatis. Moxque Northumbriam circuiens totam possedit, sed post juratam ei fidelitatem Northymbrenses quendam Danum, Eiricum, præfaciunt regem.

SYM. DUNELM., *Historiæ Recapitulatio*, p. 77.

A.D. 949. Archbishop Wulstan

Anno DCCCCXLIX Wlstanus, Eboracensis archiepiscopus, proceresque Northymbrenses omnes in villa quæ dicitur Tad-

(1) Apparently those of Easter, Pentecost, and St. Peter. See p. 34.

(2) An indeclinable form of the usual word Pentecoste. See Ducange.

(3) There were three feasts of St. Wilfrid, namely, the Translation, Apr. 24, the Nativity, (in the parish of Ripon) Sunday after Lammas Day, and the 'Depositio,' or laying down of the burden of the flesh, not in this case the burial, Oct. 12.

swears fealty to Eadred at Tanshelf.

denesscylf[1] egregio regi Anglorum Edredo fidelitatem juraverunt.

DEVASTATION IN NORTHUMBRIA.

SYM. DUNELM., *Hist. Regum*, p. 65.

A.D. 950.

Northumbria harried.

Anno DCCCCL. Eadredus rex, vastata Northymbria, cum jam rediret, Northymbrenses erumpentes extremos exercitus regis peremerunt. Statuit rex reducto exercitu provinciam penitus delere, sed indigenæ, abjecto quem constituerant rege, Eadredum citius muneribus placarunt.[2]

WORCESTER A. S. CHRONICLE.

A.D. 948.

Eadred harries Northumbria, and burns Ripon Minster.

Anno DCCCCXLVIII. Her Eadred cyning oferhergode eall Norðhymbraland. for þæm þe hi hæfdon genumen him Yric to cyninge. ⁊ þa on þære hergunge wæs ꝥ mære mynster forbærnd æt Rypon. ꝥ Sc̃e Wilferð getimbrede. ⁊ þa se cyning hamweard wæs. þa offerde se here innan Heoforwic. Wæs þæs cynges fyrde hindan æt Ceasterforda.[3] ⁊ þær mycel wæl geslogon. Ða wearð se cyning swa gram ꝥ he wolde eft in fyrdian. ⁊ þone eard mid ealle fordon. Ða Norðhymbra witan ꝥ ongeaton. þa forlæton hi Hyryc. ⁊ wið Eadred cyning gebeton þa dæde.[4]

EADMER, cap. lvii.

c. A.D. 948.

Ripon laid waste.

Hæc inter accidit, ut hostilis incursus ipsam provinciam occuparet; occupans, inibi multa hominum millia necaret; ac omnia loca monasterio Beati Wilfridi circumjacentia ad instar solitudinis devastaret.[5] Monasterium ipsum pervasum et

(1) The following note occurs in the margin of the MS. used for Hinde's edition: 'Taddenesscylf erat tunc villa regia quæ nunc vocatur Puntfrait Romane, Anglice vero Kirkebi.' Tanshelf is part of Pontefract. Taddenesscylf has been wrongly identified with Tadcaster and with Shelf. Pontefract appears to have been called Kirkby; a neighbouring village is now known as *South* Kirkby.

(2) There is an entry to the same effect in Matthew of Westminster, 3 a, 948.

(3) Castleford, the Roman *Legeolium*, on the Watling Street, at the confluence of Aire and Calder, two miles north of Pontefract. The word in the text has been wrongly rendered 'Chesterford,' 'Casterford,' etc.

(4) The other chronicles, none of which mention the burning of Ripon Minster, go on to say, '⁊ he sona geråd eall Norðhymbraland him to gewealde. ⁊ Scottas him aþas sworon. ꝥ he eall wolden ꝥ he wolde.'

(5) When Eadred finally subdued Northumbria, about 948 (*Worcester Chronicle*) or 950 (*Sym. Dunelm.* and *Chron. de Mailros*), 'he devastated and burned the town and monastery of Ripon, in consequence, as it is supposed, of Abp. Wulstan, its lord, being implicated in the rebellion.'

dirutum, quod prius extiterat hymnis et canticis spiritualibus gloriosum, modo erat ferarum et jumentorum sordibus ignominiosum. Corpus interea ipsius antistitis Christi omni honore privatum, inter ipsas sordes primo sepulturæ suæ loco mansit immotum. Sed Omnipotens Deus, Qui Sua pietate et justitia nequit privari, quorundam bene religiosorum mentes in considerationem tantæ rei excitat, atque ad demutationem illius affectum eis effectumque ministrat. Regebat ea tempestate Christianitatem vir bonus et sanctus, Odo Cantuariensis ecclesiæ archiepiscopus, utpote totius Britanniæ primas, qui quoniam sua sollicitudine dispositionibus omnium ecclesiarum invigilabat, ipsas ecclesias, prout ratio postulabat, visitare solebat. Qua sollicitudine actus, cum quodam tempore Eboracensem provinciam adisset, et ea pro quibus venerat strenue peregisset, ad Ripum pergit, Monasterium Beati Wilfridi consideraturus.[1] Aderat, et horrida solitudine visa lacrymis manat. Quo illis in partibus demorante, ii, quorum corda, ut dixi, Deus ad demutationem cœlestis thesauri tetigerat, rati se opportunitatem ad expletionem suæ voluntatis accepisse, præmissa supplicatione ad Dominum, quod diu mente tractaverant, opere implere satagebant. Sicque factum est. Nam statuto die ad locum veniunt; terram ubi corpus Beati Wilfridi sepultum jacebat aperiunt; omnia ossa reverenter cum pulvere levant, et ea venerabili Cantuariensi archiepiscopo Odoni præsentant, quatenus ipse ea Cantuariam secum deferret, et in ecclesia Christi, cui præsidebat, pro voto reconderet. Monasterio etenim ipso quo condita fuerant, secundum quod prædictum est, in solitudinem miserandam redacto, nullus inibi locus resederat, in quo locari servarique tuto valerent. Quocirca arbitrati sunt nusquam tutius aut justius ea servatum iri posse vel debere, quam in ecclesia Cantuariensi; ea videlicet causa, quod et illo tempore Cantia magna pace vigebat; et quia ipse beatus vir olim fraude quorundam supplantatus, conversari non posset in ecclesia Eboracensi, eidem ecclesiæ Cantuariensi per sacerdotale officium, ut longe supra retulimus, curam impenderat.[2] Justum siquidem

Wilfrith's body dishonoured.

A.D. 942 to 959.

c. A.D. 952. Archbishop Odo visits Ripon,

examines Wilfrith's grave, and takes up all the bones and dust.

The monastery being in ruins,

it is thought that the relics had better go to Canterbury,

where he had been

(Walbran, *Ripon Guide*, 1875, p. 75.)—This is probably the 'hostile incursion' referred to in the text. (See Raine, *Fasti Ebor.* 115.)

(1) This visitation was probably made *sede vacante.* Wulfstan I., Archbishop of York, was imprisoned by Eadred in 952, and never more allowed to return to his see, though soon set at liberty.—(*Fasti*, 116.) Oskytel succeeded in 956. Odo is said to have repaired Ripon Minster 'post Danicum furorem.'—Lel. *Coll.* i. 54.

(2) See above, p. 8.

able to live in peace.

illis visum fuit, ut illic mortuus in pace quiesceret, ubi vivens in pace quievit. Præter hæc quoque affectus sacri amoris, quem ad venerandum Odonem habebant, maxima causa fuit. Nam quoniam illum talia dona diligere noverant, in hoc se ejus dilectioni morem gerere veraciter intelligebant. Ne tamen locus, quem ipse Beatus Wilfridus, dum in corpore degeret, præ cæteris amavit, ipsis reliquiis penitus privaretur, aliquantula earum pars ab eis est cum pulvere tenta, atque in loco convenienti deposita.

Odo leaves a small portion in Ripon,

Porro venerabilis Odo, tanto munere locupletatus, Cantuariam rediit, ubi magna totius civitatis exultatione susceptus, et in aulam Dei sacra cum laude perductus, sanctissimas Beati Wilfridi reliquias quas advexerat, in majore altari quod in honorem Domini nostri Jhesu Christi sacratum erat, collocavit. Qua de re, ne posteritati dubietas ulla nasceretur, ipse pater, qui easdem reliquias suscepit, transtulit, ac, ut diximus, in altari recondidit, in Prologo ipsius operis, quod de vita et conversatione ejus scripsit, hæc quæ diximus brevi sententia promulgavit.[1]

but removes the chief part of the remains to Canterbury.

Nos quoque, qui ossa ipsa de præfato loco accepimus, nulla de his dubietate fluctuare permittimur. Nam in ipso loco cum multis annis illibata servarentur; et jam ab illo tempore quo illic primo locata sunt, centenarius annorum numerus nonnullis annis superaretur; æquo Dei Omnipotentis occultoque judicio civitas Cantuariorum fere tota igne cremata, atque ecclesia Christi inibi constituta eodem est incendio conflagrata. Cujus conflagrationis anno tertio jocundæ simul et gloriosæ memoriæ Lanfrancus, Cadomensis cœnobii abbas, ipsam ecclesiam regendam suscepit. Qui, postquam est in ipso patriarchatu primæ metropolis Anglorum nobiliter usquequaque roboratus, quicquid ipsius ecclesiæ vetusti operis resederat, nova omnia constructurus, evertit. Cum ergo prædictum altare subverteretur, reliquiæ Beati Wilfridi repertæ ac levatæ sunt, atque in scrinio collocatæ. Verum cum post aliquot annos fratrum voluntas in eo consentiret, ut magis fixo loco clauderentur, sepulcrum eis in aquilonali parte altaris factum est, et in eo sunt quarto idus Octobris reverenter inclusæ.

Canterbury Cathedral burnt, A.D. 1067.

Lanfranc rebuilds the church and enshrines Wilfrith's relics on the feast of his 'Deposition,' c. A.D. 1077.

(1) It is stated in the Prologue that Archbishop Odo (sanctæ Dorobernensis ecclesiæ pontifex) put forth a little book of the Life of St. Wilfred, in heroic verse, says one MS., after he had removed the relics to Canterbury. Fridegode's Life, which was written by order of Odo, is the one here referred to.—(Raine, *Historians*, Pref. xxxix.)

Nos quoque, his ita de ipso patre quoquo modo digestis, jam tamen scribendi ordinem concludamus; et Deo ac Domino nostro Jhesu Christo gratias de omnibus suis persolventes, finem huic opusculo imponamus. Veruntamen id in fine adjiciendum putavimus, ut si quis hæc legens vel audiens, indignitatem, et ingenii mei fatuitatem remota pietate perpenderit; et ea re iis quæ de tanto patre dicta sunt, fidem præbere contempserit; noverit quia omnia quæ de eo utcunque descripsimus, auctoritate venerabilium virorum, Odonis videlicet archiepiscopi, et Bedæ presbyteri, roborata probamus, nil in eis ex nostra parte ponentes, nisi quod propriis oculis intuiti sumus.[1] Illud tamen quod dixi de damnatione regis Ecfridi fateor nusquam legi;[2] sed tot talesque viri id ita se habuisse confirmant, ut eis nolle credere magnæ impudentiæ esse crediderim. Sit itaque laus et gratiarum actio Omnipotenti Deo, Patri et Filio et Spiritui Sancto, per omnia sæcula sæculorum, Amen![3] Eadmer's conclusion.

(1) Testis enim est mihi omnia sciens et disponens veritas Deus; quia cum adhuc in scholis puerulus essem, ex præcepto beatæ memoriæ Lanfranci . . . levatum est corpus beatissimi Dunstani.—(Epist. Eadmeri de corpore S. Dunstani, *Ang. Sac.* ii. 222.) This took place before the removal of Wilfrith's bones from the altar to a shrine, in the course of the same great work of rebuilding.

(2) He relates in chapter xliii. how when Ecgfrith was slain in battle with the Picts, Wilfrith while celebrating mass in Sussex saw his soul carried off to hell by two evil spirits. Bæda says that St. Cuthberht, while being shewn the city walls and a Roman well at Carlisle, suddenly became disturbed and sad, and it was thought that he in spirit saw the same battle from afar; on the third day some one came and told them that the king was slain at that very hour.—(*Vit. Cuthb.* xxvii.) See above, p. 16, *n*.

(3) Eadmer's account of the translation of Wilfrith to Canterbury, if true, is fatal to the claim which Ripon afterwards made to possess the body and head of St. Wilfrith. It was alleged at Ripon that the bones of Wilfrith II., and not those of the saint, were removed to Canterbury. An anonymous writer in *Ang. Sac.* i. 66, says, 'lis maxima inter Cantuariensem Archiepiscopum et Ebor. vertebatur, quia dicunt Cantuarienses se Wilfryd habere seniorem. Contra Eboracenses contendunt hunc juniorem ab archiepiscopo Odone Cantiam fuisse translatum.' The Ripon accounts will be found below. Leland gives an extract from a Jervaulx Chronicle assigning the removal to Dunstan, Odo's successor. 'Dunstanus reliquias S. Wilfridi à Ripensi ecclesia ad Cantuar. transtulit. Sunt autem qui contendunt fuisse ossa minoris Wilfridi.'—(*Coll.* i. 216.) On the other hand, from *Connotationes Oxonii in Martonia bibliotheca*, 'Sanctusque Egbertus, et Sanctus Wilfridus episcopus, Sanctaque ÿthburga in monasterio quod vocatur Ad Ripun, prope amnem nominatum Earp.—(Warf. flu.)' These notes are 'de Sanctis in Anglia requiescentibus.' Birchington attributes the translation to Odo.—(*Ang. Sac.* i. 4.)

TRANSLATION OF ST. WILFRITH'S BODY TO CANTERBURY BY ARCHBISHOP ODO.

CHRON. GERVASII *de combustione et reparatione Cantuariensis Ecclesiæ*, A.D. 1174, Stubbs's *Gervase*, i. 7 (Rolls Series): *Decem Scr.* col. 1291.

c. A.D. 948. Archbishop Odo's translation.

Edmerus. Venerabilis Odo corpus beati Wilfridi pontificis Eboracensium de Rhipun sublatum Cantuariam transtulerat, et illud in editiore entheca ut ipsemet scribit, hoc est in majori altare quod in orientali presbiterii parte parieti contiguum de impolitis lapidibus et cemento extructum erat, digniter collocaverat. Erat enim ipsa ecclesia quod per excessum dici pacienter quæso accipiatur, sicut in hystoriis Bæda testatur,[1] Romanorum opere facta, et ex quadam parte ad imitationem ecclesiæ beati apostolorum principis Petri, in qua sacratissimæ reliquiæ totius orbis veneratione celebrantur decenter composita.

ACTUS PONTIFICUM autore Gervasio, ib. col. 1645.

(*De Sancto Odone*) Qui cum Eboracensem ecclesiam Primatis more visitaret, ossa corporis Sancti Wilfridi a Rippensi ecclesia olim combusta Cantuariam deferri præcepit, et summo cum honore tumulari.[2]

CHRON. JOH. BROMTON, *Abb. Jorvalensis*, *Decem Script.* col. 863.

Odo . . . tandem cum Edredo rege Northumbriam profectus sacros cineres Wilfridi archiepiscopi Cantuariam advexit, de quo inter Cantuaritas et Eboracenses magis adhuc concertatio habetur, utrum ossa majoris Wilfridi apud Riponensem ecclesiam quondam sepulti, an minoris Wilfridi, qui presbyter et successor beati Johannis in sede Eboracensi fuerat, sint ossa illa antedicta.

FLORENTII WIGORN., *Chronicon*.[3]

A.D. 949. Fealty sworn to Eadred.

Wulstanus Eboracensis archiepiscopus, proceresque Northimbrenses omnes in villa quæ dicitur Taddenescilf,[4] egregio regi Anglorum Edredo fidelitatem juraverunt, sed non illam diu tenuerunt. Nam quendam Danica stirpe progenitum, Ircum [5] nomine, super se regem levaverunt.

(1) *E. H.* lib. i. cap. 33. (2) So Diceto, *Abbr. Chron.* x *Scr.* col. 455.

(3) These two passages are copied from Florence, with the different readings here noted, in Simeon of Durham's *History of the Kings* as printed by Twysden in *Decem Scriptores*, col. 156, and it will be seen that the Worcester Chronicle has the same passage about Ripon, though under A.D. 948. See above, p. 36.

(4) Taddenesclyf, x *Scr.* (5) Eyricum, x *Scr.*

. . . Pro infidelitate [1] Northimbrensium egregius rex Anglorum Edredus totam Northimbriam devastat: in qua devastatione monasterium quod dicitur in Rhipun, a Sancto Wilfrido episcopo quondam constructum, igne est combustum. Redeunte vero domum rege, exercitus de Eboraca erumpens civitate, in loco qui dicitur Casterford,[2] de extrema parte exercitus regis multam stragem dedit. Unde rex nimis offensus, voluit illico redire, et totam illam terram penitus delere. Verum hoc cognito Northimbrenses timore perterriti, Ircum,[3] quem sibi regem præfecerant, abjecerunt, regis injurias honoribus, detrimenta muneribus expleverunt, ejusque offensam pecunia non modica placaverunt.

A.D. 950. Northumbria harried; Ripon burned.

Fighting at Castleford.

Eadred appeased.

EPIST. S. ODONIS IN VITAM WILFREDI.[4] (*York Historians*, i. 106: *Anglia Sacra*, ii. 50.)

Igitur venerabillimas Beati Confessoris Christi Wilfridi reliquias indecenti senticosæ vôraginis situ marcidas, immo, quod dictu quoque meticulosum est, prælatorum horripilatione neglectas, cum inde favente Deo scilicet a loco sepulchri ejus quidam transtulissent, reverenter excepi, atque intra ambitum metropolitanæ, cui gratia Dei præsideo, ecclesiæ collocavi, præsertim cogente illo Evangelistæ testimonio, meo videlicet apologetico. Quia *ubicunque fuerit corpus, congregabuntur et aquilæ.*

c. A.D. 952. Odo alleges that he translated Wilfrith's relics to Canterbury.

St. Matt. xxiv. 28. St. Luke xvii. 37.

TRANSLATION OF ST. WILFRITH'S BODY AT RIPON BY ARCHBISHOP OSWALD.

VITA S. OSWALDI AUCTORE ANONYMO, pars v. p. 462.[5]

Oswaldus vero impiger miles Christi sua ovilia perlustrans pervenit gaudens ad mœnia monasterii quod dictum est Ripum, quod tunc dirutum erat, quondam vero a reverentissimo viro Wilfrido celebriter constructum. Cumque ibidem insisteret actibus, per gratiam omnia cernentis Salvatoris invenit thesaurum absconditum diu mortalibus, quem puro corde et humili mente e terris levavit. Invenit autem præsulis beata membra pius pater, cui pro meritis summorum actuum gubernatrix vitæ suæ Sancta Deus Trinitas talia concessit invenire munera. Erant et hii pretiosi abbates juxta eum positi, quorum nomina

A.D. 972 to 992. Oswald comes to Ripon,

and finds the bones of Wilfrith I., and of others.

(1) Per infidelitatem, x *Scr.* (2) Catesford, x *Scr.* See p. 36, *n.* 3.

(3) Yrcum, x *Scr.*

(4) 'Quam scripsit metrice.' See above, p. 38, *note.* This 'Epistle' is the 'Prologue' there referred to.

(5) *Historians of the Church of York, Rolls Series*, vol. i.

hic inserere curavimus. Tiatberht[1] venerandus Christi servus, Botwine reverendus sacerdos, Alberht præclarus minister, Sigred pius pater, atque Uilden modestus.[2] Tantis decoratus honoribus pastor benignus, et civium atque primorum illiusce adductus regionis præsidio, honorificum perfecit scrinium, in quo tam celeberrimi posuit præsulis membra. De loco in quo ejus pontificalis cathedra posita est,[3] quid referam, quidque dicam? Nonne in eo quo quondam mansitabant dracones et struciones,[4] fecit Deo servire monachos? Ædificavit novæ Hierosolymæ portas, construxit ipsius cœnobii nova fundamenta, quæ ad perfectionem perfecit et cum simplicitate cordis Deo obtulit.

He enshrines these,

and establishes monks at Ripon (?).

TRANSLATION OF WILFRITH I. TO CANTERBURY AND OF WILFRITH II. TO WORCESTER, ACCORDING TO EADMER.

EADMER, *De Vita S. Oswaldi Archiep. Ebor.*, *York Historians*, ii. 30–2. ANG. SAC. ii. 205.

A.D. 972 to 992. Oswald comes to Ripon,

Præterea Diœcesim suam opportunis temporibus peragrans, quicquid ediscere poterat in moribus suorum oculos summi Dei offendere, paterna castigatione corripere atque corrigere satagebat. Hæc agentem contigit vice quadam venisse Rhipum, ubi beatus quondam Wilfridus nobile construxerat templum, in quo ipse mundo sublatus scitur fuisse sepultus. Hoc templum ante tempus beati Oswaldi barbarorum irruptioni patuit; qui illud magna ex parte dirutum, non ministeriis divinis sed latibulis ferinis fecerunt accommodum. Hujus templi conseptum vir Dei subintrans, noctu pervigil in orationibus inibi mansit. Illic ergo divina revelatione lustratus, didicit ipso loco Sanctorum corpora condita esse; quæ investigans cum nominibus singulorum dubio procul inveniret. Facto mane suos convocat; quid noctu acceperit, eis enarrat. Ad audita cuncti exultant.

finds the church in ruins,

(1) The successor of Wilfrith, see p. 22.

(2) Eadmer's inscription rightly calls them all abbats, see p. 43. For notices of Botwin, Albert, and Sigred, see Symeon, *supra*, p. 31.

(3) There is some doubt as to whether this refers to Ripon or to Worcester. Canon Raine thinks Ripon is meant (*Fasti Ebor.*, 124; *Historians*, 462). The 'pontificalis cathedra' would seem, however, rather to indicate York or Worcester, which two sees Oswald held together. We have no positive evidence that Oswald rebuilt the minster, or introduced monks either at York or at Ripon, but Florence says he did both at Worcester (*sub annis* 969, 992). The compiler of the *History of the Kings*, ascribed to Symeon of Durham, copies Florence on both points under the same years.

(4) 'Et erit cubile draconum, et pascua struthionum.'—Is. xxxiv. 13.

Igitur ad jussum Pontificis semirutæ ecclesiæ pavimentum effoditur; promissus thesaurus sancta curiositate investigatur. Sanctorum corpora cum tabula hæc continente reperiuntur. HIC REQUIESCIT SANCTUS WILFREDUS ANTISTES EBORACENSIS, ET REVERENDI ABBATES TYLBERTUS, BOTWINUS, ALBERTUS, SIGREDUS, ATQUE WILDENGUS.[1] Ex his servus Dei Omnipotentis gaudens hilarisque effectus, repertas reliquias loco interim apto collocavit; postmodum vero ad corpus Sancti Wilfridi[2] feretro convenienter aptato, illud in eo magna cum reverentia condidit, utpote quem magno Wilfredo fundatori videlicet loci ipsius consanguinitate junctum noverat; quem in regimen ecclesiæ Eboracensis, sicut Venerabilis Beda prope finem historiæ gentis Anglorum refert,[3] ei successisse sciebat; quemque uti nominis ejus consortem, ita et vitæ morumque hæredem fuisse acceperat. Corpus siquidem illius majoris Wilfredi, quod semotum ab aliis per se in eminenti loco in ipsa ecclesia tumbam habuerat, quam et epitaphium ut idem Beda in eadem historia narrat, digniter decoraverat,[4] a glorioso Cantuariorum antistite Odone, cujus in initio hujus opusculi paucis meminimus,[5] translatum Cantuariam fuerat, quemadmodum ipsemet in prologo vitæ ipsius Wilfridi, quæ per eum heroico metro composita est,[6]

discovers a stone with names of Wilfrith and others, and enshrines the body of Wilfrith II.

Wilfrith I. had before been removed by Odo.

(1) It seems very unlikely that they found a single stone or metal plate with all these names on it. It may perhaps be a loose way of saying that they found one with Wilfrith's name, and others with the rest.

(2) Wilfrith II. or Junior. 'Et defuncto Alfrido, iterum Wilfridus in concordia susceptus, sedem apud Haugustald habuit, Johanne (*sc.* Beverlacensi) in Eboracum migrante, quod Bosa defunctus erat; et successit in Eboraco Wilfridus presbyter suus. Unde lis maxima inter Cantuariensem archiepiscopum et Ebor. vertebatur: quia dicunt Cantuarienses se Wilfryd habere seniorem. Contra Eboracenses contendunt hunc juniorem ab Archiepiscopo Odone Cantiam fuisse translatum.'—*Hist. Controversiæ inter Sedes Cant. et Ebor.* Ang. Sac. i. 65. Eadmer maintains that Wilfrith I. was taken to Canterbury, and Wilfrith II. (it would seem, for he does not distinctly say so) to Worcester.

(3) 'At vero provinciæ Nordanhymbrorum, cui rex Ceoluulf præest, quatuor nunc episcopi præsulatum tenent; Wilfrid in Eburacensi ecclesia, Ediluald in Lindisfaronensi, Acca in Hagustaldensi, Pecthelm in ea quæ Candida Casa vocatur.'—Bæda, v. 23.

(4) See above, p. 20.

(5) We there learn that Oswald was a nephew of Odo, and pupil of Fridegode, the monk of Canterbury who wrote the metrical life of St. Wilfrith.

(6) Eadmer makes this misstatement three times, viz., first, in the prologue to his Life of Wilfrith, then near the end of the same Life, and lastly, here in his Life of St. Oswald. He appears to have been misled by the above expression of Odo's in his preface to Fridegode, 'novo opere pre-

Quotation from Odo's preface to Fridegode.

attestatur ita scribens; 'Igitur venerabilissimas beati confessoris Christi Wilfridi reliquias indecenti sentinosæ voraginis situ marcidas, immo,[1] quod dictu quoque meticulosum est, prælatorum horripilatione neglectas, cum inde, favente Deo, scilicet a loco sepulchri ejus quidam transtulissent; reverenter excepi, atque intra ambitum metropolitanæ, cui gratia Dei præsideo, ecclesiæ collocavi: præsertim cogente illo Evangelistæ testimonio, meo videlicet apologetico, quia *ubicunque fuerit corpus, congregabuntur et aquilæ.* Itaque tantæ tamque Deo dignæ affinitatis delectatus vicinitate, et editiore eas entheca decusare, et excerptis de libro vitæ ejus flosculis novo opere pretium duxi carmine venustare.' Levatis ergo reliquiis, et convenienter, ut dixi, locatis, aliud ab illo quod fecerat primo par omnimodis et æquale beatus Oswaldus feretrum fabricavit, ipsumque a se consecratum Wigorniam destinavit. In cujus consecratione rogatus ad quarumnam reliquiarum conditionem illud aptaret, hoc se ad honorem Dei respondit composuisse, et illi cujusnam reliquiæ forent in eo condendæ notissimum esse. Servatum est itaque Wigornæ feretrum idem; ac reliquiæ ipsius admirandi patris Oswaldi a terra post multos annos levatæ magno cum honore sunt in eo collocatæ.

St. Matt. xxiv. 28. St. Luke xvii. 37.

Oswald makes and consecrates another shrine,

which is kept at Worcester for his own relics.

REMOVAL OF ST. CUTHBERHT'S BODY BY BISHOP EALDHUN.

SYMEONIS DUNELM., *Hist. Eccl. Dunelm.*, lib. iii. cap. i.

A.D. 995.

Bishop Ealdhun removes the body of St. Cuthberht from Chester-le-Street to Ripon.

Anno autem ab incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo quinto, imperii vero regis Ethelredi septimo decimo, idem antistes (*sc.* Aldunus) incipiente jam accepti præsulatus sexto anno, cœlesti præmonitus oraculo, ut cum incorrupto sanctissimi patris corpore quantocius fugiens super venturam pyratarum rabiem declinaret, tulit illud centissimo XIII anno ex quo in Cunecacestre locatum fuerat, et inde cum omni qui ejus dicitur populo in Hripum transportavit. In qua fuga illud memorabile fertur, quod in tanta multitudine nemo a minimo usque ad maximum ulla infirmitatis molestia affligebatur, sed sine ullo labore, sine ullo incommodo, viam gradiendo peragebant. Nec solum homines sed etiam animalia tenera et nuper quoque nata, erat enim tempus veris, sana et incolumia sine aliqua difficultate et vexatione toto itinere gradiebantur. Post tres autem vel quattuor menses, pace reddita, cum venerandum

After three or four months

tium duxi carmine venustare.' In the epilogue, however, Fridegode addresses his patron thus:

'Nunc oleate mihi faveas, industrius Odo.'

(1) Nimia, *Ang. Sac.*

corpus ad priorem locum reportarent, jamque prope Dunhelmum ad orientalem plagam in locum qui Wrdelau[1] dicitur, advenissent, vehiculum quo sacri corporis theca ferebatur ulterius promoveri non poterat.[2] they take it back to the North.

LIBER RUBER DUNELM., *Script. Tres.* ccccxxiii.

Aldunus ultimus Episcopus Conchestriæ[3] quinque annis, et primus Dunelmensis. A.D. 995.

Hic Aldunus, cœlesti præmonitus oraculo, tulit corpus Sancti Cuthberti in Rypon; et prope Dunelmum, in loco qui Wardenlaw dicitur, cum advenisset, vehiculum quo sacri corporis theca ferebatur ulterius promovere non potuerunt; et post jejunia et preces per triduum, revelatum est cuidam religioso, nomine Eadmaro, ut in Dunelmum illud transferre, ibidemque requiescendi sedem debuissent præparare. Qua revelatione facta, pauci loculum levaverunt, quod tota prius multitudo minime movere poterat, et ad Dunelmum deferunt, et faciunt ecclesiolam de virgis, et ibidem illud ad tempus locarunt; qui locus non erat inhabitatus vel ædificatus; sed densissima undique silva totum occupavit. Bishop Ealdhun, having taken the body of St. Cuthberht to Ripon, brings it to Durham.

SAINTS WHOSE BODIES RESTED AT RIPON.

MS. C.C. CAMBRIDGE, S. 18 (201), fo. 149.[4]

Ϸonne resteϸ scē Ecgbriht.[5] ⁊ scē Wilferϸ bisceop. ⁊ scē c. A.D. 1050.

(1) Wardenlaw, probably 'Munjey' or Mountjoy, one of the hills close to the east of Durham, and not the present Warden Law near Houghton-le-Spring, seven or eight miles off. The name 'Mountjoy' was doubtless taken from the hill Neby Samwîl, of which Maundeville says: 'Also fro *Jerusalem* 2 myle, is the Mount *Joye*, a fulle fair place and a delicyous: and there lythe Samuel the Prophete in a fair Tombe: and men clepen it Mount *Joye*; for it ȝevethe joye to Pilgrymes hertes, be cause that there men seen first *Jerusalem*.'—ed. 1727, p. 113. Hence, probably, other 'Mountjoys,' as Montjoie St. Denis, near Paris. See Hutchinson's *Durham*, ii. 312.

(2) Symeon goes on to relate how Cuthberht revealed his desire to rest on Dunholm, but without mentioning the Dun Cow, on which see Eyre's *St. Cuthbert*, pp. 120, 121; Raine's *St. Cuthbert*, p. 55; *Rites of Durham*, p. 63.

(3) Chester-le-Street, on the little river Cone, a tributary of the Wear; called by Symeon Cunecacestre, p. 44. The Roman name is lost.

(4) 'De Sanctis in Anglia sepultis'; date 'circa tempus conquisitionis Angliæ' (Nasmith's Catalogue), printed in Hickes's *Thes. Dissert. Epist.* p. 118; also *Cott. MSS. Vitell.* D. 17, fo. 232. Latin versions in *Cott. MS. Vitell.* A. 2, fo. 46, and *MS. Lambeth* 99, fo. 187.

(5) Monachus, ni fallor, cujus vita extat apud *Capgravium*, fol. 121. *S. Wilfridus* Archiepis. fundator monasterii de *Rippon*. *S. Withburga Annæ* Regis Anglorum Orientalium filia moriens, Derhamiæ sepulta est, atque inde in Monasterium *Eliense* translata, teste Capgravia in Vita *S. Withburgæ*. —(*Hickes.*)

Wihtburh on þā mynstre þe is genēnod æt Riopum.[1] neah þere ea þe hatte Earw.[2]

EXTRACT FROM DOMESDAY BOOK.

Printed ed. I. 303 b; *Facsimile*, p. xii.

A.D.1085–6. St. Wilfrith's 'mile.' The archbishops held the manor.

In RIPUM. LEUGA S. WILFRIDI, possunt esse X carucæ. Hoc manerium tenuit Eldred archiepiscopus. Nunc Thomas archiepiscopus habet in dominio II car. et I molendinum X solidorum, et I piscariam III solidorum, et VIII villanos et X bordarios, habentes VI car. prati acr. X. Silva minuta. De hac terra habent canonici XIIII bovatas. Totum circa æcclesiam I leuga.

Berewics adjacent.

Adjacent huic manerio hæ Berewicæ, Torp, Estuinc, Westuic, Monucheton, Nit, Kilingala, Torentune, Sallaia, Euestone, Wifleshale, Kenaresforde, Grentelaia, Erlesholt, Merchintone.[3] Simul ad geldum sunt XLIIIes carucatæ, et possunt esse XXX carucæ. Omnis hæc terra wasta[4] est, præter quod in Merchinton. Est in dominio I car. et II villani, et III bordarii, cum I car. et I sochmannus cum I car. In Monucheton, I tainus habet V villanos, et V bordarios, cum IIII car. In Erlesholt III villani et III bordarios cum II car. Sunt LXXV acræ prati. Silva pastilis[5] ad has terras pertinens I leugam continet. Totum VI leugæ long. et VI lat.

Aldfield.

In ALDEFELT ad geldum II bovatæ. In Ripun jacet, et wasta est.

Soke of divers places.

Ad Ripum pertinet soca harum terrarum, Estanlai, et Sudton, alia Estollaia, Nordstanlaia, Scleneforde, Sutheuuic.[6] Inter omnes sunt ad geldum XXI et dimidia carucata, et possunt esse XV car. Ibi sunt nunc V villani et IIIes bordarii, habentes III car. Prati acræ II^æ. In Suthewic. Silva minuta I leug. long. et dim., et I leug. lat.

(1) It is named 'Inhrypum' by Bæda; other place-names occur with prepositions thus prefixed. See pp. 4, 18, *n.*

(2) *i.e.* Yore.

(3) Littlethorpe; 'Estuuinc' not identified; Westwick; Bishop Monkton; Nidd; Killinghall; Bishop Thornton; Sawley; Eavestone; Wilsill; 'Kenaresford,' some ford on the Nidd, assigned by Grainge (*Nidderdale*, p. 7) to Pateley; Grantley; Herleshow (Walbran, *Fountains*, i. 54); Markington.

(4) William having lately harried Northumbria.

(5) Wood affording pasture for cattle as distinct from pannage for swine.

(6) South Stainley; Sutton near Ripon; one of the Studleys; North Stainley; Sleningford; 'Sutheuuic' not identified.

Tempore regis Edwardi val. Ripum XXXII lib., modo VII lib. et X sol. Valuation of Ripon, T.R.E.

In NONNEWIC ad geldum IIII^or carucatæ inland et dimidia, et dimidia carucata in soca Ripun. Ibi possunt esse IIII car. Rainaldus tenet de Archiepiscopo, et habet I villanum et II bordarios et I sochmannum cum II car. Dimid. leug. long. et tant. lat. Nunwick.

In HAVVINC ad geldum III carucatæ, et III car. possunt esse. Prati acra I. Bridge Hewick.

In HADEWIC[1] ad geldum II carucatæ, et II car. possunt esse. Ibi sunt II bordarii cum I car. Tempore Regis Edwardi val. V sol., modo VIII sol. Valuation of Hadwick, T.R.E.

In GHERINDALE ad geldum XI^cim carucatæ, et in Scheldone berewica ad geldum VIII carucatæ, et XII car. possunt esse. Nunc sunt ibi II villani et IIII bordarii cum III car. Prati acræ VI. Totum manerium I leug. long. et dim. lat. Tempore Regis Edwardi val. XII lib., modo X sol. Givendale. Skelton. Valuation of Givendale, T.R.E.

In HOGRAM (*sic*), II carucatæ. In Hottone, II bovatæ. In Hashundebi, II carucatæ. In Merchintone et Stanlai,[2] I carucata. Hæc terra Sancti Petri est libera a geldo regis. Wasta est. Tempore Regis Edwardi val. XX sol. Valuation of Howgrave (?) etc., T.R.E.

DEATH OF ARCHBISHOP THOMAS.

STUBBS, *Acta Pontif. Ebor. Decem Scr.* col. 1709.

Vixit autem (sc. Thomas senior) in archiepiscopatu annis ferme XXX, et octavis Sancti Martini, hoc est xiiii kal. Decembris apud Rypon obiit. Sed delatus Eboracum juxta prædecessorem suum beatæ memoriæ Aldredum in Eboracensi ecclesia sepultus est. A.D. 1100. Archbishop Thomas of Bayeux dies at Ripon Nov. 18, and is buried at York.

ASSAULTS ON RIPON BY ALAN EARL OF RICHMOND.

JOHN OF HEXHAM, *Chron.*; Raine's *Hexham*, Surt. Soc. vol. xliv. p. 132.

Idem Alanus, comes Rikemundiæ, firmavit castrum ad Hotun,[3] scilicet terram episcopi Dunelmi, et aggravata est A.D. 1140. Alan fortifies Hutton

(1) Copt Hewick (*Kirby's Inquest*, 508, where 'Havvinc' is identified with Bridge Hewick).

(2) 'Hogram' appears to be a scribe's error for 'Hograue,' i.e. Sutton Howgrave. The same place is associated with 'Hoton' in Domesday a little below (*Facsimile*, p. xiv.), and also in the Duchy of Lancaster MS. printed under A.D. 1228 among these excerpts. The other places here mentioned are now called Hutton Conyers, Aismunderby, Markington and South Stainley.

(3) Dugdale (*Baronage*, i. 49) thought Sheriff Hutton was meant.

Conyers and oppresses Ripon.

manus ejus super Ripon et homines loci illius. Ipse enim, et alii quique potentes viri tulerunt quæcunque in horreis, et in aliis rebus, Turstinus archiepiscopus reservaverat successori suo necessaria,[1] prout quisque conterminus fuit terris archiepiscopalibus.

JOHN OF HEXHAM, *Chron.* p. 144.

A.D. 1143. Prevalent outrages against the church.

His etiam temporibus plurimi plurimis in locis similes intulere violentias ecclesiis et ecclesiasticis personis. Galfridus enim de Magnavilla, ejectis monachis, monasterio de Ramesbi abusus est vice castri. Comes Eboracensis Willelmus, inimicitiis afflictus Rannulfi comitis Cestriæ et Gileberti de Gant, Monasterium Sanctæ Mariæ de Brellintun castrum sibi fecit. Alanus etiam comes de Richemunt apud Ripun, armatus cum armatis irrumpens in ecclesiam, Willelmum archiepiscopum secus corpus beati Wilfridi irreverenter dehonestavit.

Alan assaults Archbishop William by the shrine of St. Wilfrith.

ARCHBISHOP MURDAC AT RIPON.

CHRONICLE OF FOUNTAINS, *Walbran's Fountains,* Surt. Soc. vol. xlii. p. 102.

A.D. 1148. Henry Murdac elected Archbishop,

Amoto, ut dictum est, a sede Eboracensi, Willielmo, quondam thesaurario, venerabilis abbas de Fontibus, Henricus, de assensu sanioris partis, in archiepiscopum electus est.[2] Claramvallem ascendit visurus sanctum abbatem Bernardum, de cujus consilio totus ipse pendebat. Inde profectus ad curiam, Papam Eugenium Treveris invenit, a quo et honorifice susceptus est. Consentit domnus Papa in electum, consecratur in archiepiscopum, et accepto palleo, cum favore et gratia sedis Romanæ infulatus, ad propria redit. Multas tamen molestias et difficultates passus est in initio pontificatus sui; regis indignationem, bonorum distractionem, adversantium insidias. Cives siquidem Eboracenses oderunt eum, et, conjuratione facta, interdixerunt ei ingressum civitatis; venit ad sua, '*et sui eum* [*non*][3] *receperunt.*' Ipse igitur divertit Riponam, dans locum iræ, donec deferveat regis indignatio. Vicit itaque sapientia malitiam, mansuetudine furorem, et commotionem regiam patientia fregit.

and consecrated. Ill received in England. Forbidden to enter York. St. John i. 11. Retires to Ripon.

Walbran (*Fountains,* i. 79, *n.*) suggests Hutton Conyers, which is close to the archbishop's park, and where rugged mounds and a vast moat still remain.

(1) This pillage was effected *sede vacante.* See Raine's note.

(2) See Walbran's note here.

(3) Bracketed by Walbran.

JOHN OF HEXHAM, *Chron.* p. 158.

Henricus archiepiscopus Eboracensis in Angliam venit, quem recipere rex Stephanus et civitas Eboracensis non acquievit, factaque est confusio maxima infidelitatis in ea. Quisquis enim ad eum egredi præsumeret a civitate, si in manus civium recideret, cum tormento et dampno rerum quas habebat ejectus est. Præbendæ in fiscum regium redactæ sunt, et homines Sancti Petri violentiis et direptionibus expositi. In Ripun[1] Henricus archiepiscopus se recepit, et in Hugonem Putheacensem,[2] thesaurarium, anathematis sententiam dedit, et in omnes in civitate Eboraci consistentes.

A.D. 1148. Archbishop Henry Murdac arrives in England and has to betake himself to Ripon.

TEN BREAM FOR THE RIPON PONDS.

ROT. LITT. CLAUSARUM, p. 515, an. 6 Hen. III. (Membr. 1.)

Mandatum est Galfrido de Neuill quod faciat habere Walterum Archiepiscopum x breimas[3] de dono nostro in vivario nostro de Fosse ad instaurandum vivarium suum de Ripun. Teste Huberto,[4] etc. apud Westmonasterium, xxj die Octobris, per eundem.[5]

A.D. 1221. *De x brēmis datis.*

TRANSLATION OF ST. WILFRITH'S BODY AT RIPON BY ARCHBISHOP GRAY.

RIPON PSALTER, *in F. Transl. S. Wilfr. in leccione* iij.

Elapsoque aliquo tempore, Walterus Gray, dictæ ecclesiæ Eboraci archiepiscopus, iterum corpus suum sanctum in feretro auro et argento ornato a veteri capsula secundo die natalis Domini, anno Dominicæ Incarnacionis millesimo ducentesimo vicesimo quarto, honorifice transtulit, respiciente illo corpus ejusdem Sancti Wilfridi nullo majore vel minore osse vel articulo, ut pro certo credidit, deficiente. Caput autem ipsius beati patris duxit exterius servandum et honorifice collocandum, ut ejus visione et fides fidelium roboretur, et devocio augeatur,[6] ad laudem Domini nostri Ihū Christi, cui sit honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A.D. 1224. Archbishop Gray's translation of St. Wilfrith.

(1) He would thus be near his old monastery of Fountains.
(2) Afterwards bishop of Durham.
(3) Perhaps 'brennas,' or 'bremias.'
(4) Sc. de Burgo, justiciario nostro.
(5) Sc. Hubertum. There is a pond at Ripon Parks containing tench, 'Dutch carp,' and pike, to which is attached a local tradition that King *John* sent the Archbishop ten *tench* to stock it with.
(6) This part of the lection has evidently been taken from the Indulgence of archbishop Gray, printed immediately below.

INDULGENCE FOR THOSE VISITING ST. WILFRITH'S HEAD.

DARNBROUGH MS. No. V.[1]

A.D. 1224. Arch-bishop Walter Gray translates the body of St. Wilfrith.

Universis Sanctæ matris ecclesiæ præsentes litteras visuris vel audituris. Walterus, Dei gracia Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, salutem in Domino. Quoniam summa veneracione digna sunt corpora eorum in terris quorum nomina felici titulo scripta sunt in cœlis, nos ad supplicacionem et instanciam dilectorum filiorum canonicorum Ripon', anno Dominicæ Incarnacionis millesimo duodecimo vicesimo quarto, corpus sancti patris et ejusdem ecclesiæ patroni Wilfridi a veteri capsa in novam, secundo die Natalis Domini transtulimus, et corpus ipsum totum, nullo majore vel minore osse vel articulo, ut pro certo credimus, deficiente. Capud [2] autem ipsius Sancti duximus exterius servandum et honorifice collocandum, ut ex ejus visione et fides fidelium roboretur, et devocio augeatur. Volentes igitur honorem ipsius beatissimi patris ampliare, et saluti animarum in ipsius veneracionem providere, de (misericordia) [3] Dei confisi omnibus qui ad eundem Sanctum venerandum et ecclesiam Ripon' honorandam et promovendam accesserint, vel alio modo per alios si præpediti fuerint visitaverint, confessis et vere pœnitentibus, de injuncta sibi pœnitencia triginta dies relaxamus, hoc videlicet proviso, ut hæc indulgencia triginta dierum a die Translacionis Sancti per nos factæ duret usque ad diem Epiphaniæ completum. In festis vero tam suæ Deposicionis quam Translacionis primum per beatum Oswaldum [4] factæ duret per octo dies, ut qui . . . .[5] eosdem dies ipsum Sanctum adierint, vel quocumque modo pia devocione visitaverint, ejusdem indulgenciæ plenum consequatur

The head separately enshrined.

Indulgence of 30 days.

Arch-bishop Oswald's former translation.

(1) Printed in Raine's *Gray's Register*, App. xxiii.

(2) Frequent references to the 'Capud Sancti Wilfridi' occur in the account rolls. In like manner the head of St. Alkelda at Middleham was separately enshrined.—('Richmondshire Wills,' Surtees Soc. xxvi. p. 129.) Indeed it was quite a common practice to enshrine heads separately, as in the case of the Three Kings of Cologne, and reliquaries in the form of heads, containing skulls, may often be seen in the treasuries of great churches on the Continent. A Jewish traveller in 1537 heard at Hebron that the head of Esau was preserved in the famous mosque there.—(Hottinger, *Cippi Hebraici*, Heidelberg, 1662, pp. 30, 31.)

(3) Has been misread by the transcriber as 'imediã'; the phrase 'de misericordia Dei' is used in other Indulgences in this connection.

(4) See 'Vita S. Oswaldi' in Raine's *Historians of York*, i. 462 (Rolls Series), and above, p. 41.

(5) Blank in transcript.

effectum. Universitatem igitur vestram monemus attencius et exhortamur in Domino, quatinus ob salutem animarum vestrarum talem circa ipsius Sancti veneracionem exhibere studeatis devocionem, ut ipsius intervenientibus meritis, æternam a Deo sperare possitis remuneracionem. Datum apud Ottele, duodecimo Kalendas Februarii, anno graciæ prædicto, pontificatus nostri anno decimo. Given at Otley, Jan. 21, 1224.

PRIVILEGES OF THE CHURCH OF RIPON.

Roll in Duchy of Lancaster Records, A. 23.

Placita apud Rypon in Aula Capituli, coram Willelmo de Stuteuill, Ricardo de Percy, Rogero de Thurkylby, et Roberto de Lexyngton, Justiciariis Domini Regis, die Mercurii proxima post festum Translacionis Sancti Thomæ, anno Regis Henrici filii Regis Johannis xiij. A.D. 1228. Trial before the king's judges in the chapter-house at Ripon.

Philippus de Ascelles Vicecomes Eboracensis, et Willelmus de Wychcombe ballivus Wa(lteri) Archiepiscopi Eboracensis, attachiati fuerunt ad respondendum capitulo Ecclesiæ beati Wilfridi de Ripon, quare cum idem capitulum ex concessione Regis Attelstani ac aliorum regum prædecessorum domini Regis nunc habeat pacem suam et sokam suam, ac alias libertates quamplures et possessiones suas et feoda sua, ita libere quod non liceat ministris domini Regis nec alterius cujuscumque libertates suas infringere vel feodum suum ingredi quovismodo, iidem tamen Philippus et Willelmus libertates capituli ecclesiæ prædictæ vi et armis infregerunt, ac feodum suum et sokam suam (violenter?) ingressi sunt, ad dampnum capituli ecclesiæ prædictæ et hominum suorum non modicum, et exhæredationis periculum manifestum ut dicitur. The sheriff of York and the archbishop's bailiff have invaded the franchise.

Et unde idem capitulum per Galfridum de Lardare, canonicum prebendæ beati Andreæ in ecclesia prædicta, positum loco ipsius capituli, dicit quod idem capitulum ex concessione Regis Attelstani et aliorum regum, prædecessorum domini Regis nunc, habeat pacem suam circumquacunque una leuca usque cruces Attelstani quæ dicuntur *bane* cruces,[1] et infra portam cimiterii, et locum qui vocatur *Grythstane*,[2] et hostium ecclesiæ, et chorum ecclesiæ prædictæ, ad recettandum quoscumque felones Evidence of Geoffrey de Lardare as to, Rights of Sanctuary;

(1) Marking the boundaries of the district within which *banns* or proclamations were valid, like the French Banlieue; late Latin *Banleuca*.

(2) A.S. gryð, peace. 'The stane that Grythstole hatte'—English charter called Æthelstán's, printed below.

soc, sac, etc., and the Wednesday market.

Ordeal, power of life and death, and over masterless goods. The Peculiar.

et fugitivos pro tota vita sua pro quocumque (s)celere et flagitio, calumpnia cujuscumque postposita, ita quod quilibet locus propinquior choro sit warantum pacis pro (s)celere facto extra eundem locum, et qui pacem in ullo locorum prædictorum fregerit subjacebit judicio ipsius capituli in pœna qui vocatur *boteles*, vel in redempcione facienda ipsi capitulo pro voluntate ipsius capituli, ac eciam *sok*, *sak*, *tol*, *tem*,[1] et mercatum in Rypon quolibet die Mercurii,[2] assisam panis et servisiæ, ponderum et mensurarum, et emendas earum, pilloriam, tumberellum,[3] et ea quæ ad mercatum pertinent, suum latronem ubicumque captus fuerit, *infangethef*[4] et *outfangethef*, judicium ferri et aquæ,[5] furcas,[6] prisonam, coronatores proprios, appella in omnibus casibus ubi appella jacent, et terminacionem eorum coram ballivis suis, catalla felonum et fugitivorum, et catalla per felones deadvocata,[7] *wrek*, *weyf*, *stray*, *merchet*, *lecherwyt*, *blodewyt*,[8] curiam suam et cognicionem de falso judicio, et omnium placitorum ubicumque motorum per capitulum, canonicos ecclesiæ prædictæ, vel tenentes de ecclesia prædicta, contra ipsos vel inter se ad invicem ad faciendum justitiam partibus in curia sua ad hostium ecclesiæ prædictæ, et in omnibus processibus sicut justiciarii domini Regis faciunt in itineribus suis, et plenum returnum omnium brevium domini Regis, et execucionem eorum per ballivos suos,

(1) *Soc* is jurisdiction granted by the king; *sac* is dealing with transgressions in a peculiar court; *tol* is duty on imports; and *tem* the right of compelling one in possession of stolen goods to say from whom he received them. For a valuable early exposition of technical terms connected with franchises, see Walbran's *Fountains*, ii. 16 *n*.

(2) The market day is now Thursday.

(3) Cumberellum, MS. The pillory was a machine in which those who used false weights, and other offenders, were exposed to public infamy; the tumbrel or cucking-stool was for ducking scolds as well as cheating traders, etc., in water or less cleanly fluids. See Jacob's *Law Dictionary*.

(4) *Infangethef* is jurisdiction over any thieves caught within the franchise; *outfangethef* is the power of bringing to the lord's court for trial thieves belonging to the franchise but caught outside.

(5) See below, on charters called Æthelstán's.

(6) Gallows, power to hang offenders.

(7) Disowned.

(8) *Wrek* is anything belonging to a ship lost at sea, with no one escaped to claim it; *weyf*, stolen goods abandoned by the robber, 'animalia quæ dicuntur *weyf*' *Placita*: infra s. a. 1279 or 1280; *stray*, a strayed animal not claimed by its owner; *merchet*, the sum paid by a villein to his lord for leave to give his daughter in marriage; *lecherwyt*, damages recovered by the lord from one who has corrupted a villein's daughter; *blodewyt*, damages for bloodshed recovered in the lord's court.

placita de friscaforcia et vetito namio,[1] et inquisiciones de feloniis et roboriis, et turnum vicecomitis, et omnia quæ ad vicecomitem pertinent coram ballivis suis. Et quod idem capitulum et homines de soka sua et homines legii Sancti Wilfridi, ubicumque fuerint residentes, sint quieti de sektis assisarum, comitatum, wapentakorum, tryddyngorum,[2] geldis et præstacionibus faciendis domino Regi; et de *tol*, pontagio,[3] passagio, pavagio, per totam potestatem Regis, et quod homines ligii sui sint credendi de vero et falso dicendo, probando, aut defendendo, ubicumque, et in qualibet re, per suum *na* vel suum *ya*,[4] et cognicionem placitorum assisarum emergencium de tenementis infra sokam suam. Et quod medietas de talibus numeratis et assisis sit de tenentibus ipsius capituli et ecclesiæ ad minus, et feriam suam apud Rypon quolibet anno per diem Sancti Wilfridi mensis Octobris,[5] et per duos dies ante et duos dies post, cum omnibus quæ ad feriam pertinent duraturam, ac omnes terras et tenementa, res, redditus, possessiones, et feoda sua, tam imposterum perquirenda quam jam perquæsita, de cujuscumque feodo fuerint, tam extra *bane* cruces quam infra, ab omnibus servientibus (*sic*), serviciis, consuetudinibus, et sectis, ita libere et quiete sicut oculus potest videre vel cor cogitare quod potestas regia possit aliquam rem magis libere et solute ordinare, dare, confirmare, et assignare, videlicet in Ripon iiij^{xx} ix mesuagia et tofta et xxvj bovatas terræ, et tres acræ prati, et xij bovatas terræ in Ripon quæ sunt dos ecclesiæ. In Bondegate viij mesuagia et x bovatas terræ, in Asmunderby, ij carucatas terræ cum toftis et nativis. In Merkyngton, j carucatam terræ cum toftis et nativis. In Ingerthorp, iij tofta, ij bovatas, et iij acras terræ. In Wallerthwayt, iiij tofta et xxv acras terræ. In Gyuendale, j toftum et iiij bovatas terræ. In Newby, ij toftæ et v bovatas terræ, cum turbariis. In Mulwath, tertiam partem manerii, et vj acras terræ. In Skelton, totam villam in dominio et dominico, scilicet viij carucatas terræ cum liberis et nativis totius villæ. In Howyk, medietatem tocius villæ cum

Immunities.

St. Wilfrith's fair in October.

Lands and other possessions.

(1) Fresh force for the recovery of lands of which one has been disseised, and unlawful distraint. See Jacob under 'Fresh' and 'Nam.'

(2) The three *trithings* or 'Ridings' of Yorkshire.

(3) Bridge-toll, toll on crossing the sea or great rivers, and payment for paving of streets or highways.

(4) See note below, on the Latin charter called Æthelstán's.

(5) The nearest fair to this at present is one on the first Thursday in November. The fair on the Thursday after August 2 is connected with the feast of the *Nativity* of St. Wilfrith. See p. 35 *n*.

nativis. In Sharrowe, tertiam partem villæ et plus, cum liberis et nativis. In Hoton, unum toftum et ij bovatas terræ. In Nonwyk, unum toftum cum ij bovatas terræ, et advocacionem capellæ. In Stauelay, unam carucatam et ij bovatas terræ liberæ et ij carucatas terræ nativæ, cum nativis et pastura. In Stodelayroger ix tofta et v bovatas terræ. In Grantelay et Eueston, vj tofta et ix acras terræ. In Wynkeslay viij tofta et xxx acras terræ. In Slenyngford, j toftum et xij acras terræ. In Disceford, iij mesuagia et iiij bovatas terræ, et advocationem capellæ. In Esttanfeld, iij tofta et j carucatam terræ. In Merkyngfeld, unum toftum et iij acras terræ. In Thorp, ij mesuagia et viij acras terræ. In Howgrave, iiij tofta et ij carucatas terræ cum nativis. In Thorneton, viij mesuagia et x acras terræ. In Northerows, iiij tofta et xiij acras terræ. In Bondegate, quinque tofta et vij acras terræ et medietatem molendini de Merkyngton, et similiter aliam medietatem ejusdem molendini. De quibus quidem libertatibus, consuetudinibus, terris, feodis, et possessionibus capitulum ecclesiæ prædictæ fuit seisitum libere, quiete, absque calumpnia seu impedimento a tempore domini Willelmi Regis conquæstoris et a tempore Johannis progenitoris domini Regis nunc, et ante, ut de juri (*sic*) ecclesiæ beati Wilfridi prædictæ continue a tempore Regis Atelstani usque ad quinque annos ante nunc, quod prædicti Philippus Vicecomes et Willelmus vi et armis super capitulum prædictum et libertates ac feodum suum usurpaverunt, et pacem capituli prædicti infregerunt, et impediverunt capitulum prædictum habere *stok* et *stak*,[1] *tol*, mercatum, feriam, et assisas panis et servisiæ, pilloriam et tumberellum suum noctanter prosternaverunt, ac super feodum capituli prædicti districciones pro sectis comitatuum et geldis domino Regi et aliis ministris suis per ministros suos fecerunt, ac eciam quamplures oppressiones et gravamina multis modis intulerunt, in enarvacionem libertatum prædictarum et exhæredacionem capituli prædicti, et dampnum suum mille librarum.

The Church has had the above liberties, etc., from the time of King Æthelstán to the present invasion.

Et inde producit sectam, etc.

Royal charters produced.

Et super hoc profert cartas Regis Attelstani ac aliorum regum prædecessorum domini Regis nunc, quæ testantur capitulum prædictum tales habere libertates in hæc verba. 'Wittyn al that is and is gan,' etc. (*see below: Charters*). Item alia carta de eodem. 'In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, Atelstanus Rex,' etc. (*see below: Charters*).

(1) So in MS. for soc and sac, p. 52 *n*.

Et similiter ostendit plures alias cartas factas eidem capitulo per Henricum Regem filium Conquæstoris, et per regem Stephanum, ratificantes et confirmantes omnes libertates et consuetudines et terras ecclesiæ et capituli prædictorum, etc.

Et prædicti Philippus et Willelmus in propriis personis suis venerunt et defendunt vim et injuriam quando, etc.

Et Philippus dicit quod capitulum ecclesiæ prædictæ non habet nec habere deberet tales libertates sicut clamat modo, nec ipse aliquas libertates seu liberas consuetudines suas infregit, nec infra feodum suum nec sokam aliquas injurias fecit, quia dicit quod in nullo tenemento in quibus capitulum clamat feodum et sokam suam esse, quilibet canonicus in ecclesia prædicta habet feodum suum et sokam suam de tenementis suis separatam a feodo capituli, set aliquæ tales libertates (quæ) sint in Rypon, illæ pertinent ad archiepiscopum, qui est dominus manerii de Rypon et ecclesiæ similiter, et habet sokam suam ibidem per totum manerium suum, et quia capitulum et ecclesia de novo jam usurpabant tales libertates, ipse Philippus pro domino Rege, una cum ipso Willelmo, ballivo archiepiscopi ibidem, impediunt tales libertates esse nomine ipsius capituli, quia ad capitulum illud tales libertates non pertinent, et hoc paratus est vereficare, etc., unde petit judicium, etc. Evidence of the sheriff.

Et Willelmus dicit quod ipse ballivus Walteri archiepiscopi Eboracensis manerii sui de Ripon; et super hoc prædictus Walterus archiepiscopus, tunc ibi præsens cum præfato Willelmo ballivo suo, dicit quod ipse et omnes prædecessores sui archiepiscopi Eboracenses, diu ante conquæstum usque nunc, fuerunt domini manerii de Ripon et omnium vastorum et feodorum ibidem, ut de jure ecclesiæ suæ beati Petri Eboracensis, et per totum manerium suum prædictum ipse et predecessores sui habuerunt sokam suam, et omnes libertates quas prædictum capitulum modo clamat, tam super feodum et tenentes ipsius quam super feodum et tenentes manerii prædicti, nec prædictum capitulum tales libertates habet nec inde fuit in seisina, ut de jure ecclesiæ etc.; nec prædictum capitulum habet vasta neque feoda nisi paucos tenentes, nec pasturas qualescumque, nisi quod a modico tempore, ex tollerancia ballivorum ipsius archiepiscopi, jam cepit tales libertates et tale dominium clamare et occupare per usurpacionem cum non deberet, et hoc paratus est verificare. Unde petit judicium, etc. Evidence of the bailiff and of the archbishop.

Et prædictum capitulum per præfatum Galfridum dicit quod habet et de jure antiquo habere debuit, omnes libertates et con- The Chapter reply through

Geoffrey the canon.

suetudines prædictas, feoda, terras, et vasta, separatim a feodis et terris ipsius archiepiscopi in Ripon et alibi, ut de jure capituli ecclesiæ beati Wilfridi Ripon, nec idem archiepiscopus nec prædecessores sui nunquam exigerunt nec habuerunt, nec de jure habere deberent, aliquas consuetudines, sectas, vel servicia, per se vel per ballivos suos, de terris et feodis, hominibus et tenentibus ipsius capituli, nec de aliquibus aliis eisdem terris spectantibus, nec ipse archiepiscopus nec prædecessores sui, nec ballivi sui de Ripon nunquam clamaverunt nec se interposuerunt aliquid agere quod fuit vel pertinebat ad libertates, feoda, terras, et homines ipsius capituli ante nunc, nec ipsos in aliquo impediverunt, quia feodum et soka ipsius capituli semper fuerunt integra et illæsa, et homines et servientes sui habuerunt omnia proficua sua et aisementa in moris, marescis, turbariis, aquis, quareris, et marleriis fodiendis et asportandis, et pascendis pecora, et communicandis, exceptis boscis ipsius archiepiscopi clausis, et hiis usi fuerunt pro suo libito et de jure antiquo, nec aliquis domini Regis minister nec vicecomes Eboracensis aliquid temptabat agere quod infringeret vel minueret libertatem et consuetudines seu feodum ecclesiæ prædictæ, quin prædictum capitulum de omnibus libertatibus, consuetudinibus, et feodis, ac terris suis, libere et quiete fuit in pacifica seisina sine impedimento, usque ad quinque annos ante nunc, quod tunc prædicti Philippus et Willelmus ballivus ipsius archiepiscopi libertates et consuetudines ecclesiæ et capituli prædictorum vi et armis enervaverunt, et quantum in ipsis fuit et manu forti per districciones et extorciones prædictas libertates infregerunt, et ipsi archiepiscopo attraxerunt, et hoc paratus est verificare, etc. pro capitulo prædicto, etc.

The defendants in like manner reply. The coroners of the North and West Ridings are to bring 24 jurors, who do not appear.

Et prædicti Philippus et Willelmus Wynchcombe (et) archiepiscopus similiter.

Ideo præceptum est coronator' de Northtriddyngo, et Westtriddingo, quod venire fac' hic in crastino Exaltacionis Sanctæ Crucis xxiiij milites et alios liberos et legales homines per quos, etc., ad inquirendum, etc. Ad quam quidem diem venerunt partes prædictæ, et jurati non venerunt. Ideo præceptum est coronatoribus prædictis, quod habeant corpora juratorum hic in crastino Sancti Michaelis, et quod apponant tot et tales, etc. Ita quod de jurata illa non remaneant pro defectu juratorum, et idem dies datus est partibus prædictis et archiepiscopo si interesse voluerit, etc., ad quem diem venerunt partes prædictæ et jurati xxiiij milites de assensu parcium prædictarum, de wapen-

tagiis Hang, Halykeld, Gyllyng, de Northtridding, et de Wapentagiis Clarow, Ayinsty, Staynclif, et[1] de Westtridding præfatæ ecclesiæ circumvicinis, quibus per justiciarios prædictos ex parte domini Regis est præceptum, sub pœna exhæredacionis sui et hæredum suorum, et amissionis omnium rerum quas erga dominum Regem possunt perdere, ne aliquid dicant pertinere ad capitulum et ecclesiam prædictam quod ad illud non pertinet, nec ipsi archiepiscopo similiter, nec quod aliquis ab eis auferat de libertatibus, feodis, et rectis consuetudinibus suis, quas eis de jure sciunt pertinere, et unde sciunt ipsos in seisina esse a tempore quo capitulum narravit, et per quem titulum de jure, ac eciam quæ feoda, quas terras, de quibus tenentibus, et per quæ servicia et quas consuetudines, et in quibus villis prædictum capitulum habet sokam suam, et per quales divisas se habent ad invicem feodum, et terras capituli, et feodum ipsius archiepiscopi, et quæ servicia et quas consuetudines idem archiepiscopus habet et de jure habere debet de terris et hominibus ipsius capituli. Et si capitulum et canonici ecclesiæ prædictæ habeant proficua sua in vastis, moris, mariscis, quareris, aquis, etc. in communi cum hominibus ipsius archiepiscopi de jure vel pro suo dando, et quod respondeant ad quemlibet articulum separatim. Unde, habita deliberacione inde loquendi, dicunt super sacramentum suum quod prædicta ecclesia et capitulum a tempore Regis Atelstani habuerunt pacem suam ut narraverunt, et emendas et puniciones de illis qui pacem illam infregerunt, et habent *tol*, *tem*, *sok*, et *sak*, *merchet*, *lecherwit*, judicium ferri et aquæ, et suum latronem ubicumque captum ad judicandum in curia sua, et mercatum suum quolibet die Mercurii, assisas panis et servisiæ, pondorum et mensurarum, et emendas inde, pilloriam, tumberellum, et feriam suam ut narravit, cum omnibus quæ ad mercatum et feriam pertinent, et *infangthef* et *outefangthef*, furcas, prisonam, *blodewite*, placita de Gakabarre,[2] coronatores proprios, appella et terminacionem eorum, salvo quod appellatus se non defendit per duellum, sed per xij^{cim} liberos homines beati Wilfridi de bono et malo se ponat vel pro convicto habeatur, et habent catalla felonum et fugitivorum, et catalla per fugitivorum (*sic*) vel latronem deadvocata, et *wrek* et *weyf*, *stray*, curiam suam, et cognicionem de falso judicio, et omnium placitorum contra capitulum et cano-

A jury is formed, and cautioned.

Evidence of the jurors.

Trials not to be by duel, but by compurgation.

(1) The *et*, with a comma, would seem to come better after 'Westtridding.'

(2) So in MS.; I cannot explain the term.

nicos vel aliquem eorum vel tenentes ecclesiæ, vel pro ipsis interesse, motorum in quibuscumque curiis, ad faciendum justiciam partibus ad ostium ecclesiæ Rypon coram canonico ejusdem vel aliquo nomine ipsius capituli deputato, de omnibus casibus et judiciis, sicut justiciarii domini Regis faciunt in itineribus suis, et placita de frisca forcia et vetito namio, et inquisiciones de felonis et roberiis, et turnum vicecomitis, et omnia quæ ad vicecomitem pertinent, et plenum returnum suum omnium brevium domini Regis, et execucionem eorum per ballivos suos.

The jury cross-examined by the judges.

Requæsiti per justiciarios per quid sciunt hæc omnia ita expresse, juratores dicunt super sacramentum suum quod nunquam viderunt dictam ecclesiam et capitulum prædictum esse extra seisinam de prædictis libertatibus, et similiter omnes libertates prædictæ per inquisicionem factam apud Eborum die Martis proxima post festum Translacionis Sancte (*sic*) Thomæ, anno Domini millesimo c^mo^ vj^to^, regni regis Henrici fratris Willelmi filii Conquæstoris sexto, coram Episcopo Lincolniensi et aliis justiciariis ex præcepto ipsius domini Regis assignatis, ad instanciam archiepiscopi Eboracensis, decani et capituli ecclesiæ beati Petri Eboracensis, et capituli beati Wilfridi Rypon, habere omnes libertates et consuetudines prædictas, et similiter sciunt ista esse vera per hoc, quod per longum tempus post conquæstum usum fuit dare villas justiciariis fere in omnibus casibus ubi nunc sunt et tunc, nec unquam ante nullus vicecomes aliquid fecit ad execucionem hujusmodi cum acciderint, sed tantum ballivi ipsius capituli post aliquid se de libertatibus prædictis interposuerunt, nisi jam de novo, quia ballivi ipsius archiepiscopi per usurpacionem inceperunt exequi hujusmodi mandata, et hoc per modicum tempus ante nunc; et ipsa ecclesia, capitulum, canonici, et homines sui, et ligii homines Sancti Wilfridi, a tempore Regis Attelstani usque nunc, sunt et fuerunt quieti de *tol*, pontagio, pavagio, passagio, *thurgholt*, pedagio,[1] et aliis præstacionibus quibuscumque, per terram et per aquam, in mercatis et feriis, per totam potestatem domini Regis, dum tamen signum capituli habuerunt quod sunt de ligeancia Sancti Wilfridi, et omnes homines sunt hujusmodi credendi de vero et falso dicend', proband', vel defendendu', per suum *na* et per suum *ya*, pro qualibet re, salvis assisis terræ de tenementis et inquisicionibus de vita et membris, et prædicta terra et feoda

Inquisition at York, A.D. 1106.

(1) Pedage is a payment for safely passing through any district; *thurgholt* seems to be something of the same kind, *through-toll*.

sua et homines sui sint quieti de omnibus geldis et præstacionibus faciendis domino Regi, et de sectis assisarum, comitatuum, tridingorum, wapentagiorum, tanquam dominicæ terræ ipsius domini Regis, ut per inquisicionem superius allegatum.

In the time of King John, the liberties of the Chapter were respected during his war with the barons.

Et similiter, tempore domini Johannis regis, patris domini Regis; unde in guerra quæ fuit inter ipsum et barones suos nil fuit captum vel detentum per ipsum regem vel [1] per ministros suos quod fuit de feodo et libertate capituli ecclesiæ prædictæ. Et habet cognicionem de assisis et placitis cum acciderint, et deliberacionem gaolæ de omnibus felonis captis coram ballivis suis propriis, exceptis captis pro morte hominis, de quibus deliberacio gaolæ fiet per ballivos ipsius capituli coram aliquo justiciario ex parte domini Regis assignato. Ita tamen quod idem justiciarius nil ibidem faciet, nec recordum aliud habebunt [2] sed tantum ad supervidendum quod partibus fiat justitia, et omnes istas libertates et consuetudines habeat et habuit prædictum capitulum, et hiis utebatur sine impedimento a tempore regis Atelstani per concessiones et confirmaciones ejusdem, et ex confirmacione Willelmi Regis conquæstoris et aliorum regum Angliæ, quietum et liberum pro ipso et hominibus suis per totum feodum suum ab omni servitute, servicio, consuetudine, et exaccione. Ita quod rex nec ministri ejus, nec archiepiscopus Eboracensis nec ministri ejus, aliquid se interponant vel habeant interponere super feodum ecclesiæ et capituli prædictorum, et omnes istas libertates habent ecclesia et præpositus Sancti Johannis Beverlacensis, et a toto tempore habuerunt, nec unquam aliquis archiepiscopus nec ballivi sui aliquid habuerunt vel exigerunt, nec consuetudines, sectas, nec servicia super feodum et tenentes ecclesiæ et capituli prædictorum, nec de jure habere deberent, nisi jam infra tres annos proximo futuros quod tam prædictus Philippus quam prædictus Willelmus de Wynchcombe libertates prædictas infregerunt, et plures extorciones et gravamina super feodum capituli prædicti pro exaccionibus non debitis fecerunt, ac trahendo libertates capituli prædicti ad manerium ipsius archiepiscopi propter debilitatem et impotenciam ipsius capituli et ecclesiæ. Et dicunt quod idem archiepiscopus habet libertatem suam in Rypon per totum feodum suum, et capitulum et ecclesia prædicta ibidem per totum feodum suum, ita quod neuter illorum per se vel ballivorum suorum usurpabat super feodum alterius, nec aliquis vicecomes

The Church of St. John of Beverley has the same privileges.

The archbishop has his own separate liberty.

(1) MS. has *ut*.
(2) 'Habebunt'; a blank in the MS. filled up by another hand.

Eboracensis nec ministri domini Regis aliquid se interponet super ullam prædictarum.

Further cross-examination by the judges.

Requisiti per justiciarios per quid sciunt hæc omnia esse sic ita certissime; qui dicunt super sacramentum suum quod capitulum et ecclesia prædicta a toto tempore tales libertates habuerunt sine impedimento, et hiis utebatur cum casus acciderint, nec contrarium unquam ante nunc fuit auditum, tanta est nota libertas et privilegium ecclesiæ Ryponensis per totum dominium Regis. Requisiti per justiciarios quæ feoda et terras ecclesiæ et capitulum prædicta habent, jurati, habita inde licencia loquendi, dicunt quod habent in Rypon quasi medietatem tocius villæ. Requisiti de quibus parcellis; qui dicunt quod per totum Staynebriggegate et Prestelay,[1] et totum retro usque locum qui vocatur Bawdewynkeld,[2] et totum retro curias canonicorum, et a monte qui vocatur Elueshowe[3] usque quadrivium quod ducit versus forum archiepiscopi, et hoc ex utraque parte viæ, et a monte Omnium Sanctorum usque angulum quadrivii prædicti, et ab inde versus ecclesiam, totum ex utraque parte viæ, cum capella beatæ Mariæ,[4] et quasi medietatem tocius viæ quæ vocatur Skelgate, et præcipue inter aquas,[5] paucis burgis exceptis, et a loco qui vocatur petra Rypon usque finem Sancti Wilfridi, et inde usque viam quæ ducit de Rypon stane[6] usque Skell, et alteram partem tocius viæ, et aliam partem quasi tocius viæ de Westgate, et fere totum Plaxomgate, et totum angulum ad nundinas equorum, et totum a molendino archiepiscopi qui vocatur Bymylne[7] usque ad angulum ad portam cimiterii, et abinde versus Bondegat usque Skelk (*sic*), et totam partem de Annsgate propinquiorem ecclesiæ, cum pluribus terris et vij

The Chapter have about half the town. The principal portions indicated. Places in Ripon.

(1) Doubtless the part of the town where Priest Lane now is. See *Chapter Acts*, p. 41.

(2) This name seems to be lost.

(3) 'Ailcy Hill,' called by Leland 'Ilshow' and by Gent 'Hilshaw.' Refer to Index for a note on the derivation of the name.

(4) The ancient Chapel of Our Lady, the walls of which were standing in Leland's time, together with three crosses *antiquissimi operis*.

(5) The Skell is divided so as to enclose a long island between Water Skellgate (where until lately the water flowed in a fine open stream in the middle of the street) and the main course of the river. See Gent's map.

(6) The Grithstool. See above, p. 51.

(7) The town mill. So the village well at North Kelsey in Lincolnshire is called the Bye well. 'Bywell' is a place-name in Northumberland, and the Danish suffix 'by' is common in Lincolnshire and wherever the Danes settled. Bye-laws were originally town laws.

mesuagiis de feodo de Marmyon, et iiij mesuagiis de feodo domini Simonis Warde.

The tenants and tenures.

Requisiti quale dominium capitulum in tenementis prædictis habet et per quos tenentur, qui dicunt super sacramentum suum quod de istis tenementis et aliis terris in Rypon dominus de Marmyon tenet vij mesuagia et xvij acræ (*sic*) terræ, et reddit per annum vij solidos, quos Galfridus Cornefed, tenens suus, solvit pro toto feodo, et facit pro eo sectam ad curiam capituli, et in defectu domini ipse inveniet unum probum hominem ad vehendum corpus gloriosi confessoris Wilfridi die Ascencionis Domini et per iij dies præcedentes pro ipso, et similiter in aliis festis, pro omni servicio. Simon Warde tenet quinque tofta et j bovatam terræ in Rypon et Gyuendale, reddendo per annum vj denarios, et in omnibus facit ut dominus de Marmyon. Johannes Halmayn tenet xij mesuagia et iij bovatas [et] dimidiam terræ in Rypon, et reddit per annum et in omnibus facit sicut dominus de Marmyon. Dominus de Aldefeld tenet in Rypon vij mesuagia et ij bovatas terræ, et in omnibus facit sicut dominus de Marmyon. Nicholaus Thorald tenet xj tofta et ij bovatas terræ in Rypon, et facit in omnibus sicut dominus de Marmyon. Hugo Stykbuk tenet xv tofta et ij bovatas terræ, et facit sicut dominus de Marmyon. Johannes Belgater tenet iiij mesuagia et ij acras terræ ad caput villæ, et facit servicium curiæ ad vehendum sicut dominus de Marmyon. Rogerus Harmane tenet ij tofta apud capud villæ et retro curiam, et viij acras terræ, et facit servicium ut dominus de Marmyon. Rogerus de Nonwyk tenet viij mesuagia in dominio et dominico iiij acras terræ arabilis de concessione.[1] Johannes Caylly tenet ij mesuagia et iij acras terræ. Et fere omnes tenentes in Staynebriggate, Prestlay, Westgate, et Skelgate, tenent tenementa sua de ipso capitulo, reddendo aliquibus canonicis redditum suum secundum antiquam consuetudinem ecclesiæ, soka tamen integra reservata ipsi capitulo. Et habent sokam suam quasi de tercia parte de Staynelay, scilicet xj mesuagia et de j carucata terræ et mesuagio Roberti Browne, qui quidem Robertus reddit per annum duas cereas, et facit alia servicia ut dominus de Marmyon. Et in Disseford de uno mesuagio iiij bovatis et vj acris terræ, et advocacionem capellæ, quas Johannes Russell tenet. Et magister hospitalis Sanctæ Mariæ Magdalenæ tenet

Carrying St. Wilfrith's body.

Jurisdiction in other places.

Two wax-lights.

(1) ? Coñ. Jōhes; interlined in another hand.

juxta Skyteryk,[1] j hospitale, et in Neuby et Mulwath ix mesuagia, iiij bovatas, et iiij acras terræ, partem in dominico, et partem ut medius inter Jeronimum de Louche, et partem in dominico inter tenentes, et facit servicium et reddit ut dominus de Marmion, et in Estanfelde de ij mesuagiis unde dominus tenet medietatem, de Clesby aliam medietatem, et facit redditum et servicium ut dominus de Marmion. Et in Wallerthwayt et Merkyngton et de iij toftis et xviij acris terræ quæ fuerunt Aylovsone et Jakes. Et Willelmus Gyliot modo tenet et facit servicium et redditum ut dominus de Marmyon. Et in Rypon de uno tofto et iiij bovatis terræ quas Rogerus Puer tenet, et facit servicium ut dominus de Marmyon. Et in Northows de tribus toftis et xv acris terræ quæ faciunt servicium ut supra. Et in Ripon et Thorp de iiij mesuagiis et toftis, et ij bovatis terræ quas Nicholaus Warde de Sallay (tenet) per servicium ut dominus de Marmyon, et portandi vexillum Sancti Wilfridi coram capsula et coram burgensibus Rypon in guerra, et ducere eos, et non aliter in guerra, nisi burgenses inierunt. Et in Bondegate de j mesuagio et ij bovatis terræ quas Willelmus filius Gowyni tenet per servicium summonendi curiam capituli et exequendi omnia quæ ad bedellum pertinent super feodum capituli, et respondendi ad mandatum domini Regis ut ballivus, et facit servicium ut dominus de Marmyon et redditum. Et habent in Ripon x mesuagia et xij bovatas terræ in dominico seperatas inter canonicos et glebam præbendarum. Et in Asmunderby ij carucatas et mesuagium et tofta cum nativis, et totam villam de Skelton in dominio et dominico, videlicet viij carucatas terræ. Et in Howgrave ij carucatas terræ et mesuagia et tofta, cum nativis et liberis. In Hoton j mesuagium et ij bovatas terræ, et terciam partem villæ de Scharrowe in dominio et dominico, cum liberis et nativis in Merkyngton et Staynelay, j carucatam terræ et xl acras bosci, cum liberis et nativis et pasturis. Et dominus de Merkyngton, ut medius inter Robertum de Stayuelay, acquietabit. Et, præter hoc, capitulum habet in pluribus villis per parcellas fere xx bovatas terræ cum toftis et in omnibus istis terris capitulum habet sokam suam, ita quod archiepiscopus nec ministri ejus in illis nil habet interponere. Et ubicumque terræ et feoda capituli sunt ex utraque parte alicujus viæ quam diu tenementa (?)[2]

Bearing St. Wilfrith's banner before the feretory, and in war.

Acting as bedell and bailiff.

Other parcels of Chapter property in and near Ripon;

also in many villages.

(1) The brook crossed by the bridge in 'Stanebryggate,' now 'Stammergate.' It has almost disappeared of late, but is well shewn in Gent's map (A.D. 1733).

(2) MS. ten.'

de capitulo se extendunt ibidem est totum dominium et vastum de ipso capitulo. Et ubi terræ capituli sunt ex una parte, et terræ archiepiscopi ex altera partæ viæ, ibidem se dividunt feoda in medio viæ, nec idem archiepiscopus nec prædecessores sui unquam habuerunt aliquas consuetudines, sectas, servicia, præstaciones, seu aliqua alia super feodum et tenentes ecclesiæ et capituli, nec de jure habuerunt, nisi ex libera voluntate tenencium ecclesiæ et capituli prædictorum. Et omnia terræ et tenementa quæ tenentur de ecclesia simpliciter et integre tenentur de capitulo, nec aliquis canonicus habet sokam per se, licet redditum de diversis tenementis sibi solvantur, sicut totum dominium et soka et libertates sunt ipsius capituli. Et vasta in moris, mariscis, aquis, et hujusmodi in Rypon sunt ipsius archiepiscopi, salvis ipsi capitulo et hominibus et tenentibus suis communis suis in more (*sic*), quarreris, turbariis, piscariis, et mariscis, et similibus, cum hominibus et tenentibus ipsius archiepiscopi ut pertinentibus ad tenementa sua quæ tenentur de ecclesia prædicta, et pro uno libito utendis. Et dicunt super sacramentum suum, quod nec capitulum nec tenentes unquam fuerunt impediti nec molestati contra aliquem articulorum prædictorum, quin semper quiete et pacifice fuerunt in seisina de consuetudinibus et libertatibus prædictis a tempore regis Alstani (*sic*) usque ad modicum tempus ante nunc, ut prædictum est, ut patet de jure per diversas cartas progenitorum domini Regis nunc.

Waste lands, waters, etc., belong to the archbishop.

The present invasion is quite a new thing.

Ideo consideratum est quod capitulum et ecclesia prædicta habeant libertates et feoda sua illæsa quoad archiepiscopum et quoad Philippum Vicecomitem et Willelmum similiter, salvo jure domini Regis si imposterum scire contrarium contigerit.[1] Et quod prædicti Philippus et Willelmus capiantur, etc.

Decision in favour of the Chapter.

Dampnum x libras; clericus lxvj solidos viij denarios.

Damages and costs.

THE AVARICE OF ARCHBISHOP WALTER GRAY.

MATT. PAR., *Chronica Majora*, Rolls edition, vol. iii. 298.

Hoc denique anno, qui tertius erat sterilium annorum, exitialis mortalitas crudeliter ubique sæviebat et fames; quæ pestilentiæ tam exigentibus peccatis, quam ex præcedente aeris intemperie et agrorum generali sterilitate, absque dubio provenerunt. Pauperes vero diversis in locis ob inediam tabes-

A.D. 1234. Famine and pestilence.

(1) Contitigerit, MS.

centes moriebantur, non invenientes Samaritanum qui eos stabulario committeret reficiendos[1] vel vulnera liniret oleo consolationis.[2] Elemosina quidem, quæ etiam divitias augere solet, ubique deserta languebat; dum divites, qui in omnibus bonis abundabant temporalibus, tanta cæcitate percussi sunt, quod homines Christianos ad imaginem Dei creatos mori præ[3] alimentorum inopia permittebant.[4] Cæci quidem fuerunt, qui non ex dono Dei, sed propria industria, jactant se divitias adquisisse. Et si hoc quoque turpe fuit omnibus generaliter Christianis, turpissimum tamen extitit episcopis et ecclesiarum prælatis. Unde inter primos ex vitio avaritiæ notabiles Walterum Eboracensem Archiepiscopum pono cæteris in exemplum. Ad quem cum venissent plurimorum maneriorum præpositi pariter et ministri, ostendentes quod in locis diversis multum habuerit bladum, quinquennali jam tempore inveteratum, quod nimis habebant suspectum ut vel a muribus[5] esset corrosum vel corruptione aliqua putrefactum. Archiepiscopus autem, non habens in tanta necessitate nec ad Deum nec ad pauperes respectum, præcepit ministris suis ac præpositis, ut traderent frumentum vetus rusticis de maneriis suis, qui pro veteri novum sibi redderent post autumpnum. Contigit ergo cum præpositus ejusdem archiepiscopi in villa de Ripun bladum circuiret, extra horrea positum illud trituraret, apparuerunt ubique in garbis capita vermium, serpentium scilicet, colubrorum, et bufonum terribilium; unde ministri, qui cum præposito ad hoc spectaculum convenerant, fugientes, timuerunt ne a vermibus læderentur. Cumque[6] omnia archiepiscopo fuerant[7] intimata, misit senescallos suos, nimio rubore confusus, ut viderent quid[8] inde consultius foret faciendum. At illi, venientes ad locum, non obstanti[9] vermium multitudine, scalas applicaverunt[10] ad bladum; et rusticos quosdam compulerunt ut[11] ascenderent et frumentum[12] detegerent. Qui cum ad summitatem pervenissent, exivit de blado fumus nigerrimus et fœtor quidam infernalis et intolerabilis; unde cum festinatione descendentes ut periculum mortis evaderent, testificati sunt se nunquam antea talem sensisse fœtorem. Vocem etiam audierunt sibi dicentem, ne

Alms withheld by the wealthy,

even by prelates, as Walter Gray.

Corn kept for five years.

Sheaves full of vermin.

Horrible stench and wonderful voice.

(1) Pascendos, a MS.
(2) Vulnera mortalitatis curaret, two MSS.
(3) Ex, two MSS.
(4) Permiserunt, two MSS.
(5) Soricibus, two MSS.
(6) A MS. inserts hæc.
(7) Fuissent, a MS.
(8) Quid facere opus esset, two MSS.
(9) Obstantium, a MS.
(10) Apposuerunt, a MS.
(11) Et, a MS.
(12) A MS. inserts et.

ad bladum manus apponerent, quia et archiepiscopus et omnia quæ habebat, diaboli possessio erat. Videns autem senescallus et alii qui cum illo erant, ex vermium multitudine grave periculum imminere, fecerunt murum altum in circuitu bladi,[1] et ignem adhibentes in girum omnia combusserunt, ne vermes exeuntes totam adjacentem inficerent regionem.[2]

The corn and the vermin burnt together.

ELECTION OF ROBERT DE INSULA.

ROB. DE GRAYSTANES, *Hist. Dunelm. Script. Tres*, 56; *Ang. Sac.* i. 743.

A.D. 1274.

Intellecta igitur morte Episcopi (sc. Stichill) licentiaque eligendi a Rege obtenta, viii Kal. Octobr. electus est Robertus de Insula, Prior de Fyncale, in Episcopum per viam compromissi; et idus Octobris a Rege receptus, viii Kal. Novembris a domino Waltero Giffard Archiepiscopo examinatus—ipse et electio ejus—apud Rypone,[3] ibique dies assignatus pro confirmatione habenda, vigilia Omnium Sanctorum, in ecclesia Dunelmensi, ubi et quando est confirmatus, et Dominica proxima post festum Sancti Nicholai in majori ecclesia Eboracensi consecratus.

R. de Insula examined by Archbishop Giffard at Ripon, and consecrated at York.

THE CLAIMS OF ARCHBISHOP WICKWAINE.

PLACITA DE QUO WARANTO, *Com. Ebor.*, 8 or 9 Edw. I. p. 197. N 1 9 } 1. Rot. 84.

A.D. 1279 or 1280.

Willelmus Archiepiscopus Ebor. summonitus fuit ad respondendum domino Regi quo waranto clamat habere furcas, returnum brevium, extractas, placita de namio vetito, et coronatores proprios infra civitatem Ebor. et extra, et quo waranto clamat habere coronatores proprios ex utraque parte del HULL, et capere prisas in eadem aqua, et quo waranto clamat habere emendam assisæ panis et cerevisiæ fractæ, wrecum maris et *wayf* apud PATRINGTON, et quo waranto clamat habere liberam warennam, et terras suas quietas a secta in WILTON',[4] BEVERLA', BURTON',[5] et alibi in terris suis in comitatu

Archbishop Wickwaine summoned concerning his claims.

(1) Two MSS. insert 'diabolici.'

(2) Canon Raine says: 'The whole thing is ridiculously absurd.'—(*Fasti Ebor.* i. 292, *n.*) But the main facts and details are probably true, though the account is highly coloured.

(3) For the expenses of the bishop-elect at Givendale and Ripon on this occasion, see *Script. Tres,* App. No. LXIX. He appears to have been lodged at Givendale three days.

(4) Bishop Wilton, 4½ miles N. of Pocklington.

(5) Bishop Burton, 2½ miles W. of Beverley.

isto. Et similiter quo waranto clamat habere parcum, liberam warennam, et terras suas quietas a secta apud BEVERL', BURTON', WILTON', RIPON', OTTELEY, SCHIREBURN,[1] et THORP',[2] et quo waranto clamat habere parcum et liberam warennam apud CAWOD,[3] etc.

His defence.

Et Archiepiscopus venit. Et quo ad furcas, dicit quod clamat illas in Baronia extra EBOR. SCHIREBURN, WILTON, PATRINGTON, et OTTELEY, a tempore quo non extat memoria apud BEVERL' et RIPON,' tali waranto quod Rex Adelstanus ante conquæstum Angliæ dedit prædicta maneria Archiepiscopo Ebor. et successoribus suis, a quo quidem tempore omnes Archiepiscopi Ebor. hucusque extiterunt in seisina de prædicta libertate, etc. Et postea Henricus Rex primus, filius Conquæstoris, inter quasdam alias libertates, concessit Archiepiscopis Ebor. *infangenethef* in terris prædictis per cartam suam quam profert, et quæ hoc testatur, etc. Clamat etiam returnum brevium et placita de namio vetito in BEVERLACO et RIPON' cum membris suis, et extractas capiendas per manum Vicecomitis de debitis domini Regis levandis de hiis qui nichil habent extra libertatem, tali waranto quod ipse et omnes antecessores sui a tempore quo non extat memoria taliter usi sunt, etc. Et quo ad coronatores infra civitatem EBOR. dicit quod nullos clamat, etc.[4]

Æthelstân's grant.

Grant of Henry I.

THE CLAIMS OF ARCHBISHOP ROMANUS.

PLACITA DE QUO WARANTO, *Com. Ebor.*, 21 Edw. I. p. 221. N 1 16 } 3. Rot. 19.

A.D. 1292.

Archbishop Romanus summoned to prove his claim to the *jura regalia*.

Johannes Archiepiscopus Ebor. summonitus fuit ad respondendum domino Regi de placito quo waranto clamat habere *infangenethef*, *outfangenethef*, mercatum et feriam, furcas, gibettum, catalla fugitivorum et felonum dampnatorum, wreckum et *weyf*, fines pro evasione latronum, pillorium, tumberellum, coronatores proprios, returnum omnium brevium domini Regis in BEVERLACO et RYPUN, custodiam prisonum et deliberationem gaolæ facere, et omnia quæ ad officium Coronatoris et Vicecomitis pertinet per ballivos et coronatores suos proprios exercere placita de frisca forcia et vetito namio, et omnia alia placita quæ Vicecomiti pertinent placitanda

(1) Sherburn in Elmet, between Leeds and Selby.

(2) Bishopthorpe, 3½ miles S. by W. of York, on the right bank of the Ouse.

(3) Cawood, 9½ miles S. by W. of York, also on the right bank of the Ouse.

(4) See *Addenda*, etc., at the end of this volume.

placitare. Et quod Vicecomes nec alius ballivus domini Regis intret villas prædictas ad aliquod officium domino Regi pertinens excercendum. Et quod justiciarii domini Regis tam itinerantes quam assignati, quociens ad partes illas venerint ad placitandum, venient apud villas prædictas ad omnia placita tam Coronæ quam alia ibidem emergencia placitanda, et felones domini Regis infra villas prædictas receptare. Et habere in manerio suo de PATRINGTON[1] mercatum, furcas, *infangenethef*, *wrek* et *weyf*, et liberam warennam in omnibus dominicis terris suis in BURTON', WILTON', RIPUN, OTTELEY, CAWODE, WISTOWE,[2] LEUENATON',[3] PASSEBRIGG'[4] et MILFORD',[5] et liberam chaceam in boscis de NIDDERDALE et THORNTON'.[6] Et habere mercatum et feriam, *infangenethef*, et furcas, in OTTELEY et SHYREBÛRNE. Et habere feriam, husgabulum,[7] infangenthef, furcas, tercium denarium theolonii de FOSSEBRIGG',[8] et duos cuneos ad fabricand. monetam in Ebor.[9] et emendas assisæ cerevisiæ fractæ in villis prædictis. Et habere primum tastum et primas empciones de vinis et omnibus aliis mercandisis venalibus venientibus in portum aquæ de HULL, et Coronatores proprios ibidem. Et habere parcum in BEVERL', BORTON', SHIREBURNE, et RYPUN, quæ ad coronam et dignitatem domini Regis pertinent, sine licencia et voluntate domini Regis et progenitorum suorum Regum Angl. etc.

Mints at York.

The first taste of wines, etc. coming into Hull.

Et Archiepiscopus venit. Et dicit quod ipse clamat *infangenthef* in villis prædictis ab antiquo, et similiter *utfangethef*, in hac forma, videlicet quod si aliquis fecerit feloniam infra libertatem suam de BEVERLACO vel RYPOUN, et captus fuerit in geldabili comitatus, etc., justiciarii assignati ad gaolam deliberandam liberabunt integre hujusmodi prisonem ballivis ipsius Archiepiscopi ad judicandum in curia sua libertatis prædictæ. Et si aliquis hominum ipsius Archiepiscopi de libertatibus prædictis captus et dampnatus fuerit in geldabili comitatus pro feloniis factis in geldabili, etc., ballivi Archiepiscopi

The archbishop's defence.

(1) POTINGTON in the printed edition.
(2) Between Selby and Cawood, 3 miles N.W. by N. of Selby.
(3) Lennerton, in the parish of Sherburn.
(4) So in MS., doubtless for FOSSEBRIGG.
(5) South Milford, in the parish of Sherburn.
(6) Bishop Thornton, in the liberty of Ripon, 3½ miles N.N.W. of Ripley.
(7) House-tax.
(8) Wrongly FASSEBUGG' in printed edition.
(9) See p. 198 of printed *Placita*: Rot. 84 v.

facient execucionem judicii, etc. Et Archiepiscopus habebit catalla ejus infra libertatem suam inventa. Clamat eciam ab antiquo mercatum apud BEVERLACUM singulis septimanis per dies Mercurii et Sabbati, et apud RIPOUN singulis septimanis per diem Jovis,[1] et feriam apud BEVERLACUM quater per annum, semel videlicet in vigilia et die Sancti Johannis Baptistæ et per tres dies sequentes, et alias in vigilia et in die Sancti Johannis de Beverlaco in yeme, et tercio in die Sancti Johannis de Beverlaco in Mayo, et quarto in vigilia et die Ascensionis Domini, et per septem dies sequentes. Et feriam apud RYPOUN bis per annum, semel videlicet in vigilia et in die et in crastino Invencionis Sanctæ Crucis, et secundo in vigilia et die et in crastino Sancti Wilfridi post festum Sancti Michaelis,[2] etc. Clamat eciam furcas et gibettum in prædictis duabus villis ab antiquo, etc. Clamat eciam ab antiquo catalla fugitivorum et felonum dampnatorum in curia sua in villis prædictis inventa infra libertates suas prædictas, et catalla illorum in geldabili inventa non clamat. Et Archiepiscopus quæsitus qualiter et quando ipse percipit hujusmodi catalla, dicit quod per manus ballivorum suorum postquam hujusmodi catalla in itinere fuerunt adjudicata, etc. Et quociens aliquis felo de libertalibus prædictis dampnatus fuerit vel fugitivus, catalla ejus liberantur villatis custodienda usque ad iter infra libertatem, etc. Clamat eciam ab antiquo wrekcum in hac forma, videlicet apud BEVERLACUM ubi parvum brachium maris se extendit, quociens ligna vel aliqua alia catalla abjecta fuerint per aquam ad terram infra libertatem ipsius Archiepiscopi, quando ulla fit inde secta Archiepiscopus illa capit, ut wrekcum, etc. Clamat eciam ab antiquo percipere animalia quæ dicuntur *weyf* cum acciderit. Clamat eciam ab antiquo percipere fines pro evasionibus latronum levandos per manus ballivorum suorum postquam hujusmodi evasiones adjudicatæ fuerunt in itinere infra libertatem suam, etc. Clamat eciam ab antiquo pillorium et tumberellum, etc. Clamat eciam ab antiquo coronatores proprios in utraque villa ponendos et amovendos pro voluntate ipsius Archiepiscopi, qui tum erunt jurati ad Archiepiscopum ad fideliter faciendum officium Coronatoris, etc. Clamat eciam ab antiquo re-

Thursday market at Ripon.

Fair twice a year.

Wreck, etc. from a little arm of the sea at Beverley.

Animals called *weyf*.

Appointment and removal of coroners.

Return of briefs.

(1) In 1228 the market day was Wednesday; see p. 52. It is still Thursday.

(2) See above, p. 53. Fairs are now held on the first Thursday after the twentieth day after Old Christmas Day, May 13 and 14, first Thursday and Friday in June, Thursday after August 2, first Thursday in November, and November 23.—Lewis's *Top. Dict.* 1840.

turnum omnium brevium Regis in utraque villa, et si aliquis de re aliqua infra libertatem ipsius Archiepiscopi prædictam implacitatus fuerit coram justiciariis de Banco domini Regis locum suum tenentibus, vel coram justiciariis de Banco apud Westmonasterium, et ballivus Archiepiscopi competenter pecierit curia sua, etc., ei conceditur, et tunc justiciarii liberant ballivo suo plenum recordum, una cum transcripto brevis originalis, etc., et ballivi ipsius Archiepiscopi in curia ipsius Archiepiscopi audiunt et terminant hujusmodi placitum. Et si altera parcium ante judicium redierit ad curiam domini Regis et pecierit a justic' quod loquela resumoniatur pro aliqua injuria ei facta, ei conceditur, et si possit verificare injuriam sibi factam ante judicium, etc. placitum illud in curia domini Regis terminabitur. Clamat eciam ab antiquo custodiam prisonum in utraque villa. Clamat eciam ab antiquo deliberacionem gaolæ facere sub hac forma de illis qui capti sunt in libertate sua ad sectam cum manuopere,[1] et eciam de captis in libertate prædicta pro suspicione latrocinii vel alterius malefacti, sive factum fuerit in libertate vel extra, dum tamen sic indictatus se velit ponere super homines villæ, et tunc judicabitur in curia Archiepiscopi secundum veredictum jur. etc. Et si vicecomes mandaverit ballivo ipsius Archiepiscopi, etc. quod aliquis commorans in una prædictarum duarum villarum indictatus vel appellatus fuerit de aliquo malefacto forinseco, etc. ballivus ille non ad mandatum vicecomitis, immo assumens suspicionem ex hujusmodi mandato ipsum capit et ad deliberacionem gaolæ fit de eo sicut superius dictum est. Et eciam cum ballivi habeant suspicionem mali de aliquo invento infra libertatem etc., ipsum capiunt, et ad deliberacionem golæ (*sic*) fit de eo sicut superius dictum est. Clamat eciam ab antiquo omnia quæ ad officium coronatoris et vicecomitis pertinent, per ballivos et coronatores suos proprios exercere, videlicet audiendi indictamenta probatorum de hominibus intrinsecis, etc. et inquirendi de rebus emergentibus infra libertatem, etc. et faciendi execuciones, etc. sicut vicecomites et coronatores faciunt in geldabili comitatus, set non clamat aliquem exigere in curia sua, etc. Et si aliquis appellatus fuerit in curia sua de facto intrinseco, etc. et appellatus defugerit ita quod non fuerit inventus infra libertatem, etc. ballivi dicunt appellatori quod adeat comitatum si voluerit, et ipsi nil inde adtunc faciunt ulterius. Et si appellator veniat ad comitatum

Custody of prisoners, and gaol-delivery.

Office of coroner and sheriff.

(1) Manuopus, seu *cum manuopere captus*, in Fleta, lib. ii. cap. 52, § 42, est in furto, vel cum re furtiva deprehensus.—(*Ducange.*)

et appellet ibi, etc. et appellatus non venerit, etc. sectatores comitatus post consuetum numerum comitatuum hujusmodi appellatum utlegant. Et si comparuit ante utlagariam, etc. ballivi Archiepiscopi habebunt totam cognicionem in curia ipsius Archiepiscopi, etc. Clamat eciam ab antiquo placitare placita de frisca forcia de tenentibus infra libertatem, etc. si querens sequatur infra quadraginta dies a tempore injuriæ sibi factæ, etc. Clamat eciam ab antiquo placitare omnia placita de vetito namio et omnia alia placita quæ ad vicecomitem pertinent placitanda in curia libertatis suæ in utraque villa. Clamat eciam ab antiquo quod nec vicecomes nec alius ballivus Regis intret villas prædictas ad aliquod officium exercendum, nisi in defectum ballivorum ipsius Archiepiscopi per breve domini Regis quod vocatur 'Non omittas propter libertatem,' etc. Clamat eciam ab antiquo placitare in curia libertatis suæ in utraque villa per justiciarios suos proprios in præsenti unius vel duorum justiciorum domini regis omnia placita tam coronæ quam alia infra libertatem suam prædictam emergencia sub hac forma, videlicet quod quocienscumque justiciarii assignati venerint in comitatu isto ad assisas capiendas, etc. et aliqua assisa fuerit arrainiata coram eis de aliquo tenemento in libertate sua prædicta, justiciarii illi assignati vel aliquis eorum pro voluntate sua cui vel quibus vicecomes liberaverit brevia illa venient ad banlucam libertatis apud Mylecros, et ibi liberabunt justic. Archiep. brevia illa, et justiciarii Archiep. in præsencia justic. assignatorum vel unius eorum, etc. placitabunt et facient partibus justiciam, etc. et justiciarii assignati non habebunt ibi rotulos nec aliquid ibi facient nisi tantum quod sedebunt una cum justic. Archiep. ad audiendum et testificandum quod partibus fit justicia, etc. et brevia et rotuli integre remanebunt penes Archiepiscopum, etc. Et cum justiciarii itinerantes venerint in comitatu isto, etc. duo vel unus eorum pro voluntate sua dum iter hic durat venient ad prædictam crucem. Et primo die, cum ibi venerint, sedebunt extra crucem, etc. Et justiciarii ipsius Archiepiscopi sedebunt cum eis, etc. Et (xix *v*) liberabit justiciarius domini Regis omnia brevia domini Regis arraniata ad primam assisam tangencia libertatem prædictam. Et clericus domini Regis vel alius clericus qui custodiam brevium retornatorum de Banco habuerit, etc. similiter liberabit omnia brevia illa quæ libertatem illam tangunt, justiciariis domini Regis, etc. Et justiciarii domini Regis liberabunt omnia brevia illa justiciariis Archiepiscopi, una cum articulis Coronæ, cum omnibus addicionibus suis, adeo integre sicut in

'Frisca forcia.'

'Vetitum namium.'

The king's sheriff not to enter Ripon or Beverley.

The *banlieu* at Milecross is the limit of the archbishop's secular jurisdiction.

The archbishop's judges to sit with those of the king.

itinere debent placitari, set justiciarii domini regis non habebunt ibi rotulos, set tantum ut prædictum est de justiciariis assignatis, justiciarii domini Regis sedebunt cum justiciariis Archiepiscopi ad videndum et testificandum quod partibus fit justicia, et in crastino et semper postea, durante itinere in libertate prædicta, sedebunt prædicti justiciarii Archiepiscopi una cum justiciariis domini Regis infra villam pro voluntate sua, etc. Set justiciarii Archiepiscopi placitabunt, etc. et facient partibus justiciam, etc. set si finis levaverit, etc. justiciarii domini Regis erunt primo nominati in fine, et justiciarii Archiepiscopi subsequenter, etc. Et si aliquis ibi positus fuerit in exigenda ad placita Coronæ, etc., justiciarii domini Regis, simul cum justiciariis Archiepiscopi hoc recordabuntur, etc. et nomina eorum qui sic ponendi sunt in exigenda sub sigillis eorum liberabuntur coronatoribus comitatus, etc. Et in comitatu isto exigentur, etc. Et fiet de eis sicut superius dictum est de liberacione gaolæ de appellatis, etc. Et omnia amerciamenta, exitus, forisfacturæ, fines, catalla felonum et fugitivorum, etc. infra libertatem suam inventa, et omnia alia proficua emergencia de hujusmodi placitis, in usus ipsius Archiepiscopi convertentur. Et quo ad hoc quod continetur in brevi quod clamat recettare felones, etc., dicit quod ipse clamat ab antiquo quod si aliquis homicida venerit infra banlucam apud *Beverlacum* vel apud *Rypoun*, et cognoverit se commississe homicidium, etc. ballivi ipsius Archiepiscopi, accepto ab ipso sacramento secundum consuetudinem, etc. ipsum recipiunt, etc. et remanebit infra libertatem prædictam, set si suspicio sit de eo de alio malefacto, etc. sit de eo sicut superius dictum est de aliis captis et imprisonatis in prædicta libertate, etc. et alios malefactores, nec alio modo clamat eos recettare, etc.[1] . . . . .

Sanctuary.

CONSECRATION OF THE BISHOP OF GALLOWAY.

Chronicon de Lanercost, p. 154.

A.D. 1293.

The Bishop of Galloway consecrated at Ripon.

In festo Omnium Sanctorum [Nov. 1] dilectus Dei antistes ex hac luce recessit, Henricus Galwicensis; cui successit Magister Thomas de Daltoun, consecratus apud Ripoun in festo Assumptionis beatissimæ Virginis [Aug. 15].

(1) The rest relates to other places in Yorkshire, e.g. Patrington, Otley, Sherburn, and Hull.

CONCILIUM RIPPONENSE.

(Ex MS. Cott. Vitell. D. 5, fol. 142, *Wilkins' Concilia*, ii. 285.)

A.D. 1306. Archbishop Greenfield adopts constitutions of Bishop Gilbert de St. Leofard, adding some of his own.

Hoc anno constitutiones synodales per Willielmum Grenefeld, archiep. Ebor. editæ apud Rippon 2 cal. Octobris, anno Domini M.CCC.VI.

[Constitutiones hæ sunt eadem cum Gilberti de S. Leofardo, episcopi Cicestrensis, constitutionibus synodalibus, anno Dom. M.CC.LXXXIX. editis,[1] et supra pag. 169, seq. recitatis: ideo eas

(1) 'Constitutiones synodales D. Gilberti, episcopi Cicestrensis, lectæ et publicatæ in majori ecclesia Cicestrensi in festo S. Fidis virginis, in concilio synodali ibidem celebrato, præsidente dicto domino Gilberto, Cicestrensi episcopo, Anno Dom. M.CC.LXXXIX. Ex MS. Richardi Mountagu, Cicestr. episcopi.'—(Wilk. ii. 169.) As these have no special local connection with Ripon, they are here given only in short abstract.:—

1. Rectors and others having cure of souls to set an example of good conversation. 2. If any be accused of incontinence, and cannot obtain canonical purgation, he is to be held convicted. 3. Those who have violated their own spiritual daughters, whom they have baptized, or received once to confession, to be under graver censure. 4. Rectors who have corrupted their own parishioners to go on pilgrimage for fifteen years, and then into a monastery for life. 5. All presbyters equally bound by the vow of continency. 6. Concubines of presbyters, or of others in holy orders, to be compelled to penance by the sentence of the greater excommunication, and their absolution, except *in articulo mortis*, reserved for the bishop. 7. Any one contemning excommunication and continuing in sin, to be compelled by the secular arm, and be deprived of the communion of the faithful and of ecclesiastical sepulture. 8. Rectors not to employ vicars who are fornicators on pain of a fine of 60*s*., to go to the fabric of the church of Chichester. 9. Presbyters to wear their distinctive dress: any improper garments to be forfeited to the fabric of churches. 10. Rectors to employ good vicars and look well after them. 11. Rectors or their presbyters to attend chapters and denounce offenders. 12. Of reserved cases. In each deanery two presbyters to be chosen to hear confessions of priests (sacerdotum). 13. Inferior presbyters not to be employed on account of their taking lower stipends. 14. Rectors to make proper enquiries before appointing any presbyter to their church. 15. Presbyters to be diligent and careful in their manner of singing and reading. 16. They are to see the sick on Lord's days and festivals, and visit them diligently at whatever hour they are wanted; never to send deacons with the Eucharist while they are at potations, etc. 17. They are not to enjoin hearing mass on persons guilty of theft, etc., until they have made restitution. 18. When they take the Eucharist to the sick, they are to go in surplice, with cross, light and bell, and a clerk or other person preceding. 19. Communion or ecclesiastical sepulture not to be refused 'prætextu cujuslibet delicti occulti.' 20. No priest to admit any one from another parish to confession or communion without leave from his own priest, unless he have a privilege for hearing confessions from the Pope. If a priest give leave, he is to name the parson (personam) to whom the confession is to be made, lest any one should escape confessing altogether. 21. Discourse of

hic repetere supersedemus. Addit tamen Archiepiscopus Eborum nonnullas, quas hic inseremus. Prima Cicestrensia xxxii capita verbotenus fere coincidunt cum Eboracensibus: deinde sequens adjicitur capitulum :]

Cum autem multotiens, repetitis vicibus, in synodo duximus statuendum, et ante singulas ordinum celebrationes solenniter commonendum, ut rectores in subdiaconos, et vicarii in presbyteros, per interstitia temporum a canonibus diffinita, se facerent ordinari; quia tamen hactenus rarus inde fructus provenit, ne impunitas contemptum pariat ampliorem, decrevimus nondum ordinatorum beneficia sequestrari. De cætero siquidem admittendi fructus beneficiorum non percipiant, donec fuerint in sacris ordinibus constituti. Vicarii autem per fructuum subtractionem cogantur in suis vicariis residentiam facere personalem.

Rectors to be at least subdeacons, and vicars priests.

[Sex sequentia capitula eadem sunt in utrisque constitutionibus.[1] Postea addit Eboracensis Archiepiscopus tria alia hujus tenoris :]

tithes or other temporals not to be allowed in confession, only general exhortation given. 22. Likewise on Easter Day the Body of Christ is to be delivered to all without any exaction of tithe or due. 23. No clerks to leave anything to their concubines in their wills, or give to them when dying: such legacies or gifts to be turned to pious uses. 24. Against clandestine marriages to the injury of heirs. 25. Marriage contracts prohibited except before witnesses and in presence of a priest. 26. Archdeacons to keep within their own bounds and not encroach on the bishop's province. 27. Of the bishop's visitation. 28. Presbyters may have processions and prayers for fair weather without waiting for orders. 29. The vessels, vestments, books and other things used for divine service to be suitably provided: the eucharist, font and chrism to be kept locked up. 30. Chrisom cloths not to be put to profane uses, but made into 'manutergia' or surplices, or other things, with all reverence. 31. Churches not to be farmed out to monasteries, especially to any which have the patronage, least of all to laymen. 32. No one to sell tithes before the time when he would be able to bequeath them, nor a layman ever, until they have been separated from the nine parts. Resident clerks, etc., may bequeath tithes of those things which they have themselves cultivated, at any time of the year.

(1) Wilkins, ii. 171.—33. Monasteries to present to us suitable vicars for their churches. 34. Churches, tithes, pensions and other rights which have been usurped, are at once to be resigned. 35. Monasteries not to require from clerks presented to a benefice an oath of fealty. 36. Pensions due at certain times to be then paid on pain of a fine of double their amount to the fabric of the church of Chichester. A like penalty to those who do not pay synodals before leaving synod. 37. Persons to be appointed to examine in matrimonial causes and carefully take down the depositions. 38. Of 'exceptions,' and of false witness in matrimonial causes.

Undutiful sons.

Exigit perversorum maligna protervitas, qui captiosis insidiis maternas lares, quantum in eis est, deprimunt, lacerant funditus, et subvertunt, ut competentibus remediis eorundem refrænatis malitiis circumspectius obviemus; præsertim, cum eos adeo subumbraverit cæcitas, quod propriam et irreparabilem ruinam non sentiunt, dum matrem confundere cupiunt et præsumunt. Cum itaque Eborum Archiepiscopus, Angliæ primas, præter Romanum pontificem, in spiritualibus superiorem non habeat, ac ipsa mater Eborum ecclesia honore primatiæ illustretur, gaudeat plenius, ut est notum; hac sacra synodali constitutione proinde duximus statuendum, ut nullus clericus, vel laicus, secularis, vel religiosus, seu etiam quæcunque universitas, cujuscunque sit dignitatis, officii, status, ordinis, professionis, vel etiam conditionis, in causa, lite, vel negotio, cujuscunque rei nomine, vel ipsius occasione, in nostris diœcesi vel provincia existentis sit constitutus, vel etiam in quacunque alia causa vel negotio, jure cujuscunque actionis, officio judicis, seu quovis alio colore motus, quæ vel quod ex nostra diœcesi, vel provincia trahit originem, seu cujuscunque nomine reus, in nostris diœcesi vel provincia forum sortiri poterit, quoquo modo, quocunque loco agi, vel conveniri contigerit, curiam Cantuariensem pro tuitione ipsius, vel alias, directe vel indirecte, per se vel per alium, suo nomine vel alieno provocet, vel appellet, seu archiepiscopo Cantuariensi, officiali ejusdem curiæ, vel etiam cuicunque alii, auctoritate alicujus eorum, non ex delegatione apostolica procedenti, in hujusmodi appellationibus seu provocationibus obediat quovismodo: seu mandata alicujus prædictorum, cujuscunque tenoris existant, aliqualiter exequatur. Qui quidem contrarium fecerint in aliquo præmissorum, vel eisdem facto vel verbo consenserint, consilium, vel auxilium præstiterint, pœnis subjaceant infrascriptis. Si clerici fuerint, et dignitate præditi, vel in officio constituti, locum dignitatis et officium amittant, et fiant illegibiles ipso facto. Si alias beneficiati, suis beneficiis, nulla etiam monitione præmissa, sint præsentis constitutionis authoritate privati. Si non beneficiati, ad nullum honorem ecclesiasticum, ordinis vel beneficii admittantur. Si advocati, vel procuratores, præter pœnas superiores, postulationis et procurationis officium, cum nota infamiæ, perpetuo sibi noverint interdictum. Si collegium, vel universitas, cum amissione bonorum, pro nostro arbitrio, in pios usus convertendorum. Si clerici fuerint, interdicti; si laici, excommunicationis majoris sententias, quas in eo ferimus in hiis

The archbishop of York has no superior in spiritual things except the pope.

No one to appeal to Canterbury.

Penalties.

scriptis, ipso facto incurrant. Laici etiam nihilominus intestabiles fiant, quarum sententiarum relaxationes nobis specialiter reservamus. Si vero religiosi fuerint, et in dignitatibus obedientiariis, seu officiis quibuslibet constituti, eisdem ipso facto, sine spe restitutionis, præsentis constitutionis auctoritate priventur; et a celebratione divinorum, et executione sui ordinis suspensi maneant, donec nostram gratiam promeruerint obtinere. Quam constitutionem cum suis pœnis, tam in futuris causis et negotiis, quam adhuc pendentibus, locum sibi volumus vendicare, et inter alias nostras synodales constitutiones inseri loco suo.

Against hinderers of the execution of wills.

Statuimus etiam, ne quisquam testamenta seu ultimas voluntates scienter et malitiose impediat aut perturbet, quo minus executores eorum vel administratores, per nos, officiales, seu ministros nostros in bonis testantium deputandi, secundum libertatem et consuetudinem ecclesiæ Anglicanæ, administrare libere valeant in eisdem. Si quis vero hujus statuti transgressor fuerit, ipsum majoris excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto.[1]

Against injurers of church property.

Statuimus, ut si quis de domibus, maneriis, et grangiis, vel aliis hujusmodi locis ad archiepiscopos, episcopos, vel alias personas ecclesiasticas, et ad ipsas ecclesias pertinentibus, accedens, quicquam præter voluntatem aut permissionem dominorum, vel eorum, qui sunt hujusmodi rerum custodiis deputati, consumere, vel auferre, aut contrectare præsumpserit, ipso facto sit excommunicatione ligatus; a qua, donec satisfecerit, absolutionis gratiam minime consequatur. Et, ne hoc salubre statutum prætextu ignorantiæ negligatur; ipsum, vel intentionem illius, per annum continuum a tempore publicationis ejusdem, in ecclesiis cathedralibus, collegiis, et aliis per capellanos et rectores earum, quibuslibet diebus dominicis, astante parochianorum et fidelium multitudine, præcipimus publicari.[2]

Sentences of excommunication.

[Deinde, repetitis sententiis excommunicationis, quæ Cicestrenses concludunt constitutiones,[3] in concilio Ripponensi, duo

(1) See a similar statute of Archbishop Stratford (A.D. 1333–1348) in Lyndwood, lib. iii. tit. 13.

(2) See a similar statute of Archbishop Boniface (A.D. 1241–1270) in Lyndwood, lib. iii. tit. 28.

(3) Wilkins, ii. 172.—40. Excommunicamus autem, qui pacem regis et regni perturbare, aut libertates ecclesiæ, seu jura, præcipue hujus sacrosanctæ Cicestrensis ecclesiæ infringere, ac possessiones ecclesiasticas invadere, aut ad bona ecclesiastica manus impias extendere præsumpserint, in præjudicium ecclesiasticæ libertatis. Item illos, qui in beneficia ecclesiastica se intrudunt; et eos, qui per laicalem potentiam seu aliam

promulgantur capita, quorum unum est de arboribus crescentibus in cœmeterio, etc. alterum de pecunia concessa pro reparatione ecclesiarum, etc.]

De arboribus crescentibus in cœmeterio ecclesiarum seu capellarum.

Trees in church-yards not to be cut down,

In Dei nomine, Amen, Quamvis institutis canonicis sit expressum, quod laicis de rebus ecclesiasticis et religiosis quomodolibet disponendi nulla sit penitus attributa facultas; quos obsequendi monet necessitas, non auctoritas imperandi; multos tamen ecclesiastica jura latent. Alii vero ecclesiis et ecclesiasticis personis, Dei timore postposito (proh dolor!) oppido infesti sunt, adeo ut jura ecclesiastica non formident, in suæ damnationis incrementum, usurpare. Nos igitur Willielmus, permissione divina Eborum Archiepiscopus, Angliæ primas, qui ecclesiarum nostro regimini commissarum jura et immunitates, ex officii nostri debito, conservare tenemur pro viribus, ac tueri; de consensu capituli nostri Eboracensis provide duximus statuendum, ne quis laicus arbores, seu herbam, in cœmeterio crescentes,

violentiam absque consensu seu conniventia prælati loci ea detineat occupata; illos, qui sequestrationem scienter de cætero violant, consimili sententia involventes. Eadem sententia etiam omnes illos innodamus, qui mandata regia pro coercendis excommunicatis a quibuslibet impetrata, gratia vel odio alicujus personæ, seu alia causa exequi malitiose differunt vel evitant. Omnes etiam incendiarios; ecclesiarum fractores, veneficos (et magicis incantationibus utentes, etc.—MS. Gul. Noye, armig.) et veneficas; vacantes imprecationibus; magos, et hæc fieri procurantes; et qui immunitatem ecclesiæ violaverint, denunciamus excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. 41. Prohibemus etiam, ne excommunicationis sententia pro damnis vel injuriis proferatur in genere, quotiens dignosci poterit, quis adversus quem habeat actionem, nisi evidens utilitas id exposcat; excommunicamus etiam omnes illos, qui odii vel lucri causa aliis crimina falsa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, aut membrorum mutilatio, vel exhæredatio, seu bonorum expoliatio sequi debeat, si judicialiter convincantur. Istasque generales sententias in singulis parochialibus ecclesiis per earum sacerdotes, sub pœna suspensionis, præcipimus quater in anno lingua materna publicari parochianis, et aperte; videlicet dominica in adventu Domini, dominica in medio quadragesimæ, dominica proxima ante festum nat. Johannis Bapt. et dominica proxima ante festum S. Michaelis. Qui vero ad defamationem alterius quid proponit, quod mores sugillet, nisi hoc probare voluerit, canonice puniatur; et ita injuriam passo pro modo culpæ satisfacere compellatur. Hæc autem salubria statuta, in singulis decanatibus proximis capitulis post singulos synodos recitentur, et per illos qui capitulis præerint, in singulis articulis exponantur, et ad eorum observantiam per censuram ecclesiasticam singuli districtius compellantur. Hæc autem, et a singulis libertatem prætendentibus districtius observari, et in suis capitulis publicari volumus.

cujuscunque parochiæ, ecclesiæ, seu capellæ in nostra diœcesi, divino cultui deputatæ, absque rectoris licentia speciali, quin temerario prosternere seu falcare præsumat, aut prostratas auferre, vel amovere seu quicquam juris in ipsis aliqualiter vendicare; cum ea, quæ locis religiosis adhærent, religiosa esse penitus censeantur, juxta civiles et canonicas sanctiones. Et ecclesiarum rectoribus aut vicariis, seu quibuslibet ipsorum ministris, hujusmodi arbores aut herbam in cœmeterio crescentes, omnino non liceat in alium usum convertere; nisi in ecclesiæ suæ reparationem, seu ædificationem, aut etiam mansi proprii ad ecclesiam pertinentis. Si quis autem hujus statuti nostri temerarius violator extiterit, ipsum volumus per archidiaconum loci, super hoc congrue requisitum, legitima monitione præmissa, majoris excommunicationis sententia innodari; a qua ipsum omnino absolvi nolumus, donec ecclesiæ, cui contra præsens statutum læsionem vel injuriam irrogaverit, ad arbitrium præfati archidiaconi satisfecerit competenter.[1]

without leave of the rector,

and then to be used only for sacred purposes.

Ut pecunia concessa pro reparatione manu media deponatur.[2]

Item, quia cedentibus, vel decedentibus canonicis ecclesiæ nostræ Eborum, et aliarum ecclesiarum collegiatarum nostræ diœcesis, necnon rectoribus et vicariis, successores eorum consueverunt taxationem defectuum in ornamentis, cancellis, et domibus, ad beneficia, in quibus successerint, pertinentibus, interdum ultra veram æstimationem pro suo libito procurare; et, quod gravius dignoscitur, omnem pecuniam, vel majorem partem exinde redactam in privatos usus suos convertere, nulla penitus emendatione, reparatione, vel refectione factis per eosdem in ornamentis, cancellis, aut domibus memoratis; nos tantæ iniquitatis ausu temerario volentes competenti remedio, prout possumus, obviare, de consensu unanimi capituli nostri prædicti statuimus, ut, facta taxatione defectuum prædictorum

Against embezzling 'dilapidation' funds.

(1) There is a constitution of Archbishop Stratford for the province of Canterbury to the same effect.—Lyndwood, lib. iii. tit. 28. See also Wilkins, ii. 49, 140, 286, 418, 709. One reason for the prohibition assigned by Archbishop Peckham in 1280 was thus expressed: 'quæ quidem arbores cœmeteria ipsa et loca juxta ecclesias et capellas ubi plantatæ fuerint, non modicum condecorant.'

(2) By a constitution of St. Edmund (A.D. 1234-1240) the church goods of rectors and the wealthier vicars were to be taxed at their decease for the repairs of ruinous rectory and vicarage houses, or for what are now called 'dilapidations.'—(Lyndwood, lib. iii. tit. 27.) The Ripon constitution of 1306 is directed against the embezzlement of dilapidation funds.

per legaliores et discretiores de vicinia, qui ad hoc haberi poterunt bono modo, tota pecunia ex præmissa causa levata ad manus duarum vel trium personarum in locis singulis ad hoc specialiter electarum, absque omni diminutione, perveniat. Quæ personæ, dictorum canonici, rectoris, vel vicarii requisito consensu, omnem pecuniam sic receptam in reparationes et refectiones necessarias, prius consideratas et taxatas, absque moræ dispendio, convertere non omittant; ad quod per locorum archidiaconos, legitima monitione præmissa, si necesse fuerit, per majoris excommunicationis sententiam compellantur. Has autem duas constitutiones inter alias synodales, a quibuscunque prædecessoribus nostris factas, incorporari volumus, et inter eas, in singulis celebrandis synodis, solenniter publicari.

Dat. Rippon, 2. cal. Octobris, anno gratiæ M.CCC.VI. et pontificatus nostri anno primo.

SUPPLIES FOR THE EARL OF PEMBROKE.

ROTULI SCOTIÆ, 10 Ed. II. vol. i. p. 159 b (Membr. 11).

A.D. 1316. The Earl of Pembroke to be supplied with provisions in Ripon.

Rex omnibus ad quos, etc. tam infra libertates quam extra in comitatu Ebor. salutem. Sciatis quod cum dilectus consanguineus et fidelis noster Adomarus de Valentia comes Pembrochiæ nobiscum ad partes boriales accedat ad induratam malitiam et proterviam Scotorum inimicorum et rebellium nostrorum cum Dei adjutorio reprimendum, concessimus ei de gracia nostra speciali quod ipse pro denariis suis infra libertatem Rypon' providencias suas de victualibus et aliis necessariis quibus indiget dum moram fecerit in partibus illis per provisores suos quos per literas suas patentes ad hoc deputaverit libere facere valeat et habere absque impedimento nostri seu provisorum aut ministrorum nostrorum quorumcunque.

In cujus, etc. usque ad festum Natalis Domini proximo futuro duratur'.

Teste Rege apud Lincoln' vij die Augusti. Per ipsum regem.

RIPON PLUNDERED BY THE SCOTS.

CHRON. DE LANERCOST, p. 235.[1]

A.D. 1318. Scottish incursion.

In mense autem Maii intravit exercitus Scotiæ in Angliam ulterius quam solebat, et villam de Northallertone et Buru-

(1) See extract from Archbishop Melton's Register, printed below.—Cf. Lingard, *Hist. Eng.* ch. xvii.

brigge et alias quasdam villas in suo transitu combusserunt, et usque ad villam Ripoun processerunt, et villam illam de omnibus bonis quæ invenire poterant spoliaverunt, et ab illis qui matricem ecclesiam intraverant et eam contra Scottorum exercitum defenderunt mille marcas receperunt ne villam ipsam comburerent; et sic post tres dies quibus ibi jacuerant diverterunt usque Knaresburgh, et villam incendia destruxerunt, et silvas illius patriæ, ad quas homines cum pecoribus suis pro refugio habendo confugerant, perscrutati sunt, et pecora acceperunt, et sic per villam de Skyptoun in Craven, quam primo spoliaverunt et postea combusserunt, et per medium illius terræ versus Scotiam redierunt, facientes ubique incendia, et innumerabilem quasi multitudinem pecorum abducentes et captivos viros et mulieres, et pauperes pro pecoribus abigendis, usque in Scotiam sine omni resistentia perduxerunt.

Towns burned.

Ripon plundered.

LEVY AGAINST THE SCOTS.

ROTULI SCOTIÆ, 7 Ed. III. vol. i. p. 236 b (Membr. 25).

A.D. 1333.

Forces to be levied against the Scots, in the Liberty of Ripon.

Rex vicecomiti Ebor. ac omnibus aliis ballivis, ministris, et fidelibus suis de libertate Ripon, salutem. Quia intelleximus, etc. [quod Scoti inimici et rebelles nostri in magna multitudine congregati regnum nostrum jam de novo hostiliter ingredi proponunt ad mala et facinora ibidem pro viribus perpetranda, Nos, volentes ipsorum inimicorum nostrorum maliciæ in hac parte obviare, et salvacioni populi nostri circumquaque ut tenemur providere] *ut supra usque ibi*, Assignavimus dilectos nobis Walterum de Kerby, Willelmum de Bere, et Johannem le Vauassour conjunctim et divisim ad arraiand. omnes homines ad arma infra libertatem prædictam, tam milites quam alios, et ad eligend. infra libertatem illam triginta hobelarios[1] et centum homines pedites, tam sagittarios quam alios de validioribus et potencioribus hominibus libertatis prædictæ, et ad ipsos hobelarios, sagittarios, et alios homines pedites armis competentibus muniri faciendum, ita quod omnes homines prædicti, tam milites quam alii, bene arraiati et muniti prompti sint et parati ex præmunitione trium dierum ad profisciscendum exinde cum præfatis Waltero, Willelmo, et Johanne, vel eorum aliquo quos assig-

(1) Hoblers or hobilers, light horsemen, or certain tenants bound by their tenure to maintain a little light horse, for giving notice of invasion, etc.—See Jacob's *Law Dict.* s. v. Ducange connects it with our 'hobby' or hobby-horse.

navimus conjunctim et divisim, etc.[1] ut supra, mutatis mutandis. In cujus, etc. Teste *ut supra* [Rege apud Belford xij die Maii. Per ipsum regem.]

PARDON FOR GRITHMEN WHO WILL FIGHT THE SCOTS.

ROTULI SCOTIÆ, 16 Ed. III. vol. i. p. 629 b (Membr. 12).

A.D. 1342. Grithmen who will fight the Scots are to be pardoned.

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Sciatis quod assignavimus magnificum principem et dilectum consanguineum et fidelem nostrum Edwardum de Balliolo regem Scociæ ad omnes homines vocatos *grithmen*[2] apud Beverlacum, Ripon, Tynemuth, Hextildesham, et Wederhale, et alibi in libertate ecclesiastica pro immunitate ibidem racione feloniarum per ipsos factarum optinenda existentes, qui ad ipsum regem venire et ad custus suos proprios cum ipso ad partes Scociæ in obsequium nostrum profiscisci voluerint, ibidem quamdiu nostræ placuerit voluntati moraturi, ad pacem nostram recipiend. et ad eos arraiand. et in comitiva sua ad easdem partes ducend. et ad sufficientem securitatem de eis super hoc capiend. et ad cartas nostras de pardonacione quarumcunque feloniarum per ipsos ante festum Sanctæ Trinitatis prox. præteritum perpetratarum eis nostro nomine concedend. quibus ad certificacionem ipsius regis nobis cum securitate prædicta factam cartas nostras de pardonacione feloniarum prædictarum fieri faciemus absque mora.

In cujus, etc.

Teste Rege apud Westmonasterium, xv die Julii. Per ipsum regem.

PRIVILEGES OF THE ARCHBISHOP OF YORK.

ROLLS OF PARLIAMENT, 3 Hen. V. vol. iv. p. 85 (Roll. 82, xxv.).

A.D. 1415. Pur l'Ercevesq. d'Everwyk. (Bowet.)

Item supplient les Communes, pur Henry Archiveqe d'Euerwyk, que come le Roy Adelston jadys Roy d'Engleterre, devaunt le conquest, quaunt il prist une voiage vers l'Escoce pur conquerer la droit de sa Corone d'Engleterre, illoeques

(1) *i.e.* to lead the said men against our enemies if they presume to invade our kingdom, and to certify us of the number and names of the men at arms in the Liberty. Also to forewarn all other men of the Liberty between the ages of sixteen and sixty, that they arm themselves within three days to go in like manner when required. Any who rebel are to be imprisoned.—See the order for the Honour of Pontefract, 236 a. In the same volume are several other briefs for raising forces against the Scots out of the Liberty of Ripon.—See its Index.

(2) Men who had taken sanctuary and obtained the *grith* or peace of St. Wilfrith, p. 51.

promyst et avowa a Dieu, et Seint Johan de Beuerley, predecessour a dit suppliant, que si Dieu luy durroit bone esploit en son dit voiage, la victorie de sez enemys d'Escoce, q'il voudroit endower l'Esglises d'Euerwyk, Beuerley, et Rypon', des Libertees et Fraunchises profitables pur toutz jours adurers; le quell Roy Adelston, par la grace de Dieu eu la victorie de sez ditz enemys d'Escoce, et bone esploite solonque son desire demesne, apres sa revenue en Engleterre, en accomplissement de son dit avowe, graunta a Dieu et Seint Johan de Beuerley, entre autres la fraunchise et libertee q'ensuyt en cestes paroles—'As free mak I the, as hert may thynk, or eygh may see.' Et auxi entre autres Libertees et Fraunchises is bien par les Roys d'Engleterre devaunt le conquest, come par les tres nobles progenitours nostre, dit Seignieur le Roy jadys Roys d'Engleterre puis le conquest, grauntez as predecessours du dit suppliant, il y a tielle libertee et fraunchise; c'est assavoir, que l'Ercheveqe d'Euerwyk duyst avoir sez terres en Beuerley si fraunchement, que null Ministre d'ascun Roy d'Engleterre mesmes les terres duist entrer a ascun office a Roy appartenant excercer, et que l'Esglise de Seint Johan de Beuerley averoit sa pees deins les boundes de son Seigneurie illoeques nome sa leuge, et de mesme la pees defoule l'amendement. Et que toutz les Archevesques d'Euerwyk serroient illoeques defoutz le Roy, mayntenours et protectours, issint que nully ascune poaire illoeques excerceroit forsque les ditz Archevesques: par force de quelles articles, les predecessours du dit suppliant, de temps dount memorie ne court et devaunt, ount eu a Beuerley, et Rypon', Tourne de Viscount, et tout ceo que a celle appartient, et ount faitz, et usez de faire lour Baillifs et Officers deins mesmes les fraunchises, pur garder la pees, et avoir correction et punissement de toutz maners felonies, maffaitz, mesprisions, trespasses, et extorsions, et toutz autres causes deins les ditz fraunchises emergeantz. Et ont eu les amercementz, et issues, et profytz, fynes, chateux de futyves, et de felons, a lour oeps demesne, et toutz maners profitz de tiele correction' et punisment, emergeantz en la fraunchise suis dit. Et ore tarde nostre dit Seignieur le Roy, par sez lettres patentz, ad graunte, as certeins persones, lour nommantz, xii Governours ou Gardeins de la dite ville de Beuerley, et a les Burgeys et Communaltee de mesme le ville, per suggestione faite a son hautesse, sur lour subtiltee et ymagination pensez, pur desheriter sa Esglise d'Everwyk, q'ils et lour heirs et successours pur le temps

Liberties of York, Beverley and Ripon.

Sheriff' Tourn.

esteantz, ou quatre, trois, ou deux de les pluis discretes et sufficiantz persones d'iceux, deussent avoir pur toutz jours plein correccion', punisment, poaire, et auctorite, a conostre, enquerrer, oier et terminer toutz choses et matiers, si bien de toutz felonies, trespasses, mesprisions, et extorcions, come de toutz autres choses et quereles queconques deins la dite ville de Beuerley, et la purcinct de la libertee d'icelle, en queconque manere emergeantz, auxi pleinement et entierment come les Gardeins de la pees, et les Justices as felonies, trespasses, et autres maffaitz, oier et terminer, assignez ou assigners, et les Justices des laborers, servauntz, et artificers, en l'Eestrythyng en le Counte d'Euerwyk, hors de ville, purcinct, et libertee avaunt ditz lors avoient, ou en temps adonques a venir averoient, et qu'ils, lour heirs et successours, eient a toutz jours, a lour oeps demesne, toutz maners fynes, amercementz, issues, et autres profitz queconques ent provenantz, a lever et receyver par lour officers; si come en les ditz lettres patentz est contenuz pluis au pleyn: par force de quelles lettres patentz, issint faitz as ditz Governours ou Gardeyns, Burgeys, et Cominaltee, le dit suppliant est destourbe issint qu'il ne poet user et rejoier sez libertees et fraunchisez, grauntez a sez dits predecessours come desuis est dit. Que pleise a son tres haut et tres gracious Seignieurie par l'assent des Seigneurs Espirituelx et Temporelx en cest present Parlement, de confermer et ratifier, ove clause de *Licet*, a dit suppliant, et sez successours, lour ditz privileges, fraunchises, et libertees, ensemblement ove toutz autres privileges, libertees, et fraunchises grauntez par sez progenitours et predecessours Roys d'Engleterre, as predecessours de dit suppliant; non obstantz ascunes interruptions faitz par les Ministres Roialx, ou autres, encountre les privileges, libertees, et fraunchises suis nomez, en especial ou general, ou ascun d'iceux; combien que le dit suppliant, ou ascun de ses predecessours, les ditz privileges, libertees, et fraunchises, ou ascun d'icelles, ad mesusez ou non usez devaunt ces heures: et outre ceo, de sa tres habondant grace, par auctorite de cest present Parlement, de repeller et adnuller les ditz lettres patentz, as ceux Governours ou Gardeins, Burgeys, et Communalte, quant a toutz les articles suis nomez, et de graunter auxi, que les ditz lettres patentz, per maundement du Roy, soient apportez en sa Chauncellarie, pur y estre, ovesque l'enrollement d'icelles, dampnez et cancellez quaunt a toutz les articles suis ditz. Considerant, tres gracious Seigneur, que vostre graciouse

victorie et gracious escomfiture par la grace de Dieu ore tarde a vous, tres soverain Seigneur, sur voz enemys de Fraunce estoient faitz, le jour de la Translation du dit glorious Confessour Seint John.

Le Roy voet, de l'assent des Seignieurs Espirituels et Temporels en cest present Parlement esteantz, et a l'especiale request de la communalte de son Roialme en mesme le Parlement, que Henry Arcevesque d'Euerwyk, par auctorite de mesme le Parlement, eit confirmation, ove clause de *Licet*, si bien de les privileges, fraunchises, et libertees comprisez deinz ceste supplication, come de toutz autres privileges, franchises, et libertees grauntez par les progenitours et predecessours de nostre dit Seignieur le Roy, jadys Roys d'Engleterre, as predecessours du dit Archevesque, non obstantz ascunes interruptions faitz par les Ministres Roialx, ou autres, encontre les privileges, franchises, et libertees du dit Archevesque, en especiale ou generale, ou ascun d'iceux, combien que le dit Archevesque, ou ascun de ses predecessours, les ditz privileges, franchises, et libertees, ou ascun d'ycelles, ont mesusez ou non usez devant ces heures: et que les lettres patentes as ditz Governours ou Gardeins, de la ville de Beuerley, Burgeys et Cominalte de mesme la ville, lour heirs et successours, Governours ou Gardiens, Burgeys et Cominalte du dite ville, dont cest supplication fait mention, par auctoritee de mesme le Parlement, qant a touz les articles nommez en mesme la supplication, soient repellez et adnullez pur touz jours; et que mesmes les lettres patentes, per mandement du Roy, soient apportez en sa Chauncellerie, pur y estre, ovesque l'enrollement d'icelles, dampnez et cancellez qant a toutz les articles suis ditz.[1] Responsio.

LELAND'S DESCRIPTION OF RIPON.

Itinerary, 2nd ed. 1745, vol. i. p. 89; Bodl. MS., vol. i. fo. 97.

The olde Towne of *Ripon* stoode much by North and Est, as I could gather by veuing of it. c. A.D. 1538. Direction of situation.

The best of the Toune now standith by West and Southe.

The old Abbay of *Ripon* stoode wher now is a Chapelle of The old abbey.

(1) Ripon does not figure much in later mediæval history, but some valuable documents will be found in the extracts from the registers of the Archbishops of York (now for the most part printed for the first time) in a subsequent portion of the present volume. See too *Plumpton Correspondence*, Camd. Soc., pp. liv.-lxii.

The chapel of Our Lady.

our Lady in a Botom [1] one close distant by (*blank in* MS.) from the new Minstre.

Abbat Huby

One *Marmaduke* (*blank in* MS.) Abbate of *Fountaines*, a man familiar with *Salvage* Archebishop of *York*, obteinid this Chapelle of hym and Prebendaries of *Ripon*: and having it gyven onto hym and to his Abbay pullid down the Est End of it, a pece of exceding auncient Wark, and buildid a fair pece of new Werk with squarid Stones for it, leving the West Ende of very old Werk stonding.

rebuilt the east end of the Lady kirk;

He began also and finishid a very fair high Waul of squarid ston at the Est End of the Garth,[2] that this Chapel stondith yn: and had thought to have enclosid the whole [building] with a like Waulle, and [to have] made there a Celle of (*destroyed in* MS.) in the Est End of this Chapel, and ther lyith a nother of them yn the Chapelle Garthe. And in the Chapel singith a Cantuarie Prest.

also a fair high wall; and thought to have made there a cell of (Cistercian monks).

One thing I much notid, that was 3 Crossis standing in row at the Est Ende of the Chapelle Garth. They were thinges *antiquissimi operis*, and Monumentes of sum notable men buried there: [3] So that of al the old Monasterie of *Ripon* and the Toun I saw no likely tokens left after the Depopulation of the *Danes* in that place, but only the Waulle of our Lady Chapelle and the Crosses.

Three very ancient crosses.

The new Minstre is set up [4] of the Hille, a fair and bigge Pece of Work: the body of the Chirch of very late dayes made of a great Widnesse [5] by the Treasour of the Chirch and Help of Gentilmen of the Cuntery.

The Minster. Its new aisles.

Ther be 3 great old Toures with pyra[mides on] them, 2 at the West End, [and one in] the midle of [the Church] (*a line destroyed in* MS.)

The three spires.

The commune Opinion is that *Odo*, Archbishop of *Cantewarbyri*, cumming ynto the North Partes with King (*blank in*

A rebuilding attributed to Odo.

(1) Leland's word for a valley.

(2) This wall is still standing, east of the Deanery, which is on or near the site of the chapel.

(3) These were probably what are called 'Saxon' crosses, with 'Runic' knotwork similar to what is on some stones built into the south wall of the Minster transept. A portion of an ancient stone cross inscribed ADHVSE PRB and some tesseræ, have been found in what was the chapel garth.

(4) 'Upon the.'—*Burton's transcript.*

(5) Ripon Minster had an aisleless nave at first; with the aisles it is now 87 feet wide, being exceeded only by York, Chichester, Winchester, and St. Paul's.

MS.) had pitie of the Desolation of *Ripon* Chirch, and began or caussid a new Work to be edified wher the Minstre now is.[1]

How beit the hole Chirch that now standith indubitately was made sins the Conquest. The present church built since the conquest.

The Minstre now servith for the Paroch Chirch. Now serves for the parish church.

The Prebendaries Houses be buildid in Places nere to the Minstre, and emong them the Archebisshop hath a fair Palace. Houses of prebendaries, and of vicars.

And the Vicars' Houses be by it in a fair Quadrant[2] of square Stone buildid by *Henry Bowet* Archebisshop of *York*.

The Paroch is of a very great Cumpace, and goith one way to *Pately* Bridg a vij mile of. Extent of the parish.

In the Paroch be sum Chapelles of Ease. Chapels of ease.

There hath bene about the North Part of the olde Towne a Paroch Church by the Name of *Alhalowes*.[3] Church of Allhallows.

The very Place wher the Market stede and the Hart of the Towne is was sumtyme caullid [*Holy-Hill*]*e* of holy trees[4] ther growing, wherby it apperith that [that Part of] the Toun is of a [small continuance]. The market-place formerly called Holly Hill.

There apperith by Est North Est at the Toune End of Ripon a great Hille of Yerth east up in a playn Close, bering now the name of *Ilshow Hille*, wher be al likelihod hath beene sum great Forteres in the *Britons* tyme. Ailcey Hill.

And at the very Northe Ende of the Toun in a side of a Close behind the Bisshop's Palace is a nother Hille[5] lyke a kepe of a Castel, bering the name of *Alhalowis Hilles*. So that one of the Hilles standith directely set agayn the Conspect of the other. Allhallows hills.

Al the hole Towne standith as I cam to it on the hither Ripe of *Skelle*, a praty Ryver cumming out of the West and renning by South on the Toune first under a stone Bridge, and then under a Bridge of Wood, and about a Quarter of a Mile lower in to *Ure*,[6] almost in the midle way betwixt *North Bridg* and *Hewwik Bridge* of Stone on *Ure*. The pretty river Skell. Bridges. The Yore.

(1) Here we have nothing of the story about Odo taking the bones of St. Wilfrith of Canterbury.

(2) Leland means a quadrangle.

(3) The Church seems to have disappeared at a very early period; the name, however, still survives in 'Allhallowgate.'

(4) 'Growing thereupon.'—*Burton.*

(5) This has been levelled.

(6) *Voces cæteræ hujus* § *desunt in* B.

Bridges on the Yore.

These 2 [Bridges on] *Ure*[1] be a 3 Quartars [of a Mile] distant one from [the other].

Fol. 99. Hospitals.

Ther be in the Town of *Ripon* 3 Hospitales. S. *Marie Madalenes* and S. *Johns* of the Archebisshops of *York* Fundation. *Magdalenes* is on the hither Ripe of *Skelle* as I cam to the Town, but hard onto it. S. *John's* is on the farther ripe of *Skelle* and sumwhat nere on to it.

Maison de Dieu.

The Hospital of S. *Anne* of the Foundation of a Gentilman of the Cuntery there by, whos Landes be now disparkelid by Heires General to divers men, is hard on the hither Ripe of *Skelle.*

Skell divided for milldams.

And about this Part of the Toun *Skelle* for Mille Dammes is devidid into 2 Partes,[2] and sone after cummith agayn to one Botom.

Tenters for cloth.

There hath been hard on the farther Ripe of Skelle, a great numbre of Tainters[3] for Wollen Clothes wont to be made on the Town of *Ripon*: But now idelnes is sore encresid in the Toun, and Clothe makeing almost decayed.

Idleness sore increased.

Fair for cattle and horses.

The faire about the fest of S. (*destroyed in* MS.) at *Ripon* is much celebratid [for Cattel and for Horses] (*destroyed in* MS.) *Ripon* standith (*destroyed in* MS.)

West Tanfield.

From *Ripon* to *West Tanfeld* about a 4 miles, part by Wood part by Pasture and Corne.

The Archbishop's park.

And as I cam out of *Ripon* I passid by a great Park of th' arch-bisshopes of *York* a vj Miles in cumpace.[4]

SEPULCHRA NOBILIUM IN ECCLES. DE RIPON.

(*Lel. Itin.*, 2nd ed. 1744, vol. viii. p. 21.[5])

In boreali parte insulæ transm' (transepti).

Two Tombes withe Ymagis of the *Markenfelds* and theyr Wyves. And a Tumbe of one of the *Malories* in the Southe Parte of the Crosse in a Chapell: and without, as I herd, lyethe dyvers of them undar flate stones.

(1) Printed ed. '*We*'; MS. '*Vre.*'

(2) This was the case before A.D. 1228. See p. 60, n.

(3) 'Tenters.'—*Burton.*

(4) The contractions of the MS. are extended, blanks filled up, and capital letters and italics inserted, as in the printed edition.

(5) Leland's own MS. of this portion of the *Itinerary* is not extant. For a notice of the original MSS., and of Burton's and other transcripts, see Macray's *Annals of the Bodleian Library*, under A.D. 1632.

On the Northe Syde of the Quiere.

Ranulphus Picot *obiit anno Dom.* 1503.

S. Wilfridi reliquiæ sub arcu prope mag. altare sepultæ, nuper sublatæ.

There be v fayre Arches in the Syde Isles of the Body of the Churche.

The Body selfe of the Churche is very wyde, and was a late new buildyd, especially by one[1] . . . . . Prebendary of the same Churche. Sence I hard say he was but Paymastar of the Works.

In the Crosse Isle on eche part be 2. or 3. Arches.

Inscriptio: in novo muro Capellæ S. Mariæ Ripioni (*sic*).

S. Cuthebertus episcopus Lindifarnensis hic fuit monachus.

S. Eata Archiepiscopus Ebor. hic fuit monachus.

S. Wilfridus Archiepiscopus Ebor. hic fuit monachus et I abbas.

S. Willebrordus Archiepiscopus Walretensis[2] hic fuit monachus.

INSCRIPTIONS FORMERLY IN DURHAM CATHEDRAL.

(RITES OF DURHAM, *Surtees Soc.* vol. xv. p. 42.)

And under Saint Oswald is the picture of Wilfridus, Bushop, in fyne coulored glasse, as he was accustomed to say masse, with his myter on his head and his crosier staffe in his lefte hand, under whose feete is written: A.D. 1593. St. Wilfrith represented in painted glass.

'Sanctus Wilfridus primo Lindisfarnensis monachus post Abbas Ripensis ultimo Archiepiscopus[3] Eboracensis uno anno rexit episcopatum Lindisfarnensem.'

(RITES, p. 108; MS. ECCL. CATH. DUNELM. B. iii. 30, fo. 10.)

SANCTUS WILFRIDUS, monachus Lindisfarnensis, postea Abbas Rypensis, deinde Archiepiscopus Eboracensis. Sedem episcopalem Haugustaldensem et monasterium de Selesey fundavit. Vectam insulam et gentem Australium Saxonum ad fidem convertit. Cum Scotis in sinodo apud Qwytby, coram Oswyn Rege, de observacione termini Paschalis disputavit et vicit, et apud *Scūs Wilfridus 2us ex parte australi.* 15th cent. Chief events in life of Wilfrith.

(1) Marmaduke Bradley. See Ripon Chapter Acts 348–352, and Index to the present volume.

(2) This word is blundered somehow: St. Willibrord was Bishop of Utrecht. On his early life at Ripon see above, p. 1.

(3) Wilfrith was not Archbishop of York, but Bishop of Northumbria. The window referred to was in the Galilee; the glass would be of the latter part of the 15th century, if not of the beginning of the 16th.

Rypun sepultus quiescit. Bæda de gestis Anglorum,[1] libro quinto, cap°. 19. sub anno graciæ, 692.

(RITES, p. 111; MS. ECCL. CATH. DUNELM. fo. 15.)

Scūs Eata.

SANCTUS EATA, unus de xij pueris Sancti Aydani, quos ab inicio de nacione Anglorum suscepit et educavit, postea monachus et abbas Mailrosensis et Lindisfarnensis factus, Sanctum Cuthbertum in monachum creavit, ac præpositum sive priorem, primo Mailrosensem, post Lindisfarnensem fecit. Monasterium monachorum in Ripon, dato loco ab Alfrido rege, fundavit,[2] ubi Sanctus Cuthbertus angelum Dei hospicio suscepit. Deinde, per Theodorum Magnum Cantuariensem archiepiscopum ordinatus, episcopus regimen Haugustaldensis et Lindisfarnensis ecclesiarum, duarum videlicet sedium, aliquamdiu accepit, et tandem apud Hexham obiit: quem intra ecclesiam, in scrinio honore condigno, Alfred filius Westou, presbiter Dunelmensis, collocavit. Bæda de gestis Anglorum. Et ex vita ejusdem, sub anno graciæ 678.[3]

Eata, the founder of a monastery in Ripon.

(RITES, p. 119; MS. COSIN B. ii. 2, fo. 17.[4])

Gifts of Alchfrith to Wilfrith.

REX ALFRIDUS NORTHUMBRIÆ. Rex Northumbriæ Alfridus dedit monachis Lindisfarnensibus locum in Rippon, ubi fundatum erat Monasterium monachorum; in quo Sanctus Cuthbertus, ad receptionem hospitum deputatus, angelum Domini in specie hominis recepit; dedit et Sancto Wilfrido terram juxta Stanfordiam, ubi est prioratus Sancti Leonardi.

(RITES, p. 123; MS. COSIN, B. ii. 2, fo. 23.)

St. Eata made St. Cuthberht a monk.

S^us^ EATA, monachus et abbas Mailrosensis et Lindisfarnensis, fecit Sanctum Cuthbertum monachum, ac præpositum sive priorem, primo Mailrosensem, post Lindisfarnensem, et, dato loco ab Alfrido rege, in Rippon fundavit monasterium monachorum, ubi Sanctus Cuthbertus hospitio suscepit angelum Domini. Et episcopus factus, quintus in ordine rexit ecclesiam Lindisfarnensem, simul cum ecclesia de Hexham, cujus ossa in ecclesia de Hexham sunt canonizata.[5]

Cuthberht entertained an angel at Ripon.

(1) *i.e.* the Ecclesiastical History. (2) See above, p. 2.

(3) These two inscriptions, extracted in the Appendix to *Rites* from MS. Eccl. Cath. Dunelm. B. iii. 30, a treatise which has been wrongly attributed to Prior Wessington, were under pictures or images of the persons named, together with a very large number of others of a similar nature.—See *Rites*, pp. 105–117. The Chichester inscription, *supra*, p. 16, is there placed according to the date of the chief events recorded in it.

(4) On this MS. see Preface to *Rites*, p. xiv, *note* 2.

(5) These two last were also under images.—*Rites*, 119, 122.

ORIGINAL DOCUMENTS.

I. GRANTS TO THE CHURCH.

I. CHARTER PURPORTING TO BE ÆTHELSTÁN'S.[1]

(DUCHY OF LANCASTER RECORDS, A. 23.)

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis, Atelstanus Rex Angliæ omnibus hominibus suis de Eboratura (*sic*)[2] per totam Angliam, salutem. Sciatis quod ego confirmo ecclesiæ et capitulo Rypon' pacem suam, et omnes libertates et consuetudines suas, et concedo eis curiam suam de omnibus querelis et in omnibus curiis de hominibus Sancti Wilfridi, ipsis et hominibus suis vel contra ipsos vel intra se ad invicem, vel *c.* A.D. 925?

(1) This charter is printed by Dugdale, both in the 'Monasticon' and in his 'History of the Collegiate Church at Ripon,' at the end of his 'St. Paul's.' In the former work the Archbishop's initial is printed 'G,' which led Walbran to suggest that it stood for Geoffrey, and that the document is a fabrication of his time.—*Ripon Guide*, 12th ed. p. 30. It is here printed from a Plea roll at the Public Record office. This document, printed above, pp. 51-63, recites the present charter and the rimed charter as evidence in a dispute about the rights of the Church. We here read 'T. archiepiscopo,' as does Dugdale in his above-mentioned 'History.' In MS. Dodsw. 160, fo. 250 v., the T is very like G, whence, probably, the reading in the Monasticon. Æthelstán reigned 924 or 925 to 940, Redewald and Wulstan I. being contemporary Archbishops of York from 928. Walbran thinks that this charter is of the nature of an *inspeximus* rather than of an original grant, genuine or forged, and that the rimed charter, the language of which is of the latter part of the thirteenth century, if not later, may be regarded in a similar light. The 'T' might stand for Thomas I., Thomas II., or Thurstan (1070-1140). On forged charters, see the preface to the Aberdeen Register published by Spalding Club, p. xi, etc. and the preface to Greenwell's *Feodarium*, Surt. Soc. vol. 58. The references to Dugdale are, Old Monasticon (1655), i. 173; New Monasticon (1819), ii. 133; 'Historical Account of the Cathedrals of York,' etc. (1715), p. 38.

(2) Probably a scribe's error for 'Eborascira.'

quæ fieri possunt, et judicium suum per *frodmortele*,[1] et quod homines sui sint credendi per suum *ya* et per suum *na*,[2] et omnes terras habitas et habendas, et homines suos, ita liberos quod nec rex Angliæ nec ministri ejus nec archiepiscopus Eboracensis, nec ministri ejus aliquod faciant vel habeant quod est ad terras suas vel ad sokam capituli. Testibus T. archiepiscopo Ebor., et P. præposito Beverlaci.

II. RIMED CHARTER CALLED ÆTHELSTÁN'S.

(Duchy Records, A. 23.)

Wittyn' al that is and is gan
yat ich kyng Attelstane
has gyuen' as frelich as ich may
to kyrk and Chaptel of Seynt Wylfray
of my fre deuocon'
thar pees at Rypon'
on ilke syde ye kyrk amyle
for al ille dedes and ilke Gyle [3]
and wyth ine thayr kyrk yate
atte ye stane yat Grythstole hatte [4]
w^t Inne the kyrk dore And ye quere
thay have thayr pese for lesse an mare
ilkan of this stedes[5] shal haue pees
of frod mortel and ilke dede
yat with heuten hit don' is [6]

(1) Frodmortel, rectius Freomortel (from the Sax. *Freo*, free, and *Morthdel*, Homicidium), an immunity for committing manslaughter—Jacob's Law Dict. 1762, referring to this passage, which Dugdale in 'History of the Coll. Ch. at Ripon' prints '*judicium suum pro* Free Mortel.'

(2) There is a Rabbinic saying לאו צדק והין צדק, 'Let your *Nay* be the truth, and your *Yea* be the truth'; *i.e.* let neither require the confirmation of an oath.—Cp. St. Matthew, v. 37. Sifrā, Pericope Kedoshim, parashah iii., perek viii. 7. Compare also T. B. Baba Metz. 49 a, and T. Y. Shebi'ith x. 4 (39 d), all quoted in Lowe's Fragment of T. B. *Pesachim*, p. 62, *note* 3.


(3) Guile, deceit.

(4) Peace-stool 'hight,' *i.e.* is named. Also *fridstool* (at least at York): 'Cathedra lapidea juxta altare quam Angli vocant *fridstol*, id est cathedra quietudinis.'—*Carta Henrici regis Angliæ eccles. Ebor.*, in Reg. Magn. Alb. Ebor. part i. fo. 64; and part ii. fo. 1, 1 *v.*: 'quietudinis vel pacis.'—Henr. III. ib. 2 *v.*

(5) Steads, places.

(6) That is done outside it.

RIMED CHARTER CALLED ÆTHELSTAN'S



FROM THE ROLL A. 23. DUCHY OF LANCASTER RECORDS (DIV. XXV).

Tol Tem Sok et Sak wᵗ yryn' and with water
deme [1] and do wrak [2]
and atte [3] the land of Seint Wilfray
of ilkyn' Geld [4] fre shal ben' ay
that ẏ ne haue nan yet langes me to
in thar wharshape shal haue at [5] do
And for ich will yat yay ben' saue
I wyll that yay alkyn' fredom haue
And in all thyngges be als free
as herte may thynk or eghe may se
Atte powar of a kynge
Mast may make fre any thing
And my sele haue I sat her to
for I will that naman this gift vndo.[6]

(Dodsworth's MSS., Bibl. Bodl., No. 160, fo. 250.)

Carta Adelstani regis *fc̃a sc̃o Wilfrido de Rippon* custodia Xpõferi lyndall canonici ibm̃.* *Att Rippon Sept. 6, 1620.**

Wyt al that es and es gan
at ik kyng Adelstan
as Gyuen als ffrelich as i may
And to capitell of Seint Wilfrai

Ex M. S. per antiq. penes Xpoferi (sic) Lindall.

(1) Doom, judgment.

(2) Destruction, wreck. There seems to be something wanting here. Dugdale prints :—

'Of freed mortel and ill deeds
Yat yair don is; Tol, Tem,
Soc, Sac, with yren and with water deme
And yat the land, etc.'

The reference to ordeal by hot iron and by water takes us back to times long before the date of this charter in its present form. The English ordeal went out of use soon after the Norman Conquest. But it seems not unlikely that the iron, or one of the irons used at Ripon, was preserved as 'St. Wilfrid's burning-iron,' which will be noticed in connection with its occurrence in the Account-rolls as a source of income up to the Reformation.

(3) 'That.'

(4) Each kind of tax.

(5) 'At' is here the sign of the infinitive. See 'Layfolks' Mass-book,' E.E.T.S. 295. The meaning of this obscure couplet seems to be, 'That I have none that belong to me, (who) in there (sc. in the Liberty) warship (military service) shall have to do.'

(6) This document, like the last, is printed from the Duchy of Lancaster Plea roll. Dugdale prints it 'ex Registro Coll. Eccles. de Ripon penes . . . Lindale Subdecanum 1630' (reff. as above, p. 89, *n.*). Canon Simmons considers it to have been versified in Northumbrian English and copied by a scribe who has introduced Midland forms.

Of my free devotion
Yair pees At Rippon
On ilkȝ side ye kyrk a mile
ffor all il deedes and ilk a gyle
And with in yair kirk yate
At ẏt stan ẏat grithstole hate
Wyth in ye kirk dore and ẏe quare
Yai haue pees for les and mare
ilkan of ẏis stedes sal haue pees
~~Sal haue pees~~ of frodmortell and il dedes ~~at ẏair dones~~
yat yair don is. Tol Tem
~~Tol Tem Sok and Sac~~
~~Sok Sack~~
With iren and with water deme ~~and do wrak~~
~~And do wrak~~
And ẏt ye land of seint Wilfrai
of alkẏn geld fre sal be aẏ
At iꝛ na nan at langes me to
In yair (*a*) *Harpfac* sal haue at do
And for ik will at yai be saue
·ı· will at ẏai alkẏn fredome haue
And in al thinges be als free
As hert may thynkꝛ or eygh may se
At te power of a kynge
Mastꝛ make free any thyngꝛ
And my seal haue ·ı· setꝛ ẏerto
for I will at na man it vndo.

(*a*) Dutch for Duke-dome.

N.B.—The erasures and additions are in paler ink, as if added afterwards. The former are here represented in erased type, the latter in italics.

(Sir Thomas Herbert's MS.[1] *Trin. Coll. Camb.* O.3.2.)

Witen all yat is and is gane
Yat ich King Adelstane
Has yeoven as freelich as ich may
To Kirk & Capitel of S[t] Wilfray.

(1) This MS. contains (1) five folio pages of historical matter, including the two charters called Æthelstán's, those of Henry I. and Stephen, and an extract about the hospitals printed below; also a list of chantries, etc. (2) Drawings of St. Wilfrid's steeple or spire, and of the old chapter seals. (3) MS. scheme for an ecclesiastical seminary at Ripon, on a folded sheet.

For a notice of Sir Thomas Herbert (of Tinterne, and of the City of York, Bart., ob. Mar. 1, 1681–2), see *Yorkshire Arch. Journal*, vol. i. p. 182.

Of my free devotion
Yair pees at Ripon.
On ilk side that kirk a mile
For all ill Deeds and ilk a guile
And within the Kirken yate.
And at the Stane y[t] Grith stool hate
Within y[e] kirk-door & y[e] Quaire
They have their pees torles (*sic*) & mare
Ilken of theis Steeds
Sall haue pees of Freedmartel & ill deeds,
Yat withouten it done is Toll. Theme.
Sok. Sac. with Yrne & with water deme
And do wrack & at land at S[t] Wilfray
Of ilken guild, frea sall been ay.
Yat Ine have nane that langs me to
In thair Harshape schat have at so.
And for ich wald yat yai been save
Ich will yat yai ilken freedum have
And in all things be as free
As heart may think or eigh may see
At the power of a Kinge
Yat mast may mak free any thinge
And my seile have ich set yarto
For I will yat na-man this gift undo.

III. CHARTER OF HENRY I. CONFIRMING PREVIOUS EXEMPTIONS FROM CASTLE-BUILDING.

(Registrum Magnum Album Ebor., Part I. fo. 65, and IV. 18 v.) [1]

Henricus Rex Angliæ, Nigello de Albani [2] et Ansch' de Bulemer, et omnibus baronibus Francis et Anglis de Euerwicscira, salutem. Præcipio quod omnes terræ canonicorum Sancti Petri et Sancti Johannis de Beuerlec, et Sanctæ Mariæ de Suthwella, et Sancti Wilfridi de Ripun, et de Hestoldesham, sint ita quietæ de expedicione et de opere castellorum sicut melius fuerunt tempore patris et fratris mei. Et si quid inde super hoc captum est, reddatur. Teste R.[3] Cancellario, apud Wodestocam.[4] A.D. 1101–20?

(1) Dugd. Monast., Nov. (1830), vol. i. part iii. p. 1179.

(2) Albini, iv. 18 v.

(3) Roger, afterwards bishop of Salisbury, and Ranulph or Arnulph, a chaplain of Henry I., were both chancellors during this reign.

(4) At iv. 22, is 'Breve Regis quod canonici Ebor. sint quieti ab opere

IV. CHARTER OF HENRY I. FOR A FAIR.

(Dugdale, Hist. Account, etc. p. 39; MS. Dodsw. 160, fo. 250 v.)

c. A.D. 1108. Henry grants a fair for four days.

H(enricus) Rex Angliæ, vicecomitibus et ministris, et omnibus baronibus, Francis et Anglis de Eboraciscira et de Northumberlandia, salutem. Sciatis me concessisse Sancto Wilfrido de Ripun et T(homæ) Archiepiscopo Eboracensi,[1] habere feriam per quatuor dies, ad festum Sci. Wilfridi de Aprili, duobus diebus ante festum,[2] et die festi, et in crastino. Et præcipio quod omnes illuc euntes et inde redeuntes, cum omnibus mercatis suis, habeant meam firmam pacem, ne eis injuria vel contumelia fiat, neque disturbentur, super x[l] forisfacturæ. Teste Nigello de Albineo, et Gaufrido filio Pagani, et Gaufrido de Clynton,[3] apud Wodstokam.[4]

V. GRANT OF LAND TO THE CHURCH 'IN DEDICATIONE.'

(Darnbrough MS. i.)

A.D. 1114–1140. Archbishop Thurstan to the church of Ripon.

T[urstinus] Dei gracia Eboracensis archiepiscopus, omnibus parochianis[5] Sancti Petri Eboracensis, salutem et (oraciones).[6] Sciatis quod ego donavi ecclesiæ Sancti Wilfridi in dedicatione ejus,[7] j caruc. terræ quam tenet Ricardus filius Turstini canonici, ita videlicet quod ille reddet canonicis illos ij sol. tantum quos michi pro eadem caruc. terræ reddebat per annum, et non amplius.

castellorum.' S(tephanus) Rex Angliæ, justiciariis et vicecomitibus et baronibus et ministris et omnibus fidelibus suis Francis (*ut supra*) sicut fuerunt temporibus successorum (*sic*) meorum Regum Angliæ, et sicut breve regis Henrici testatur quod inde habent. Teste Willelmo Com. de Albem' (*a name omitted*) Archid. et R. de Verlle, et Ricardo de Curci, apud Ebor.

(1) Henry I. was contemporary with Thomas I. from Aug. 1, 1100, when he succeeded to the throne, to November in the same year, when Thomas died. Also with Thomas II. during his occupancy of the see of York from 1108 to 1114, when he died.

(2) That of the Translation.

(3) Glintora.—MS. Dodsw.

(4) A favourite residence of Henry, where he had a famous zoological garden, mentioned by William of Malmesbury, v. 409, Henry of Huntingdon, *Script. p. Bedam*, 218 B, and in *Ang. Sac.* ii. 695.

(5) A somewhat late indication of the original application of the word *parochia* to what we now call a diocese.

(6) Here and elsewhere when the reading of this MS. is doubtful, it is indicated by a parenthesis.

(7) This has led to the erroneous supposition that Abp. Thurstan built the present church, which was certainly 'begun anew' by Abp. Roger (1154–1181). See Darnbrough MS. iv. *infra*, p. 97. 'In dedicatione' apparently refers to some anniversary of the original dedication by St. Wilfrith.

VI. FOUNDATION OF SHAROW PREBEND.

(DARNBROUGH MS. ii.)

T[urstinus] Dei gracia Eboracensis archiepiscopus, omnibus successoribus suis, et decano Eboracensi, totique capitulo Sancti Petri, et omnibus Sanctæ Matris ecclesiæ filiis præsentibus et futuris, salutem. Sciatis me redidisse et hujus cartulæ testimonio confirmasse Deo et ecclesiæ Sancti Wilfridi de Ripon, ij bovatas terræ in (Sharou) in perpetuam præbendam eidem ecclesiæ, cum omnibus ad eas pertinentibus, tam in hominibus quam in aliis rebus. Hii sunt testes, Gualterus abbas de Salebe,[1] Gualterus, Osbertus, Gaufridus Archid., Willelmus, Martinus, et Hubertus filius ejus, Symon canonicus, Robertus filius Amfridi.

A.D. 1114–1140. Archbishop Thurstan to the church of Ripon.

Witnesses.

VII. STEPHEN'S CONFIRMATION OF THE LIBERTIES WITHIN THE LEUGA.

(DUGDALE, HISTORICAL ACCOUNT, etc. p. 39.)

Stephanus Rex Angliæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, vicecomitibus, et omnibus ministris suis fidelibus, Francis et Anglis, totius Angliæ, salutem. Præsentis chartæ testimonio confirmo ecclesiæ S. Wilfridi de Ripun pacem suam infra leucam suam, et ejusdem pacis violatæ emendationem, sicut est ab aliquo prædecessorum meorum melius ipsi ecclesiæ collata, et a me cum eisdem regibus confirmata. Privilegia quoque et donationes quæ a regibus Edwardo scilicet, et avo meo Willielmo consecuta est, et libertates omnes et dignitates, et consuetudines, et rectitudines suas, tam in aquis, quam in terris, et in omnibus possessionibus suis, in saca et soca, et in hiis quæ ad illam ubique pertinent. Ferias etiam suas, quinque diebus, omnibus illuc venientibus et illinc redeuntibus, et ibi morantibus, tam vendentibus quam ementibus, cum omnibus rebus suis, cum mea pace concedo. Et volo et firmiter præcipio quod ipsa Ecclesia ita teneat bene et in pace et honorifice, et plenarie in omnibus rebus, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in terris et aquis, in navibus et portubus et in omnibus aliis rebus, sicut ipsa unquam melius et plenius et honorabilius tenuit tempore regis Edvardi, et tempore Willielmi avi mei, et tempore avunculorum meorum Willielmi regis et Henrici regis, et sicut chartæ prædecessorum meorum testificantur. Testibus,

A.D. 1135–47. King Stephen to the church of Ripon, confirming all former grants of kings.

Fairs.

Witnesses.

(1) Selby.

Alexandro episcopo Lincolniensi, et Nigello episcopo Eliensi, et episcopo Eboracensi,[1] et Adelpho episcopo Carliensi, et Roberto de Vere, apud Eborum.[2]

VIII. CONCORDIA PRO ASMONDERBY.[3]

A.D. 1140. Agreement made in the king's court, between Roger Albone and the Chapter of Ripon, about property in Asmunderby, granted to the church of Ripon.

Hæc est finalis concordia facta in curia domini regis apud ecclesiam Sanctæ Brigidæ London' in crastino purificationis Beatæ Mariæ, anno regni regis Stephani quinto, coram W° episcopo Sarum, Ricardo abbate de Burgo Sancti Petri, magistro Galfrido de Glanwile, et magistro Simone de Cobham justit., et aliis domini regis fidelibus, inter Rogerum Albonum seniorem, per Nicholaum de Monte Sancti Johannis positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et capitulum beati Wilfridi Ripon' tenent. per Rogerum Hurrell positum loco ipsius capituli ad lucrandum vel perdendum, de tribus messuagiis et tribus carucatis terræ cum pertinentiis in Aismonderby, unde magna assisa somonita fuit inter eosdem in eadem curia, videlicet quod prædictus Rogerus recognovit prædicta tenementa cum pertinentiis esse jus ecclesiæ Sancti (*crossed out and* beati *inserted*) Petri de Ripon' et capituli prædicti, sicut prædictum capitulum eadem tenere clamavit, et pro se et hæredibus suis ea relaxavit et quieta clamavit prædict. ecclesiæ et capitulo et canonicis ejusdem, in liberam et puram elemosinam, quieta ab omni actione sæculari. Præterea concedit præfato capitulo et canonicis pro salute animæ suæ et antecessorum et hæredum suorum, quod canonici ecclesiæ prædictæ et homines sui in Asmonderby habeant communam pasturæ animalibus suis ubique cum animalibus ipsius Rogeri et hæredum suorum imperpetuum, exceptis blado et prato, et excepto bosco de Rissaw. Præterea prædictus Rogerus concedit pro se et hæredibus suis quod si forte canonici ecclesiæ de Ripon terram illam ad opus suum proprium coluerint, quod ipsi tunc habeant virgas in prædicto bosco pro attiliis carucarum suarum per visum servientis ipsius Rogeri et hæredum suorum imperpetuum

Common-right.

Rods in Rishaw Wood for gear of ploughs.

(1) Probably a mistake for 'Ebroicensi'; Audoen, bishop of Evreux, was Archbishop Thurstan's brother.—See *Fasti Ebor.*, 170.

(2) The text here given is constructed out of that in Dugdale's Historical Account, etc., with corrections from the Appendix to Farrer's *History of Ripon*. The only dates within which we can place it are 1135, that of Stephen's accession, and 1147, that of Bishop Alexander's death.

(3) From Ripon Chapter MS. B. 21, an old transcript of a few charters, etc., on a sheet of paper.

capiendas. Tenentes tamen ipsorum canonicorum nihil in bosco capiunt nisi pro suo dando. Et pro hac recognicione et quieta clamacione fine et concordia, prædictum capitulum dedit præfato Rogero quinque marcas argenti, et susceperunt ipsum et antecessores suos et hæredes suos in fraternitatem ecclesiæ prædictæ, et in participacione omnium bonorum operum et orationum quæ in prædicta ecclesia fient imperpetuum.

The chapter gives five marks of silver and rights of fraternity.

IX. GRANT OF ONE THOUSAND POUNDS TO REBUILD THE CHURCH.

(Darnbrough MS. iv.)

A.D. 1154–1181. Archbishop Roger to the fabric. The new 'basilica.'

Ro[gerus] Dei gracia Eboracensis archiepiscopus, Apostolicæ Sedis legatus, omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, salutem. Notum facimus universitati vestræ, quod dedimus operi Beati Wilfridi de Ripon ad ædificandam basilicam [1] ipsius, quam de novo inchoavimus,[2] mille libras veteris monetæ. Ut autem hæc nostra donatio firma et illibata permaneat, ne quis eam infringere præsumat, auctoritate qua fungimur prohibemus. Si quis autem contra prohibitionem nostram venerit, auctoritate Dei Patris Omnipotentis, Sanctæ Mariæ Virginis, et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Sancti Wilfridi et (nostra) excommunicetur, et a liminibus Sanctæ Dei ecclesiæ sequestretur.

X. GRANT FOR ENLARGEMENT OF CEMETERY.

(Darnbrough MS. vii.)

Samson de Wigetot to the church of Ripon.

Omnibus has literas visuris et audituris, Samson de Wigetot [3] et Isoda sponsa sua, salutem in Domino. Noverint universitas vestra nos pro amore Dei et orationibus et fraternitate ecclesiæ beati Wilfridi de Ripon. dedisse et concessisse et hac præsenti carta nostra confirmasse Deo et beato Wilfrido ad augmentationem cimiterii sui apud austrum, illud messuagium

Enlargement of

(1) This venerable designation for a church, dating from the time of Constantine, is not yet quite obsolete, being still applied to certain churches in Rome. It is used in the dedication inscription of Jarrow church (*cir.* A.D. 684), and in that of Deerhurst (*cir.* A.D. 1055) is the corresponding term 'regia aula.' See too 'Dedicatio basilicæ novæ,' *York Pontifical*, 325.

(2) Portions of this building still remain, and from these Sir G. G. Scott made a conjectural plan, and views of the nave and choir.—*Arch. Journ.* xxxi. 309.

(3) Probably one of the same family as Ralph de Wigtoft, canon of Ripon, about whom see *Fasti Ebor.* 260, x.

churchyard. propinquum juxta messuagium Rogeri de Nunwic quod Radulfus pater prædicti Rogeri dedit michi in maritagium cum filia sua Isoda quando ego eam desponsavi, in puram et perpetuam eleemosinam, pro animabus nostris et hæredum nostrorum et antecessorum. Et ut hæc donatio nostra rata in posterum perseveretur, hanc donationem nostram sigilli nostri appositione roboravimus. Witnesses. His testibus. Capitulo Sancti Wilfridi de Ripon. Stephano, Hugone, Gileberto, Herberto, Roberto, Rogero, Waltero ruffo, Capellanis; Waltero Alaniā,[1] Willelmo Ward, Willelmo Alaniā,[1] Roberto de Mulwah, Rogero de Nunwic, Galfrido de Bellū, Johanne Ostiario, Nicolao de Catt', Waltero de Nunwic, Roberto de Munketon, Willelmo de Biham, Adā fil. Nicolai, Simone fil. Rogeri, Alano Camis.

XI. INDULGENCE FOR THE REBUILDING OF THE CHURCH.

(Ripon Chapter MS.)

The rebuilding going on slowly.

Capitulum Sancti Wilfridi Ripensis Ecclesiæ, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos istæ litteræ venerint, salutem. Minime lateat benignitatem vestram, inchoatam reædificacionem ecclesiæ beati Wilfridi, suffragiis bonorum quamplurimum indigere, et ad tardam posse pervenire consummacionem, nisi fideles electi Dei eam oculo pietatis respiciant. Hinc est quod nuncios nostros, præsencium latores litterarum, ad humilitatem vestram mittimus, precantes quatenus amore Dei et Sancti Wilfridi eos benigne suscipiatis, et in tanto negocio eis valeatis, et coadjutores assistatis, ut in partibus vestris aliquid boni ad præfatam ecclesiam reædificandam valeant acquirere, et pro bonis a vobis eis collatis, precibus omnibus in eadem ecclesia factis mereamini participare. Omnes enim qui operis præfatæ ecclesiæ adjutores extiterint, et eidem suas elemosinas transtulerint, omnium oracionum et precum quæ in eadem fient, se participes fieri gaudebunt, et pro eisdem vivis in ea perpetuo unaquaque die cantabitur una missa, et post vitam, animabus eorum et animabus omnium parentum suorum alia missa celebrabitur, in relaxacione pœnitenciæ quæ in literis bonæ memoriæ Rogeri archiepiscopi Ebor. continetur, præscriptis nunciis a nobis commissis, quam eciam a domino Papa inpetratam et confirmatam operi memoratæ ecclesiæ auxilium ferentibus acquisivit. Valete.

Archbishop Roger; ob. Nov. 1181.

Label, but no seal.—Endorsed, B. 19.

(1) So in MS., for 'Alaman,' of Studley.—(Walbran's *Fountains*, I. part ii. p. 311.)

XII. GRANT OF LAND NEAR SANDWATH.

(Darnbrough MS. viii.)

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Turstan de Beluaro [1] dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Deo et beato Wilfrido et canonicis de Rippon pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, unam acram terræ in Kerhaghe, proximam de Sandwat, sicut divisa protendit de Tophtum (*sic*) usque Sandwat, liberam, quietam, et solutam ab omni sæculari servicio, in puram et perpetuam elemosinam, de me et de hæredibus meis in perpetuum. Ut autem hæc donacio a nemine in posteris temporibus possit infringi, hoc scriptum sigilli mei aposicione roboravi. Hiis testibus, Gualtero filio Radulphi, Ricardo Noel, Goscelino filio ejus, Ricardo de Stodlei, etc.

Turstan de Beluar to the church of Ripon.

Witnesses.

XIII. GRANT OF LAND TO THE CHURCH.

(Darnbrough MS. ix.)

Sciant tam præsentes quam futuri, quod ego Dolfinus, consilio et voluntate Gileberti hæredis mei, dedi Deo et beato Wilfrido, in puram et perpetuam elemosinam, terram illam quæ (jacet) juxta terram quam Radulfus filius Aldelini dedit beato Wilfrido, in puram et perpetuam elemosinam. Istam terram dedi solam et quietam ab omni servicio et exactione et consuetudine, in liberam et puram elemosinam, pro me et hæredibus meis, et pro animabus antecessorum meorum. His testibus, Stephano, Roberto, Iuone, Galfrido, Alano filio Radulfi, etc.

Dolfinus to the church of Ripon.

Witnesses.

XIV. GRANT OF LANDS IN THREE PLACES.

(Darnbrough MS. x.)

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Robertus filius Dolfini de Cluherum concessi et dedi, et hac præsenti carta mea confirmavi Deo et Sancto Wilfrido et canonicis suis de Ripon', in puram et perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, duas acras terræ in campo de Cluherum, jacentes in his tribus locis, ad Quelaisclete et ad Brocland et ad Goldestickes, inter gardinum Willelmi filii Ricardi, et gardinum Nicolai filii Dolfini, et ego et hæredes mei guarantizabimus prædictas duas acras terræ Deo et Sancto Wilfrido et prædictis canonicis suis contra omnes homines.

Robert de Clutherum to the church of Ripon.

(1) Qu. Belvaco (Beauvais).

Witnesses. His testibus, Stephano, Willelmo, Hugone, Gileberto, Capellanis; Philippo de Hasting' tunc ballivo, Willelmo Alani, Waltero de Cluherum, Willelmo Camptone, Roberto de Munketun, Willelmo de Biam, Adamo filio Nicolai, Mathia, Ricardo de Mortemer, Johanne de Stodlai, et multis aliis.

XV. GRANT OF LANDS IN TWO PLACES.

(Darnbrough MS. xi.)

Ric. de Mortemer to the church of Ripon.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus filius Iuonis de Mortemer, salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et hac præsenti carta mea confirmasse Deo et beato Wilfrido et canonicis suis de Rippon, tres acras terræ in territorio de Ripon', videlicet, duas acras et dimidiam in Albrewic, et dimidiam acram terræ ad Hennepot, liberas et quietas de me et de hæredibus meis in perpetuum, in puram et perpetuam elemosinam. Et ego Ricardus et hæredes mei guarentyzabimus et defendemus præscriptas tres acras terræ in omnibus contra omnes homines, sicut decet de elemosina. Hiis testibus, Guillelmo Ward, Petro fratre suo, Guillelmo filio Radulfi, Gualtero Alem', Guillelmo fratre ejus, Rogero de Nunewic, etc.

Witnesses.

XVI. GRANT OF LAND IN ASMUNDERBY.

(Darnbrough MS. xii.)

Rad. fil. Rogeri to the church of Ripon.

Sciant omnes qui hoc scriptum viderint vel audierint, quod ego Radulfus filius Rogeri dedi unam bovatam terræ in Asmunderbi, scilicet ix acras tam in tofto quam in campo de dominio meo, eandem terram quam . . . . . . tenuit, Deo et Sancto Wilfrido, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam pro animabus antecessorum . . . . . . pro me et hæredibus meis et sponsis meis, hanc donationem præsenti carta mea confirmo, ut . . . . . liberam et quietam ab omni terreno servitio. Hiis testibus, Nicolao canonico, Henrico canonico, Alano de Suell, etc.[1]

Witnesses.

XVII. GRANT OF LAND IN NEWBY.

(Darnbrough MS. xiii.)

Roger de Neubi to the church of Ripon.

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Rogerus de Neubi et hæredes mei dedimus et concessimus Deo et beato

(1) The following note is added in the transcript :—
'N.B.—This deed is perished in the places left blank as above.'

Wilfrido de Ripon', et nominatim præbendæ Alani canonici ejusdem ecclesiæ qui hunc clausum fecit, cujus specialiter parochiani sumus, in puram et perpetuam elemosinam, quicquid continetur de feodo meo et hæredum meorum infra clausum suum juxta fossetum de Sceltun, et euntibus et redeuntibus liberum introitum et exitum eundo et redeundo ad prænominatum clausum, et ad fossetum circa clausum suum emendandum et reparandum, libere ire et operari per circuitum. Hiis testibus, Canonicis ejusdem ecclesiæ, scilicet, Willelmo de Gilling, Alano capellano domini G. Eboracensis, Henrico de Pinkeni, Nicholao Murdac; Capellanis ejusdem ecclesiæ, scilicet, Stephano, Radulfo de Poplint', Ivone, Willelmo filio Gameli, Gilleberto cognato Alani canonici, Absalone cognato Willelmi de Gilling, Adā de Rochesburg; Diaconibus ecclesiæ, scilicet, Hugone nepote A(lani) canoñ. Rogero filio Durandi, Nigello, Johanne filio Theorphi, Gilleberto filio W. Farm', Willelmo Ward, etc.

Enclosure made by a canon.

Skelton.

Witnesses.

XVIII. GRANT OF A RENT-CHARGE FOR THE FABRIC.

(Darnbrough MS. xiv.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Johannes de Heltona, salutem. Noverit universitas vestra me dedisse et hac carta mea confirmasse Deo et operi ecclesiæ beati Wilfridi de Rypon', pro salute animæ meæ, duos solidos annuatim reddendos eidem operi de domo mea quæ sita est in fossato domini archiepiscopi ex opposito, quæ fuit Matildæ Faramer, ad duos terminos solvendos, scilicet ad Pentecosten et ad festum Sancti Martini. Ego vero Johannes et hæredes mei reditum prædictum prædicto operi persolvemus imperpetuum, et (ut) hæc donacio mea a nemine possit in irritum evocari, eam præsenti scripto sigilli mei apposicione signato roboravi. Hiis testibus, Johanne Alemanno, Nicholao Warth, Adam Warth, Willelmo de Sallay, Willelmo de Stodlay, Roberto (Crevequour ?), Willelmo et Waltero de Clu(therum ?), Herberto, Johanne, Paulino, Roberto, Willelmo capellano, Andrea, Symone, Jeronimo, Roberto, diaconibus, et multis aliis.

Joh. de Heltona to the church of Ripon.

Witnesses.

XIX. GRANT OF HOUSES IN RIPON FOR THE FABRIC.

(Darnbrough MS. xv.)

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis hoc scriptum visuris vel audituris, G. de Bockland canonicus Ripon', salutem in

G. de Bockland to

the church of Ripon.

salutis Auctore. Noverit universitas vestra me, pia motum consideratione, et habito respectu ad bona et commoda quæ a beato Wilfrido Ripon' et præbenda de Staynweghes aliquamdiu memoriter recepi, ædificia mea quæ in villa Ripon' puris et propriis sumptibus et stipendiis meis construxi et ædificavi piæ devocionis intuitu, Deo et beato Wilfrido et fabricæ ecclesiæ Ripon' dedisse et salubriter contulisse. Ita videlicet quod, salvis michi in meo perpetuo usibus eorundem, liceat capitulo beati Wilfridi Ripon' una cum consilio et consensu rectoris fabricæ ipsius ecclesiæ qui pro tempore fuerit, erga successores meos michi successive succedentes vel alios, prout eis Deus inspiraverit, de prædictis ædificiis disponere prout sub periculo animarum suarum utilitati et incremento fabricæ dictæ ecclesiæ viderint expedire, et saluti animæ meæ proficere pariter et prodesse. Volo etiam, jubeo, et injungo, ut unusquisque vicarius dictæ ecclesiæ beati Wilfridi de supradictis ædificiis annuatim, scilicet die anniversarii mei, duodecim denarios per tradicionem dicti capituli et rectoris fabricæ dictæ ecclesiæ caritative percepiat (*sic*) et rogo attencius et devote quatinus singulis annis eodem die officium specialiter pro defunctis solempniter ab ipsis celebretur. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus,[1] magistris Galfrido de Larder, Petro capellano, Thoma de Kirkeby, tunc canonicis Ripon'; dominis Willelmo de Masham, Jeronimo, Mathæo, Roberto le Surays, tunc vicariis ejusdem; dominis Roberto de Coynners, Alano de Aldefeld, Patricio de Westwik, militibus; Willelmo Ward, Radulfo de Nuby, Symone de Munketon, Galfrido de Gilling, Symone Castelot, et multis aliis.

Master of fabric.

Year's-mind.

Witnesses.

XX. CONFIRMATION OF THE LAST GRANT.

(Darnbrough MS. xvi.)

The Chapter of Ripon.

Universis Christi fidelibus has literas visuris vel audituris, humile capitulum beati Wilfridi Rypon', salutem in salutis Auctore. Cum bonæ memoriæ dominus Galfridus de Bocland, quondam confrater et concanonicus noster, domos suas propriis sumptibus in Rypon' ædificatas, et ædificia sua ibidem constructa, Spiritus Sancti inspiracione et illustracione succensus, et ex animi sui liberalitate Deo et beato Wilfrido et fabricæ ecclesiæ nostræ cum pertinenciis caritative contulerat, nos non immerito

(1) Note the use of 'magister' for canons, and 'dominus' for vicars.

salubrem affeccionem suam salubriter respicere, et suam liberam collacionem liberaliter considerare volentes, et ut sanctum suum memoriale maneat in æternum, ex communi assensu capituli nostri concessimus et unanimiter constituimus, ut rector fabricæ ecclesiæ nostræ qui pro tempore fuerit, septem vicariis ecclesiæ nostræ septem solidos, scilicet unicuique eorum duodecim denarios, de bonis et redditibus dictorum ædificiorum, die obitus sui et aniversarii sine aliqua dilacione et diminucione annuatim persolvat. Concessimus eciam et constituimus ut ipsi vicarii ipso die, nisi solempnis festivitas acciderit, et tunc in crastino vel infra ebdomadam, secundum diei et temporis oportunitatem, pro anima sua et animabus fidelium obsequium pro fidelibus plenarie faciant, et divina celebrent humiliter et devote sacramenta. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus, domino Petro de Davilla tunc ballivo Ripon', domino Roberto de Coyners, domino Alano de Adefeld, domino Patricio de Westewic, Adam Ward, Willelmo Ward, Rogero de Nonewic, et multis aliis.

Master of fabric.

Year's-mind.

Witnesses.

XXI. GRANT OF A TOFT FOR SMITH'S WORK.

(Darnbrough MS. xxv.)

Capitulum Sancti Wilfridi de Ripon', omnibus has literas visuris et audituris, salutem. Sciatis nos, communi consilio nostro, dedisse et concessisse, et præsenti carta nostra confirmasse Radulfo fabro et hæredibus suis pro servicio suo unum toftum juxta portam cimiterii nostri versus occidentem, quod Rogerus archiepiscopus dedit operi ecclesiæ nostræ, et duas acras terræ in campo de Neubi quas Alexander dominus ejusdem villæ dedit operi ecclesiæ nostræ, et unum parvum parcum ad Gillingebrigga, tenenda de opere ecclesiæ nostræ in feudo et hæreditate, libere et quiete, reddendo annuatim prædicto operi viginti denarios, scilicet, decem denarios ad Pentecosten et decem denarios ad festum Sancti Martini, pro omni servicio et exaccione et consuetudine. His testibus, Stephano, Absalon, Gileberto, Bug', Willelmo, Waltero, capellanis; Willelmo, Roberto, Willelmo, Rogero, diaconibus; Roberto de Lanum, Roberto filio Ketell, Nicolao filio ejus, Willelmo Margler, Reginaldo cognato Nicolai canonici, Bernardo del Mund', Waltero filio ejus, Alano Tanur, Widone Aurifabro, Arturo Masoun.

The Chapter of Ripon to Ralph the Smith.

Witnesses.

XXII. GRANT OF LAND TO HELYAS THE SMITH.

(FROM THE ORIGINAL AMONG THE ARNCLIFFE MUNIMENTS.)

The Chapter to Helyas faber.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Capitulum Sancti Wilfridi de Rippon, salutem. Noverit universitas vestra nos communi consilio et consensu nostro dedisse et concessisse et hac præsenti carta nostra confirmasse Helyæ fabro de Merkigton et hæredibus suis, illas duas acras et tres perticatas terræ et dimidiam in territorio de Ingertorp cum omnibus pertinenciis quas Stephanus de Ingertorp nobis dedit in puram et perpetuam elemosinam, jacentes in hiis locis, scilicet dimidiam acram ad Whaitecroft, et dimidiam perticatam ad Hundeker, et unam perticatam ad Baldewinetopht, et unam perticatam ad Brunetoft, et unam perticatam ad Heselandes, et dimidiam acram ad Pairstikes, et dimidiam acram ad Grastain, et dimidiam acram in Dene, eidem Helyæ et hæredibus suis, tenend. de nobis in feodo et hæreditate, libere, quiete, et honorifice, reddendo inde nobis annuatim sex denarios, scilicet tres denarios ad Pentecosten et tres denarios ad festum Sancti Martini, pro omnibus serviciis, consuetudinibus, et exaccionibus. Ut autem hæc donacio nostra rata et inconcussa in posterum perseveret, præsentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus. Hiis testibus; Herberto, Nigello, Nicholao, Gaufrido, Willelmo, Mathæo, capellanis; Rogero, Roberto, Reginaldo, Johanne, Hugone, diaconis; Roberto de Munketon, Ricardo filio Osb', Liulfo de Merkigton', Willelmo de Salley, Thoma forestario, et multis aliis.

Witnesses.

XXIII. GRANT OF TWO MESSUAGES IN RIPON FOR THE FABRIC.

(ROT. CLAUS., 43 Edw. 3; MEMBR. 27 v.)

A.D. 1369. David de Wollore to the chapter.

Sciant præsentes et futuri quod ego Dauid de Wollore, clericus, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi venerabilibus viris capitulo ecclesiæ collegiatæ Ripon', duo mesuagia cum suis pertinenciis in Ripon' prout unum mesuagium jacet in Annsgate juxta toftum abbatis de Fontibus, et aliud mesuagium jacet in Staynbergate juxta mesuagium Willelmi Lister ex parte una, et mesuagium Johannis de Topclyf ex parte altera; tenend. et habend. prædicta duo mesuagia cum suis pertinenciis, prædictis venerabilibus viris capitulo, ad sustentacionem fabricæ ecclesiæ suæ prædictæ,

Two messuages for the fabric.

libere, quiete, bene, in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Dauid et hæredes mei prædicta duo mesuagia cum suis pertinenciis, præfatis venerabilibus viris capitulo prædicto ad sustentacionem fabricæ ecclesiæ suæ prædictæ in forma prædicta, ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus: Rogero de Hewyk, Simone Warde, Christoforo Maylloure, militibus; Johanne de Shirwode, Roberto de Brunhous, Johanne de Tanfeld, Willelmo de Scotton, et multis aliis. Witnesses.

Dat. apud Ripon', vicesimo none die Marcii, anno regni Regis Edwardi tercii post conquæstum Angliæ quadragesimo tercio. Mar. 29.

XXIV. LEASE OF A MESSUAGE IN WESTGATE, RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

R Y C A R D U S.

Hæc indentura testatur quod Ricardus de Yeddingham, clericus, Robertus de Doresme, capellanus, et Willelmus de Scotton de Rypon', concesserunt et dimiserunt Roberto Whytte de Rypon' unum mesuagium in Rypon' sicut jacet in vico qui vocatur Westgate, inter mesuagium quondam Johannis de Schirrewod ex parte una, et mesuagium Ricardi Sumpter ex parte altera; habendum et tenendum prædictum mesuagium cum suis pertinenciis præfato Roberto ad terminum vitæ suæ, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et prædictus Robertus prædictum mesuagium sustentabit et reparabit sumptibus suis propriis quandocumque opus fuerit per totum terminum vitæ suæ supradictæ, nec in prædicto mesuagio vastum faciet. Ita quod post decessum prædicti Roberti prædictum mesuagium cum suis pertinenciis remaneat Willelmo et Johanni filiis Isoldæ quondam uxoris prædicti Roberti et hæredibus de corporibus eorundem legittime procreatis, libere, quiete, integre, bene, et in pace, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et si prædicti Willelmus et Johannes, filii prædictæ Isoldæ, obierint sine hæredibus de corporibus eorundem legittime procreatis, quod extunc prædictum mesuagium cum omnibus suis pertinenciis, remaneat Roberto de Doresme, Johanni de Dene, Johanni de Barwyk, vel Hugoni Colstane, capellanis,

A.D. 1389. Ric. de Yeddingham and others to Rob. Whyte.

Tenant to repair.

In default of heirs, to revert to the Chapel of the B.V. for masses, etc.

hæredibus, et assignatis suis. Sub tali condicione quod prædictum mesuagium integre revertatur ad capellam Beatæ Mariæ Virginis in ecclesia collegiata Rypon' pro missis cum nota celebrandis in diebus Dominicis et festivis in capella prædicta imperpetuum, sine contradiccione prædictorum Roberti, Johannis, Johannis, vel Hugonis, vel assignatorum suorum. Et nos vero prædicti Ricardus, Robertus, et Willelmus, et hæredes nostri, prædictum mesuagium cum suis pertinenciis in scema prædicta contra omnes gentes warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium sigilla parcium hiis indenturis alternatim sunt apposita. Hiis testibus, Willelmo de Ledes, Willelmo de Thorneton, Johanne de Stowe, Roberto de Halomschir, Johanne de Brygnall, et aliis. Data apud Rypon' in festo (*Sanctæ*[1]) Cæciliæ Virginis, Anno Domini millesimo CCC^mo^ octogesimo nono.

Witnesses.

Nov. 22.

Three labels, but no seal left. Endorsed, B. 74.

XXV. GRANT OF ECCLESIASTICAL JURISDICTION.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1535.

Henry VIII. to the chapter.

Henricus Octavus, Dei gracia Angliæ et Franciæ rex, fidei defensor, dominus Hiberniæ, ac in terris supremum ecclesiæ Anglicanæ sub Christo caput, dilectis nobis Præsidenti et capitulo ecclesiæ collegiatæ de Ripon' Ebor. diœceseos, salutem.

Claim to supremacy.

Cum omnis potestas judiciaria ac juris dicendi auctoritas, atque etiam jurisdictio, tam ea quæ ecclesiastica dicitur quam sæcularis, a regia potestate velut a supremo capite, ac omnium magistratuum infra regnum nostrum fonte primitus emanaverit, hinc, licet nos universum clerum tocius regni nostri Angliæ jure nostro visitare intendentes, ac visitacionem hujusmodi inchoantes prout revera inchoavimus, archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, et aliis quibuscumque ecclesiastica jurisdictione sub nobis infra regnum nostrum fungentibus, ne, pendente visitacione nostra hujusmodi, ea quæ sunt jurisdiccionis infra territoria sua eorundem respective aliquis quovismodo exercere attentaret inhibemus. Quia tamen prædilectus nobis Thomas Crumwell, secretarius noster primarius, ac rotulorum sive scriniorum nostrorum magister et custos noster, ad quascumque causas ecclesiasticas vicemgerens, vicarius generalis et officialis principalis nostris et hujus regni nostri Angliæ, tot et tam arduis negociis præpeditus existit, quod ad omnem jurisdictionem

Intended visitation.

The secretary Crumwell the king's vicegerent.

(1) Interlined.

nobis ut supremo capiti hujusmodi competens ubique locorum infra hoc regnum nostrum, et præsertim in hiis quæ moram commode non patiuntur aut sine subditorum nostrorum injuria differri non possunt, in sua persona expediendo non sufficiet; Idcirco nos, vestris in hac parte supplicacionibus humilibus inclinati, et nostrorum subditorum parochiarum, vicorum, et locorum, in quibus vos jurisdictionem exercere consuevistis commodis consulere cupientes, vobis vices nostras sub modo et forma sequentibus committendas fore, vosque licentiandos esse decrevimus, AD PROBANDUM igitur, approbandum et insinuandum testamenta et ultimas voluntates quorumcumque subditorum nostrorum infra parochias, vicos, et loca in quibus jurisdictio per vos seu præcessores vestros, aut illorum respective commissarios temporibus retroactis exercebatur et recte exerceri potuit et consuevit, bona, jura, sive credita non ultra summam centum librarum in bonis suis vitæ et mortis suarum tempore habitum; necnon administraciones bonorum quorumcumque subditorum nostrorum infra parochias, vicos, et loca prædicta ab intestato decedentes, quorum bona, jura, sive credita non ultra summam prædictam vitæ et mortis eorundem tempore sese extendant, quatenus hujusmodi testamentorum probacio, approbacio, et insinuacio, administracionisque concessio per præcessores vestros aut eorum commissarios temporibus retroactis fiebat ac fieri et remitti potuit, et non aliter, committendum; calculumque et raciocinium et alia in ea parte expedienda, beneficiaque ecclesiastica quæcumque ad vestram collacionem sive disposicionem spectancia et pertinencia personis idoneis conferendum, easdemque in realem, actualem, et corporalem possessionem eorundem, juriumque et pertinencium suorum universorum inducendum ac sic induci, si et quatenus vis sic conferendi et inducendi apud vos aut præcessores vestros, eorumve commissarios hactenus fuerit et non aliter, tam in scriptis quam verbo faciendum et mandandum, causasque, lites, et negocia coram vobis aut vestris commissariis pendencia indecisa, necnon alias sive alia quascumque sive quæcumque quæ citra legum nostrorum et statutorum regni nostri offensa coram vobis aut vestris commissariis agitari, aut ad vestrum seu alicujus commissariorum per vos vigore hujus commissionis nostræ deputandorum cognicionem devolvi aut deduci valeant et possint, quatenus hujusmodi causarum cognicio ad præcessores vestros aut eorum commissarios retroactis temporibus pertinuit ac per eos exerceri potuit et consuevit, et non aliter, examinandi et deci-

Jurisdiction granted,

for proving of wills,

administration of effects of intestates,

patronage of benefices,

trying of causes.

dendi, cæteraque omnia et singula in præmissis tantum seu circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna, vice, nomine, et auctoritate nostris exequendi. (Power given to the chapter as acting for the king.) VOBIS, de quorum doctrina, vitæ et morum integritate plurimum confidimus, vices nostras cum potestate substituendi, tenore præsentium committimus, ac liberam concedimus facultatem, vosque in ea parte licentiamus per præsentes ad nostrum beneplacitum duraturas. Quacumque inhibicione ante datam præsentium auctoritate nostra emanata in aliquo non obstante, cum cujuslibet congruæ et ecclesiasticæ cohercionis potestate. IN CUJUS rei testimonium sigillum nostrum quo ad causas ecclesiasticas utimur præsentibus apponi mandavimus. (Feb. 20.) Data vicesimo die mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto, et regni nostri vicesimo septimo. THOMAS CRUMBWELL.

Large label, which has never had a seal.

Endorsed in later hands, 'Concessio Eccl'iacæ jurisdictionis per Hen. 8, 1535. Entred in le post,' *twice in contemporary* (?) *hand.*—F. 1.

XXVI. GRANT OF ECCLESIASTICAL JURISDICTION.

RIPON CHAPTER MS.

(A.D. 1547. Edward VI. to the chapter.) EDWARDUS SEXTUS, Dei gracia Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ rex, fidei defensor, et in terra Ecclesiæ Anglicanæ et Hibernicæ supremum caput, dilectis nobis Præsidenti et Capitulo ecclesiæ nostræ collegiatæ de Rypon' Eboracensis diœceseos, salutem. (Claim to supremacy.) CUM omnis juris dicendi auctoritas atque etiam jurisdictio omnimoda, tam illa quæ ecclesiastica dicitur quam sæcularis, a regia potestate velut a supremo capite, ac omnium infra regnum nostrum magistratuum fonte primitus emanaverit, et quod cum vos qui jurisdictione ecclesiastica, quibusdam locis vobis et dictæ ecclesiæ collegiatæ peculiariter appropriatis et spectantibus, temporibus retroactis fungi dignissimum nobis humiliter supplicari feceritis ut hujusmodi jurisdictionem vobis delegare, nostra regia atque suprema auctoritate, ex gracia nostra singulari dignaremur, (Jurisdiction granted) Nos vestris in hac parte supplicationibus humilibus inclinati, et nostrorum subditorum parochiarum, vicorum, et locorum in quibus hujusmodi jurisdictionem hactenus exercuistis commodis consulere cupientes, vobis vices nostras sub modo et forma sequenti committendas fore, vosque licentiandos esse decernimus, (for proving of wills;) AD PROBANDUM igitur, approbandum, et insinuandum testamenta et ultimas voluntates

quorumcumque subditorum nostrorum infra parochias, vicos, et loca in quibus jurisdictio per vos seu præcessores vestros aut illorum respective commissarios temporibus retroactis exercebatur, ac recte exerceri potuit et consuevit, bona, jura, sive credita non ultra summam centum librarum, vitæ et mortis suarum tempore labentium; necnon administraciones bonorum quorumcumque subditorum nostrorum infra parochias, vicos, et loca prædicta ab intestato decedentium, quorum bona, jura, sive credita non ultra summam prædictam vitæ et mortis eorundem quorumcumque subditorum nostrorum infra parochias, vicos, et loca prædicta ab intestato decedentium quorum bona, jura, sive credita non ultra summam prædictam vitæ et mortis eorundem tempore sese extendent, quatenus hujusmodi testamentorum probatio, approbatio, et insinuatio, atque administracionis commissio per vos seu præcessores vestros aut eorum commissarios temporibus retroactis fiebat ac fieri et committi potuit et potest in præsenti, et non aliter, committendum, calculumque et ratiocinium atque alia in ea parte expediendum, præsentatosque ad beneficia ecclesiastica quæcumque infra jurisdictionem prædictam constituta, si ad curam beneficiis hujusmodi imminentem sustinendam habiles reperti fuerint et idonei, et non aliter, admittendum, ac in et de eiisdem instituendum et investiendum, ac etiam, (si res ita exigat) destituendum, beneficiaque ecclesiastica quæcumque ad vestram collacionem sive disposicionem spectantia et pertinentia personis idoneis conferendum, easdemque in realem et corporalem possessionem eorundem, juriumque et pertinencium suorum universorum inducendum ac sic induci. Si et quatenus jus sic instituendi, conferendi, et inducendi, apud vos inter præcessores vestros eorumve commissarios hactenus fuerit et non aliter, tam in scriptis quam verbo, faciendum et mandandum; AD VISITANDUM insuper per omnia et singula loca ecclesiastica clerumque et populum parochiarum, vicorum, et locorum prædictorum, necnon ad inquirendum per vos, alium, seu alios ad id per vos deputandum sive deputandos super quorumcumque excessibus, defectibus, criminibus, seu delictis quibuscumque ad forum ecclesiasticum spectantibus infra jurisdictionem prædictam, ac delinquentes sive criminosos, juxta comperta per vos in ea parte per legitima juris nostri ecclesiastici remedia, pro modo culpæ, ac prout natura aut qualitas delicti poposcerit cohercendum et puniendum, procurationes quoque si quæ hujusmodi visitacionis ratione debeantur et hactenus solvi consueverint et non aliter

administration of effects of intestates,

patronage of benefices,

holding of visitations,

petendum, exigendum, et recipiendum, et contra contumaces atque hujusmodi procurationes non exhibentes per legitima juris nostri ecclesiastici remedia procedendum; CAUSASQUE, lites, et negotia coram vobis aut vestris commissariis pendentes indecisas, necnon alias sive alia quascumque sive quæcumque ad forum ecclesiasticum pertinentes, quæ citra legum nostrarum et statutorum regni nostri offensa coram vobis aut vestris commissariis agitari, aut ad vestram seu alicujus et commissariorum per vos vigore hujus commissionis deputandorum cognicionem devolvi aut deduci valeant et possint, quatenus hujusmodi visitatio, inquisitio, cohertio, et causarum cognitio, ad vos et præcessores vestros eorumve commissarios retroactis temporibus pertineret atque de jure et legibus hujus regni Angliæ rite exerceri potuit et potest in præsenti, et non aliter, examinandum et decidendum, cæteraque omnia et singula in præmissis seu circa ea necessaria vel quomodolibet opportuna, vice, nomine, et auctoritate nostris exequendum, VOBIS, de quorum doctrina, vitæ, et morum integritate, plurimum confidimus, vices nostras cum potestate substituendi, tenore præsentium committimus ac liberam concedimus facultatem, vosque in ea parte licentiamus per præsentes ad nostrum beneplacitum dumtaxat duraturas, cum cujuslibet congruæ et ecclesiasticæ cohertionis potestate, IN CUJUS rei testimonium sigillum nostrum quo ad causas ecclesiasticas utimur præsentibus apponi mandavimus. Data secundo die mensis Maii, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, et regni nostri anno primo.

trying of causes.

Power given to the chapter as acting for the king.

May 2.

Portion of Great Seal of Edward VI. in red wax appended by label.

Endorsed in original hand 'Rippon.' *In later hands*, 'Entred in the Post,' 'for provinge of wills,' 'Touchinge Ecclesiastical Jurisdiction revived by King Edw. 6th.'—'Eccl'ial Jurisdictio, 1 Ed. 6.' 'F. 3.'

II. TRANSCRIPT OF PAPAL BULLS.[1]

(RIPON CHAPTER MS.)

fo. 1. A.D. 1536. Preamble of the

In Dei Nomine, Amen. Per præsens publicum instrumentum sive transumptum cunctis appareat evidenter et sit notum,

(1) The following bulls are from a notarial transcript on five leaves of parchment measuring about 14 in. by 11 in., endorsed in a seventeenth cen-

quod Anno Domini secundum cursum et computacionem ecclesiæ Anglicanæ millesimo quingentesimo trigesimo sexto, et anno illustrissimi in Christo principis et domini nostri, domini Henrici Octavi, Dei gracia, Angliæ et Franciæ regis, fidei defensoris, ac in terris supremi ecclesiæ Anglicanæ sub Christo capitis vicesimo septimo, mensis vero Aprilis die vicesimo secundo, in domo capitulari ecclesiæ collegiatæ Sancti Wilfridi Ripon' Ebor. diœc. meique notarii publici ac testium inferius nominatorum præsenciis constituti personaliter, providi et discreti viri magistri Christoferus Dragelay, præsidens capituli dictæ ecclesiæ collegiatæ, et præbendarius præbendæ de Monketon ac canonicus residenciarius in eadem, magister Marmaducus Waldebie, sacræ theologiæ professor et præbendarius præbendæ de Gevynedaill ac canonicus residenciarius in eadem, et magister Christoferus Sele, præbendarius Sancti Johannis de Staynewikes in eadem ecclesia collegiata, nonnullique alii ministri ejusdem ecclesiæ collegiatæ, capitulum tunc ibidem facientes et celebrantes, nonnulla jura, munimenta, et indulta apostolica, ac bullas more Romanorum pontificum scriptas et sigillatas non obolitas (*sic*) nec cancellatas nec in aliqua earum parte suspectas nec viciatas, sed sanas et integras ut michi notario infrascripto et testibus subscriptis tunc apparuit ex inspeccione earundem, pro juribus, immunitatibus, et libertatibus præfatæ ecclesiæ collegiatæ Sancti Wilfridi prædictæ, canonicisque et præbendariis ejusdem concessis, coram me notario et testibus inferius nominatis exhibuerunt et eorum quilibet exhibuit, meque notarium subscriptum de et super exhibicione earundem bullarum apostolicarum, ac super contentis in eisdem unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta, ac transumptum conficere requisiverunt et quilibet eorum requisivit, ita quod fides adhibeatur eisdem ubilibet in agendis, quarum quidem bullarum apostolicarum veri tenores sequuntur in hæc verba:— notary public.

(XXVII.)

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Ebor. salutem et apostolicam benediccionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a racionis tramite non discordant effectu prosequente complere. Sane peticio tua nobis exhibita con- fo. 1 *v.* Alexander IV. confirms Archbishop Gray's provision for Stanwick.

tury hand, 'Diverse Bulls for the rights and liberties of the church of Ripon.'—E. 3.

tinebat quod tu de tui consensu capituli statuisti, ut quicumque præbendam de Staynewikes in Riponensi ecclesia tuæ diœceseos obtinuerit, perpetuo in eadem ecclesia residere personaliter teneatur, prout in literis confectis exinde plenius dicitur contineri.[1] Nos itaque tuis precibus inclinati quod super hoc proinde factum est, dummodo per hoc nullum his qui nostris vel fratrum nostrorum immorantur obsequiis generetur præjudicium, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum Ejus se noverit incursurum. Datum Neapoli, Idibus Januarii, pontificatus nostri anno primo.[2]

Naples, Jan. 13, A.D. 1255.

(XXVIII.)

Alexander IV. confirms certain lands, etc., to the canons of Ripon.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis beati Wilfridi in Ripum, salutem et apostolicam benediccionem. Justis (*ut supra*) effectu sunt prosequente complenda. Ea propter, dilecti in Domino filii, justis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones inferius annotatas, sicut eas racionabiliter possidetis, vobis et per vos ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus, quatuordecim videlicet bovatas et unam carrucatam terræ et dimideam in Ripum, unam acram terræ sub fonte beati Wilfridi in Sleningford, duodecim acras in Tanfeld, dimideam carrucatam in Hangrase, duas carrucatas in Nunnewich, unam bovatam in Ho't, duas bovatas in Haran, unam carrucatam et duas bovatas in Harwicoxe, duas carrucatas in Grandall, unam acram in Shelton, novem carrucatas in Merkyngton, dimideam carrucatam et tres acras et unum pratum in Asmunderbie, duas carrucatas in Stodelay Rogeri, unam bovatam et octo acras in Aldefeld, unam bovatam in Wyngcaslei, unam bovatam in Stodelay Barlete, unam acram in Steinelay, dimideam carrucatam terræ in Merkynfeld, unam acram in Hewiche, unam acram et unum stotum

St. Wilfrith's well.

Pasture for one stot (?).

(1) See the first extract from Gray's Register, below.

(2) This bull is entered in MS. Lansdowne 402, fo. 54, after Archbishop Gray's provision, with these variations. Staynwegg' in Ripon': dum modo nullum per hoc hiis qui: auctoritatem apostolicam (wrongly): nulli eciam omnino: with some little differences in the order of the words.

(*sic*) in Asmunderbie, unam bovatam in Nide, ipsam capellam, et viginti quatuor acras, et tria tofta, et unum pratum. Præterea, antiquas et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestræ vobis fo. 2. auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino homini liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei aliquatenus, (*etc.*). Si quis autem, (*etc. ut supra*). Dat. Beneventi 13 (*sic*) Benevent Idus Novembris.[1]

(XXIX.)

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus per Eboracensem provinciam constitutis, salutem et apostolicam benediccionem. Quoniam, ut ait apostulus (*sic*),[2] *omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum*, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac acervorum[3] intuitu seminare in terris quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recollegere (*sic*) debeamus in cœlis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam *qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet* vitam æternam. Cum itaque dilecti filii capitulum ecclesiæ Ripon' dictæ, sicut ex parte ipsorum fuit propositum, ecclesiam ipsam nimia vetustate consumptam reparare[4] intendant opere sumptuoso, et ad ipsius consummacionem operis eis proprie non suppetant facultatem, universitatem vestram[5] rogamus, monemus, et hortamur in Domino, in remissionem vobis[6] peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo[7] collatis, pias eis elemosinas et grata caritatis subsidia[8] erogetis, ut per subvencionem vestram prædictum opus valeat reparari,[9] et vos per hæc et alia bona quæ, Domino inspirante, feceritis, ad æternæ felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis qui eis propter hoc manum porrexerunt adjutricem, centum dies de injuncta sibi pœnitencia misericorditer relaxamus, quas mitti

Alexander IV. grants 100 days' indulgence for the fabric.

Rom. xiv. 10. 2 Cor. v. 10.

2 Cor. ix. 6.

(1) It will be seen that the place-names in this document have been much corrupted by Italian and other transcribers, and that the witnesses would seem to have taken no pains to set them right.

(2) So, too, below in many places the errors of the notary are reproduced, to shew the quality of his work.

(3) So in MS. by mistake for *æternorum*; cp. p. 117, line 3.

(4) MS. has 'reparere.' (5) MS. has 'nostram.' (6) MS. has 'nobis.'

(7) MS. has 'de.' (8) MS. has 'subsedia.' (9) MS. has 'reparare.'

per quæstores districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Dat. Viterbie (*sic*) v kalen. Maii, pontificatus nostri anno quarto.

Viterbo, April 27, A.D. 1258.

(XXX.)

Boniface IX. grants an indulgence of 100 days,

Bonifacius Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, graciam, et benedictionem apostolicam. Licet hiis[1] de Cujus munere venit ut Sibi a Suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de abundancia Suæ pietatis, quæ merita supplicum excedit[2] et vota, bene servientibus Sibi[3] multo minora retribuant quam valeant promereri; Nichilominus tamen, desiderantes Domino *populum* reddere *acceptabilem, et bonorum operum sectatorem*, fideles ipsos ad complacendum, et quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, invitamus, ut exinde reddantur divinæ graciæ aptiores. Cupientes igitur ut capella Sanctæ Mariæ juxta Ripum, sita super pontem Bischopton Brige vulgariter nuncupatum, Ebor. diœceseos, congruis honoribus frequentetur, et eciam conservetur, et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem capellam, et ad ejus observationem manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis graciæ uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostulorum Ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, et Corporis Domini nostri Jhesu Cristi, ac Pentecostes, necnon Nativitatis, Annunciacionis, Purificacionis, et Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, et Nativitatis Beati Johannis Baptistæ et Beatorum Petri et Pauli prædictorum, et Dedicacionis ipsius capellæ festivitatibus, ac in celibritate (*sic*) Omnium Sanctorum, necnon per ipsarum Nativitatis, Epiphaniæ, Resurreccionis, Ascensionis, et Corporis Domini, ac Nativitatis et Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, et Nativitatis Beati Johannis, ac Apostolorum Petri et Pauli prædictorum festivitatum octavas, et per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes, capellam ipsam devote visitaverint annuatim, et ad conservacionem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatis (*sic*), quinque annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum prædictorum diebus quibus capellam ipsam

fo. 2 *v.*

Tit. i. 14.

for the chapel of St. Mary on Bishopton Bridge.

(1) So in MS., perhaps for 'Dñs.' (2) MS. has 'excedet.'
(3) Something must be wanting here.

visitaverint et adjutrices manus porrexerint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pœnitenciis misericorditer relax(a)mus. Volumus autem quod si alias visitantibus ipsam capellam, vel ad ejus fabricam seu hujusmodi conservacionem manus porrigentibus adjutrices, vel alias inibi pias elemosinas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgencia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura præter illam quam alias visitantibus prædictam capellam certis tunc expressis diebus, et ad ejus conservacionem manus porrigentibus adjutrices concessimus, fo. 3. videlicet trium annorum et totidem quadragenarum, per nos concessa fuerit, præsentes litteræ nullius existunt roboris vel momenti. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum viij Id. Maii, pontificatus nostri anno decimo. St. Peter's, May 8, A.D. 1399.

(XXXI.)

Boniface IX. threatens excommunication against robbers of the church.

Bonifacius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio præcentori ecclesiæ Ebor. salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii canonici et capitulum ecclesiæ Sancti Petri de Ripon, Eboracensis diœceceos, quod nonnulli iniquitatis filii quos prorsus ignorant, decimas, primicias, oblaciones, reddetus, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, instrumenta publica, litteras auctenticas, ornamenta ecclesiastica, vasa stagnea, ænea, aurea, et argentea, jura, jurisdicciones, et quædam alia bona ad dictam ecclesiam spectancia temere et maliciose occultare (*et*) detinere præsumunt, non curantes ea præfatis canonicis et capitulo exhibere, in animarum suarum periculum, ac ipsorum canonicorum et capituli non modicum detrimentum, super quo iidem canonici et capitulum apostolicæ sedis remedium implorarunt, quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi occultores, detentores decimarum, reddituum, oblationum, et aliorum bonorum prædictorum, ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium monicionis ut infra competentem terminum quem eis præfixeris, ea præfatis canonicis et capitulo in se debita restituant et revelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfaccionem impendant. Et si id non adimpleverint infra alium competentem terminum quem eis ad hoc peremptorie duxeris præfigendum, extunc in eos generalem excommunicacionis sentenciam proferas, et eam facias ibi et quando expedire videris usque ad satisfaccionem condignam solemniter publicari. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, iij Non. Maii, pontificatus nostri anno quarto decimo. St. Peter's, May 5, A.D. 1403.

(XXXII.)

Gregory XI. supports an indulgence granted by the canons for repairs after a fire. fo. 3 *v.*

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Eboracensi, salutem et apostolicam benediccionem. Dilecti filii canonici ecclesiæ de Rypon', transmissa nobis peticione, monstrarunt, quod cum pro reparatione ipsius ecclesiæ quæ fuit incendio devastata omnibus de regno nota ac provinciæ tuæ, qui ad opus hujusmodi subventionis manum porrigent, certam suorum indulgentiam concesserunt peccatorum, quidam clerici eorundem regni et provinciæ nuncios quos propter hoc cum litteris nostris mittunt impedire propteria (*sic*) temeritate præsumunt, in eorundem canonicorum (*et*) ecclesiæ suæ præjudicium manifestum. Ne igitur illorum temeritas vestræ prævalere graciæ videatur, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus prædictos clericos provinciæ ne nunciis canonicorum ipsorum super hoc indebite opponant, monicione præmissa, districcione qua convenit, appellacione remota, compellas, constitucione de duabus dictis in generali consilio (*sic*) edita non obstante. Dat. Lateranen' xj kal. Junii, pontificatus nostri anno quinto.

Lateran, May 22, A.D. 1375.

(XXXIII.)

Celestine V. orders the removal of a married clerk from the chapel of Nidd.

Celestinus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis de Giseburn de Chreseham Prioribus,[1] magistro W. de Hou, salutem et apostolicam benediccionem. Pervenit ad nos ex insinuatione capituli Sancti Wilfridi Ripon' quod R. clericus, sicut dicitur uxoratus, capellam de Nide ad ecclesiam Ripon' pertinentem de jure invasam, et reddere contradicit, occasione cujusdam concessionis a quibusdam eidem factæ ad quos non pertinebat, aliis inconsultis, præscriptæ capellæ donatio, quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus prædictam capellam ad ecclesiam prænominatam de jure spectare, amoto sicut justum fuerit quolibet illicito detentore, dicto capitulo cum subtractis inde fructibus sine appellacionis obstaculo mediante justicia restitui faciatis. Quod si omnes hiis exiquendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, xiij Kal. Junii, pontificatus nostri anno primo.

St. Peter's, May 20, A.D. 1285.

(XXXIV.)

Celestine V. gives a papal brief for the repairs of the church.

Celestinus Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus per Eboracensem diœcesim constitutis, salutem et apostolicam benediccionem. Quoniam, ut ait apostolus, *omnes*

(1) There must be something wrong in the MS. here.

stabimus ante tribunall Christi, recepturi prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, et æternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu colligere[1] debeamus in cœlis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam *qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet* vitam æternam. Inde est quod universitatem vestram rogamus, inchoamus (*sic*), et hortamur in Domino, atque in remissionem peccatorum vobis injungimus, quatenus ad reparacionem ecclesiæ de Rypon cum indigeat reparari, nec ad hoc propriæ suppetant facultates, de bonis a Deo vobis concessis pias elemosinas et grata subsidia conferatis, ut per vestra et aliorum Christi fidelium suffragia præfata ecclesia valeat juvante Domino reparari, et vos per hæc et alia bona quæ ipso Domino inspirante feceritis ad æterna felicitatis gaudia mereamini pervenire. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, xj° kalendas Junii, pontificatus nostri anno primo.

Rom. xiv. 10. 2 Cor. v. 10. fo. 4. 2 Cor. ix. 6. St. Peter's, May 22. A.D. 1285.

(XXXV.)

John XXII. threatens excommunication against robbers of the church.

Johannes Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Eboracensi,[2] salutem et apostolicam benediccionem. Significavit nobis dilecti filii capitulum ecclesiæ Riponensis, Eboracensis diocesis, quod nonnulli iniquitatis filii quos prorsus ignorant,[3] decimas, redditus, census, terras, prata, possessiones, instrumenta publica, et nonnulla alia bona ad capitulum ipsos spectantia temere et maliciose occultare ac occulta detinere præsumunt, non curantes ea præfatis capitulo exhibere, in animarum suarum periculum et ipsorum capituli non modicam læsionem, super quo iidem capitulum apostolicæ sedis remedium implorarunt, Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes occultores, detentores decimarum, reddituum, censuum[4] et aliorum bonorum præmissorum ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium seu alios moneas, ut infra competentem terminum quem eis ad hoc præfixeris, ea dictis capitulo a se debita restituant et revelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfaccionem impendant. Et si id non impleverint[5] infra alium terminum competentem quem eis ad hoc peremptorie duxeris præfigendum, extunc in eos generalem excommunicacionis sentenciam pro-

fo. 4 *v.*

(1) MS. has 'collegere.' (2) MS. has 'Eboracensis.'
(3) MS. has 'ignorante.' (4) MS. has 'sensum.'
(5) MS. has 'impleverit.'

feras, et eam ubi et quando expedire videris facias usque ad satisfaccionem condignam solempniter publicari. Dat. Auinion. kal. Julii, pontificatus nostri anno decimo septimo.

Avignon, July 1, A.D. 1333.

(XXXVI.)

John XXII. confirms the privileges granted by his predecessors.

Johannes Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulum (*sic*) ecclesiæ Riponensis, salutem et apostolicam benediccionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia[1] sive alias indulgencias vobis et ecclesiæ vestræ[2] concessas, necnon libertates et exemciones sæcularium[3] exaccionum a regibus sive principibus ac aliis Christifidelibus rationabiliter vobis[4] indultas sicut eas juste et pacifice obtinetis, vobis[4] et per vos eidem ecclesiæ auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum. Dat. Auinion, v Non. Julii, pontificatus nostri anno decimo septimo.

Avignon, July 3, A.D. 1333.

(XXXVII.)

fo. 5.

Innocent III. confirms privileges.

Innocencius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Sancti Wilfridi in Ripum, salutem et apostolicam benediccionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum producatur effectum; Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus concurrentes assensu, antiquas et approbatas consuetudines, libertates, et immunitates a regibus et principibus legitime vobis[4] concessas, quæ canon(ic)is non obviant institutis, sicut eas juste et pacifice obtinetis, vobis[4] et per vos ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum. Dat. Lateranen', ij Id. Februarii, pontificatus nostri anno xviij.

Lateran, Feb. 12, A.D. 1216.

(1) MS. has 'previlegia.' (2) MS. has 'nobis et ecclesiæ nostræ.'
(3) MS. has 'sæcularum.' (4) MS. has 'nobis.'

Acta sunt prædicta, prout suprascribuntur et recitantur, sub anno Domini et regis, mense, die, et loco prædictis. Præsentibus tunc ibidem discretis viris magistro Briano Lewtie, notario publico, dominis Johanne Lightefote, cantarista in ecclesia collegiata prædicta, Ricardo Bele, Willelmo Awman, Johanne Clifton, et Egidio Webster, vicariis choralibus præfatæ ecclesiæ collegiatæ, Ebor. diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis. Witnesses to the transcription.

Et ego Johannes Wright, Ebor. diœcesis notarius publicus, quia præfatarum literarum apostolicarum et bullarum prædictarum exhibicioni et præsentacioni, cæterisque præmissis omnibus et singulis dum sic, ut præmittitur, sub anno Domini et domini nostri regis Henrici octavi prædicti, mense, die, et loco prædictis, una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc præsens publicum instrumentum sive transsumptum manu mea propria in quinque pergameni foliis fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, una cum appensione sigilli communis dicti capituli Riponiæ. In fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum, rogatis et requisitis, etc. fo. 5 v. Notary's certificate.

Notary's mark a fretted device on two steps inscribed 'Johēs Wright,' *and* 'Auxilium meum a dño.'

III. DOCUMENTS RELATING TO THE VICARS.[1]

XXXVIII. GRANTS OF TWO MESSUAGES FOR VICARS' RESIDENCE BY NICHOLAS DE BONDEGATE.

(Ripon Chapter MS.)

(*Indented through about twenty-nine capital letters.*)

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentes litteras ad modum cyrographi dupplicatas visuris vel audituris, Capitulum ecclesiæ Sancti Wilfridi Rypun', salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum dominus Nicholaus de Bondegate, capellanus, pro salute animæ suæ, parentum, et antecessorum et successorum suorum, dederit et concesserit Deo et ecclesiæ Rypon' prædictæ, ac canonicis Deo servientibus A.D. 1304. Chapter of Ripon announce grant by N. de Bondgate of

(1) For Archbishop Corbridge's provision for the vicars, see extract from his *Register*, below.

two messuages in Ripon for vicars' houses.

ibidem in perpetuum, duo mesuagia cum pertinenciis in villa Rypon', unum videlicet ad domos ibidem construendas pro vicariis ejusdem ecclesiæ ipsas perpetuo inhabitaturis, et aliud ad sustentacionem domorum in dicto mesuagio constructarum, prout in cartis feoffamenti prædicti Nicholai inde confectis plenius continetur. Nos affectionem gratuitam dicti domini Nicholai propensius attendentes, tenore præsencium concedimus et eciam ordinamus pro nobis et successoribus nostris in perpetuum, quod prædicti vicarii in confectione præsencium superstites, videlicet domini Hugo de Penyngston, Willelmus de Ellerker, Ricardus Paa, Robertus de Asmunderby, Thomas filius Roberti Mariory, et Johannes de Kyllum, quamdiu vixerint, et quilibet alii locum eorum tenentes et sibi perpetuis temporibus succedentes, singulis diebus per annum pro anima præfati domini Nicholai, parentum, et antecessorum et successorum suorum et omnium fidelium defunctorum servicium mortuorum, videlicet *Placebo*, *Dirige*, et Commendacionem jugiter dicant prout decet, quodque per aliquem ipsorum missam pro defunctis ad altare Sancti Johannis Apostoli et Evangelistæ in ecclesia memorata ante celebracionem missæ de Domina pro animabus supradictorum, singulis diebus ut præmittitur, devote faciant celebrare, ac eciam duos obitus singulis annis in choro nostro cum aliis ministris dictæ ecclesiæ plenarie et sollempniter, cum *Placebo*, *Dirige*, Commendacione, et missa pro animabus eorundem et omnium fidelium defunctorum dicant devote, videlicet unum pridie Idus Novembris et alium decimo Kalendas Julii in perpetuum. Et ad omnia et singula præmissa fideliter observanda, prædicti vicarii superstites in pleno capitulo in præsencia nostra, tactis sacrosanctis evangeliis, corporale sacramentum præstiterunt. Cum autem dictum Nicholaum rebus humanis eximi contigerit, similiter concedimus et eciam ordinamus, quod ejus anniversarius dies in forma præscripta cum ea devocione et sollempnitate qua convenit singulis annis in perpetuum celebretur. Et ut omnia supradicta futuris temporibus rite procedant, et robur firmitatis optineant, ordinamus per præsentes quod omnes vicarii in perpetuum successuri priusquam admittantur in vicarium, et statu vicariæ gaudeant aliquali, de omnibus et singulis præmissis fideliter observandis consimile præstent sacramentum. Et ut præmissa omnia et singula robur optineant perpetuæ firmitatis,[1] præsentes

List of vicars.

Office and mass for the dead.

Two obits in choir.

After founder's death his year's mind to be kept.

Vicars' oath.

Bipartite indenture.

(1) Parti præsencium literarum ad modum cirographi duplicatarum penes prædictum capitulum remanenti dictus Nicholaus sigillum suum apposuit.—(Greenfield's *Register*.)

litteras ad modum cyrographi dupplicatas penes dictum Nicholaum residentes sigillo communi capituli nostri fecimus communiri. Hiis testibus, Dominis Symone Ward, patre, Symone Ward, filio, Roberto de Nonewyk, Roberto Coyners, Willelmo de Stopham, militibus; Johanne le Gras, Willelmo Ward, Nicholao de Hewyk, Johanne de Slyngesby, Willelmo de Clutherum, Willelmo Tinctore, Johanne, Willelmo, Stephano, et Nicholao, filiis ejus; Johanne de Ebor., Ricardo de Stowe, Nicholao Huberd, et Johanne fratre ejus; Willelmo de Schyrwod et Roberto fratre ejus; Alano Colstan. Hugone de Schalton', Willelmo le Vauasur, Willelmo dicto Schot, Willelmo Seriaunt, et multis aliis. Dat. Rypon' iiij Kal. Junii, Anno Domini M° trecentesimo quarto, et anno regni regis Edwardi filii regis Henrici, tricesimo secundo.[1]

Witnesses.

May 29.

Endorsed, B. 5.

XXXIX. FOUNDATION OF AN OBIT BY JOHN CLYNT.

(Darnbrough MS. xl.)

John Clynt to the vicars.

Præsens scriptum cirographatum testatur quod ego Johannes Clynt senior, capellanus, dedi, concessi, et hoc præsenti scripto meo sirographato confirmavi dominis Roberto Baschan', Ricardo Wakefeld, Johanni de Clynt juniori, et Johanni de Bondgate, vicariis ecclesiæ collegiatæ Rypon', ij acras terræ cum suis pertinenciis in campo de Rypon' apud Speltreg in diversis locis, quarum una acra et una roda terræ insimul jacent inter terram quondam Willelmi Davett ex parte boriali, et terram Walteri de Ledes ex parte australi, et abbuttat super terram quondam Johannis de Clotherum versus orientem, et tres rodæ insimul jacent prope ibidem juxta terram Willelmi de Chaml' et abutta(n)t super Grenegate quæ ducit usque Whitecliffe. Quas quidem duas acras nuper habui ex dono et feoffamento Isoldæ de Kyluyngton' de Ripon'. Habend. et tenend. prædictas ij acras terræ cum suis pertenenciis præfatis Roberto, Ricardo, Johanni de Clynte juniori, et Johanni Bondgate, et successoribus suis, libere, quiete, intigre, bene, et in pace, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debeta et de jure consueta, faciendo inde per annum pro animabus Rogeri de Nunwike, militis, et Isabellæ uxoris suæ, die obitus sui, unum obitum solempnem in ecclesia supradicta, per ipsos et successores suos, etc.

Land at Speltreg.

Green lane.

For Rog. de Nunwike and Isabella, his wife.

(1) A copy of this document is inserted in Abp. Greenfield's *Register*, Part I., between fo. 9 and fo. 10, endorsed 'Donacio domorum vicariis ecclesiæ Rypon,' and 'Anniversarius in ecclesia Rippon.' It corresponds with this except in the one place noted.

XL. FOUNDATION OF OBIT OF ADAM DE SCOTTON AND OTHERS.

(RIPON CHAPTER MS.)

A B C, ETC., TO T.

A.D. 1367. Will. de Scotton to the vicars. Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Scotton de Ripon' dedi, concessi, et hac præsenti carta mea indentata confirmavi Henrico de Plumpton, Roberto Vergeous, Johanni de Walkynghame, Ricardo de Wakefeld, Johanni de Clynt, et Ricardo de Blaktoft, vicariis ecclesiæ Ripon, totum illum mesuagium cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' super le Cornhill inter burgagium Nicholai Hubert ex utraque parte, et abbuttat super le *comonebakhows* domini Archiepiscopi Ebor. ibidem; tenendum et habendum totum prædictum messuagium cum suis pertinenciis, prædictis Henrico, Johanni, Roberto, Ricardo, Johanni, et Ricardo, et successoribus suis vicariis, libere, quiete, integre, bene, et in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. *Et* [1] faciend. unum obitum singulis annis primo die mensis Februarii infra chorum ecclesiæ Ripon' cum *Placebo* et *Dirige (de novem leccionibus, et cum una)* [1] missa de Requiem pro animabus Adæ de Scotton patris mei, et Aliciæ de Scotton matris meæ, et animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum. Et solvend. similiter annuatim prædicto primo die mensis Februarii, Johanni de Marton' mergulario ecclesiæ Ripon, pulsanti campanas ad obitum prædictum qui pro tempore fuerit, et successoribus suis, quatuor denar. argenti. Et Thomæ Burdon, *Bellman* villæ Ripon' qui pro tempore fuerit, et successoribus suis, duos denar. argenti prædicto primo die mensis Februarii, imperpetuum. Et si continuat prædictum redditum quatuor denariorum et prædictum redditum duorum denariorum a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum, bene liceat prædictis Johanni et Thomæ et *(alteri eorum ac)* [2] successoribus suis in prædicto mesuagio cum suis pertinenciis distringere, et districciones retinere quousque de prædicto redditu quatuor denariorum et prædicto redditu duorum denariorum cum arreragiis, si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum. Et ego vero prædictus Willelmus et hæredes mei, totum prædictum mesuagium cum suis pertinenciis præfatis Henrico, Roberto, Johanni, Ricardo, Johanni, et Ricardo, et successoribus suis vicariis facientibus obitum prædictum et solventibus redditum præ-

Cornhill.

Common bakehouse.

Obit on Feb. 1.

To the church bellringer, 4*d*.

To the town bellman, 2*d*.

Power to distrain.

(1) Written over erasures or in margin. (2) Interlined.

dictum prædictis Johanni et Thomæ et successoribus suis in forma prædicta ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium, tam ego prædictus Willelmus quam præfati Henricus, Robertus, Johannes, Ricardus, Johannes, et Ricardus, partibus hujus cartæ indentatæ sigilla nostra in perpetuam (*rei*)[1] memoriam alternatim apposuimus. Hiis testibus, Johanne de Clutherom, Johanne de Shirwod, Roberto de Brunhous, Johanne de Thorold (?), Johanne de Morpath, et multis aliis. Data apud Ripon', quarto die mensis Maii, Anno Domini millesimo ccc^{mo} sexagesimo septimo.

Witnesses. May 4.

Six seals have been appended. One is circular and bears a shield surrounded by an inscription, both defaced. Another, in a crumbling condition, seems to represent a pyx suspended under a canopy, with the remains of an inscription. S. VI . . . . . ON. *The rest are gone.*

Endorsed, Indentur. vicar. eccliæ Ripon. pro obitu Ad. de Scotton.

XLI. CHARTER GRANTED BY KING HENRY V. TO THE VICARS.

(DUGDALE, *Hist. of Coll. Church at Rippon*, p. 42; from Pat. 2 H. 5. part 3, membr. 27.)

Rex omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis, quod cum sex vicarii in Ecclesia Collegiata beati Petri Ripon', ad honorem Dei, et divini cultus augmentacionem, ab olim fuissent ordinati et stabiliti, qui aliquam habitacionem infra clausum ecclesiæ prædictæ, in communi non habent; ac venerabilis pater Henricus Archiepiscopus Ebor. pro eo quod iidem vicarii hospicia sua in diversis habitacionibus dispersim et non in communi tenent, considerans melius et decencius fore ipsos horis, dormitoriis, et refectoriis insimul in communi quam dispersim commorari, pia intencione commotus, quandam parcellam terræ in Ripon' præfatis vicariis pro hospicio suo ibidem construendo, in communi simul habendo, dare et assignare proponat; ac per plures Christi fideles ipsorum vicariorum inopiam et indigenciam pie respicientes, diversi redditus et possessiones eisdem vicariis pro eodem relevamine caritative dati fuissent et assignati, ut accepimus, si eorum inhabilitas, sive incapacitas recipiendi, eis nullatenus obviaret, seu obstaculum præberet.

A.D. 1414. Henry V.

Archbishop Bowet's wishes with regard to the vicars.

(1) Interlined.

They are commended by the king.

Nos vero, honestam conversacionem et continuam devocionem ipsorum vicariorum qui ecclesiæ prædictæ in majori parte indies sustinent pondus diei et æstus, merito commendantes, ac præfati Archiepiscopi et aliorum pia proposita eis subvenire volencium promovere affectantes, ob sinceram affeccionem quam ad gloriosum confessorem Sanctum Wilfridum in ecclesia prædicta humatum gerimus et habemus, de gracia nostra speciali concessimus pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod iidem sex vicarii et successores sui vicarii ecclesiæ prædictæ, de se ipsis unum procuratorem, quociens et quando eis placuerit et videbitur expedire, eligere possint, qui nomen procuratoris vicariorum ecclesiæ Beati Petri Ripon' imperpetuum gerat, et hoc juxta ordinacionem per ipsos in hac parte, absque aliqua licencia regia vel assensu inde aliqualiter petenda vel optinenda faciendum.

To elect a provost,

and have a common seal.

Quodque iidem procurator et vicarii et successores sui habeant unum commune sigillum [1] pro negociis et agendis suis serviturum; et quod sint personæ habiles, capaces, et perpetuæ ad impetrandum, recipiendum, et adquirendum, nomine procuratoris et vicariorum ecclesiæ Beati Petri Ripon', terras, tenementa, possessiones, et emolumenta spiritualia et temporalia quæcunque, a quibuscunque personis, tam laicis quam ecclesiasticis, licencia regia primitus obtenta, licet de nobis vel hæredibus nostris teneantur eisdem procuratori et vicariis et successoribus suis in proprietate possidenda imperpetuum, ac eciam ad prosequendum eorum nomine, omnimodas causas et acciones reales, personales, et mixtas, cujuscunque generis sint vel naturæ, et ad respondendum et defendendum in eisdem, coram judicibus sæcularibus et ecclesiasticis quibuscunque.

A site assigned for the new Bedern.

Et ulterius, de uberiore gracia nostra concessimus, et licenciam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato Archiepiscopo; quod ipse cum consensu capituli ecclesiæ cathedralis Beati Petri Ebor. quandam parcellam terræ cum pertinenciis in Ripon', continentem centum et quadraginta pedes in longitudine, et sexaginta et septem pedes in latitudine, quæ de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare possit et assignare præfatis procuratori ac vicariis, habendam et tenendam sibi et successoribus suis, pro hospicio suo inibi construendo imperpetuum. Et eisdem procuratori et

(1) Only one impression of this seal is known to the Editor, and that an imperfect one. It is attached to the indenture for the obit founded by Thomas Bakhows, A.D. 1515, where see note.

vicariis, quod ipsi dictam parcellam terræ cum pertinenciis a præfato Archiepiscopo recipere possint et tenere, sibi et successoribus suis prædictis, sicut prædictum est, imperpetuum, tenore præsencium similiter licenciam dedimus specialem, Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod prædicta parcella terræ de nobis teneatur in capite, sicut prædictum est, seu parcella fundacionis ecclesiæ prædictæ existat, non obstante. Salvis tamen nobis et hæredibus nostris serviciis inde debitis et consuetis.

Concessimus etiam et licenciam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris prædictis, quantum in nobis est, præfato procuratori et vicariis, quod ipsi terras, tenementa, et redditus, ad valorem centum solidorum per annum, tam ea quæ de nobis tenentur in burgagio, quam ea quæ de nobis non tenentur, adquirere possint et tenere eisdem procuratori ac vicariis, in auxilium sustentacionis suæ imperpetuum, Statuto prædicto non obstante, dum tamen per inquisiciones in hac parte capiendas et in cancellaria nostra et hæredum nostrorum rite retornandas compertum sit quod id fieri possit absque dampno vel præjudicio nostro ac aliorum quorumcunque. Intencionis tamen nostræ non existit, quin canonici ecclesiæ prædictæ et successores sui ad vicarias suas in eadem ecclesia cum vacaverint, personas idoneas, juxta antiqua statuta, ordinaciones, et consuetudines ecclesiæ illius possint canonice præsentare: vicariique ejusdem ecclesiæ, præfatis canonicis et successoribus suis, ac eorum jurisdiccioni, correccioni, et obedienciæ in omnibus licitis et canonicis subjaceant et intendant, juxta antiquas consuetudines, ordinaciones, et statuta supradicta, præsenti concessione nostra non obstante. In cujus, etc. Teste Rege apud Westmonasterium xxii die Julii.

Per ipsum Regem.

Further privileges.

XLII. GRANT OF A SITE FOR THE VICARS' RESIDENCE.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1415. Archbishop Bowet.

Henricus, permissione divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, et Apostolicæ sedis legatus, universis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Cum sex vicarii in ecclesia collegiata Beati Petri Rypon' ad honorem Dei et divini cultus augmentacionem ab olim fuissent ordinati et stabiliti, qui aliquam habitacionem infra clausum ecclesiæ prædictæ in communi non habent, ac nos pro eo quod iidem vicarii hospicia sua in diversis

The six vicars, having hitherto lived in separate houses, are

now to live in common.

habitacionibus dispersim et non in communi tenent, considerantes melius et decencius fore ipsos horis, dormitoriis, et refectoriis insimul in communi quam dispersim commorari, quandam parcellam terræ in Rypon præfatis vicariis pro hospicio suo ibidem construendo in communi simul habendam,[1] dare et assignare proposuerimus, ac per plures Christi fideles, ipsorum vicariorum inopiam indigenciam pie respicientes, diversi redditus et possessiones eisdem vicariis pro eorum relevamine caritative dati fuissent et assignati, si eorum inhabilitas sive incapacitas recipiendi eis nullatenus obviasset seu obstaculum non præbuisset, ac dominus noster rex Henricus quintus post conquæstum, honestam conversacionem et continuam devocionem ipsorum vicariorum, qui ecclesiæ prædictæ in majori parte indies sustinent pondus diei et æstus, merito commendans, ac proposita nostri et aliorum eis subvenire volencium promovere affectans, nuper per literas suas patentes de gracia sua speciali concesserit pro se et hæredibus suis quantum in ipso fuit, quod iidem sex vicarii et successores sui vicarii ecclesiæ prædictæ, de seipsis unum procuratorem quociens et quando eis placeret et videretur expedire eligere possent, qui nomen procuratoris vicariorum ecclesiæ Beati Petri Rypon' imperpetuum gereret, et hoc juxta ordinacionem per ipsos in hac parte absque licencia regia vel assensu inde aliqualiter petenda vel optinenda faciendam, quodque iidem procurator et vicarii et successores sui sint personæ habiles, capaces, et perpetuæ ad impetrand. recipiend. et adquirend. nomine procuratoris et vicariorum ecclesiæ Beati Petri Rypon', terras, tenementa, possessiones, et emolumenta spiritualia et temporalia quæcumque a quibuscumque personis, tam laicis quam ecclesiasticis, licencia regia primitus obtenta eisdem procuratori et vicariis et successoribus suis in proprietate possidend. imperpetuum. Noverit universitas vestra quod nos præfatus archiepiscopus, virtute licenciæ dicti domini nostri regis nobis in hac parte concessæ, ob specialem affeccionem quam ad gloriosum confessorem Sanctum Wilfridum in ecclesia prædicta humatum gerimus et habemus, dedimus, concessimus, assignavimus, et hac carta nostra confirmavimus Johanni de Ely nunc procuratori vicariorum ecclesiæ Sancti

Henry V. admires their holy conversation, has allowed

the six vicars to elect a provost.

The archbishop, in virtue of royal licence and special affection for St. Wilfrith, grants to John de

(1) This is what Bp. Gisa did for the canons at Wells in the 11th cent., and Leofric did for those of Exeter at the same time. These bishops introduced into England the rule of Chrodegang, bp. of Metz, in Upper Lorraine.—See Freeman's *Church of Wells*, 30–34, and *Norman Conquest*, ii. 86.

Petri Rypon' et vicariis ejusdem ecclesiæ, unam peciam terræ, parcellam manerii nostri de Rypon', ex parte occidentali præbendæ de Munkton, continentem centum et quadraginta pedes in longitudine, sexaginta et septem pedes in latitudine, habend. et tenend. eisdem procuratori et vicariis et successoribus suis pro hospicio suo inibi construendo imperpetuum, ita quod iidem procurator et vicarii et successores sui et eorum quilibet dicant et dicat singulis diebus in missa sua unam specialem collectam cum secreta et post communione pro salubri statu nostro dum vixerimus imperpetuum, et quod iidem procurator et vicarii et successores sui post decessum nostrum teneant et solempniter celebrent anniversarium nostrum quolibet anno die obitus nostri, cum *Placebo* et *Dirige* et novem psalmis, novem antiphonis, novem leccionibus ac oracionibus pro archiepiscopis consuetis, cum missa de Requiem in crastino cum nota in ecclesia prædicta imperpetuum. Set si inter festa Paschæ et Trinitatis nos obire contigerit, tunc præmissa secundum ordinale ecclesiæ Ebor. teneant et celebrent ut præfertur, nisi causa racionabili præpediti existent. Quæ tamen omnia proximo die impedimentum hujusmodi sequente omnino perimpleant, ac eciam quolibet die post prandium in communi aula sua psalmum '*De profundis*' cum oracione '*Fidelium*' pro salubri statu nostro dum vixerimus, et pro anima nostra cum ab hac luce migraverimus, ac animabus prædecessorum et successorum nostrorum, et omnium fidelium defunctorum imperpetuum dicant in communi solempniter et devote imperpetuum. Et insuper quod quilibet vicarius ex nunc imposterum in vicarium dictæ collegiatæ ecclesiæ admittendus seu aliqualiter recipiendus, tempore admissionis seu recepcionis suæ, juret ad sancta Dei Evangelia corporaliter tacta, quod omnia et singula superius ordinata et disposita, firmiter et inviolabiliter perimplebit et observabit, ac pro posse suo observari faciet, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. Et nos præfatus Archiepiscopus et successores nostri prædictam parcellam terræ cum pertinenciis præfatis procuratori et vicariis et successoribus suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. Intencionis nostræ non existit quin canonici ecclesiæ prædictæ et successores sui ad vicarias suas in eadem ecclesia cum vacaverint, personas ydoneas juxta antiqua statuta, ordinaciones, et consuetudines ecclesiæ illius possint canonice præsentare, vicariique ejusdem ecclesiæ præfatis canonicis et successoribus suis ac eorum juris-

Ely, now provost, land out of his manor of Ripon.

A special collect, etc., for the good estate of the archbishop while living, and a year's-mind after he is dead.

Commemoration after dinner in common hall.

Vicars' oath.

Statute of Mortmain.

The canons to retain presentation to vicarages, and their jurisdiction over vicars.

diccioni, correccioni et obedienciæ in omnibus licitis et canonicis subjaceant et intendant juxta antiqua consuetudines, ordinaciones, et statuta supradicta, præsenti concessione nostra non obstante. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ nostræ sigillum nostrum apposuimus. Data apud Rypon' prædictam, vicesimo octavo die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quintodecimo, et regni regis Henrici quinti post conquæstum Angliæ tercio.[1]

Mar 28.

Fine seal of Abp. Bowet.

Endorsed.—A. 13.

XLIII. FOUNDATION OF AN OBIT BY THO. BAKHOWS, CANON.

(Ripon Chapter MS.)

M R T B A K H O W S C

A.D. 1515. Between Thomas Bakhous and the provost and vicars.

Hæc indentura bipartita ac facta inter magistrum Thomam Bakhous canonicum ac rectorem ecclesiæ collegiatæ beatorum Petri et Wilfridi Riponiæ ex una parte, et Johannem Haddylsay, procuratorem novæ bedernæ Riponiæ, Thomam Herreson, Johannem Hall, Henricum Crosbe, Willelmum Peyke et Johannem Carver alias dictum Brounfleitt, vicarios ecclesiæ collegiatæ prædictæ ex altera parte, testatur quod prædicti vicarii concesserunt pro se et successoribus suis imperpetuum, præfato magistro Thomæ Bakhous et capitulo beatorum Petri et Wilfridi ibidem perpetuis temporibus duraturo, pro quadam summa pecuniæ, videlicet decem marcarum, præfatis vicariis per præfatum magistrum Thomam Bakhous data et deliberata pro reparacione plumbea ad sustentacionem, reparacionem, et tecturam dictæ novæ bedernæ, quæ longo temporis processu[2] consummata est, ita quod prædicti vicarii pro pluvia cotidie intus stillante nequeunt in aula sua communi ad mensam nec ad ignem neque in cameris suis ut tenentur residenciam personalem observare, ad obitum annuatim celebrandum pro animabus W. Bakhous et Margaretæ, parentum præfati magistri Thomæ Bakhous, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, et pro anima prædicti magistri Thomæ Bakhous, postquam ex hoc sæculo migraverit imperpetuum duraturum sub forma sequenti, videlicet, quod vicarii prædicti celebrabunt annuatim præfatum obitum tercio die Marcii cum *Placebo* et *Dirige* et missa cum nota, vel infra decem dies immediate sequentes, et

The founder gives 10 marks for the repairs of the new Bedern,

for an obit for his parents, and for himself when he dies.

To be on Mar. 3, with Placebo,

(1) This charter is No. 43 in Mr. Darnbrough's book, and is the only one known to exist of all that are there copied.

(2) It had been built about a century.—See charter of 1415.



Seal ~~and~~ Causas of Chapter of Ripon.

Seal of the Hospital of St. Mary Magdalene.

Common Seal of the Vicars of Ripon.

solvent præconi proclamanti dictum obitum, j d. Et annuatim prædicti vicarii ante incepcionem *Placebo* pro dicto obitu, facient magnam campanam vigesies quinquies in altum sonare, quo facto procedant ad dictum obitum celebrandum. Item dicti vicarii quotidie post dictas gracias, in dicendo hunc psalmum *De profundis* post oracionem Dominicam et salutacionem angelicam, recitabunt hanc clausulam, *Ave Maria*, et procedant, *Et ne nos*, etc. more solito. Præterea dicti vicarii volunt et concedunt per præsentes pro se et successoribus suis imperpetuum, quod quocienscumque deficiant vel omittant dictum obitum ultra decem dies non celebratum in forma prædicta, tunc bene liceat magistro Thomæ Bakhous dum vixerit, et post mortem prædicti Thomæ, capitulo beatorum Petri et Wilfridi imperpetuum, de et in omnibus terris et tenementis dictorum vicariorum infra villam et territorium Riponiæ, intrare, distringere, et inde levare et recipere ad faciendum obitum celebrari sub forma præscripta infra decem dies immediate sequentes, salvo tamen semper jure dictorum vicariorum iterum reassumendi potestatem et auctoritatem dicti obitus celebrandi sub forma prædicta. In quorum omnium præscriptorum testimonium, partibus harum indenturarum prædictus magister Thomas Bakhous procuravit sigillum ad causas capituli prædicti apponere pro parte sua, et Johannes Haddylsay, ex communi consensu fratrum suorum ibidem vicariorum, sigillum suum commune apposuit. Dat. Riponiæ, secundo die Marcii, Anno Domini Millesimo CCCCC^{mo} x^{o} v^{to}, et anno regni regis Henrici octavi post conquæstum Angliæ vij ^{o}.

Dirige, and mass with music, and the tolling of the great bell.

De profundis daily.

Power to distrain.

Mar. 2.

Two oval seals in red wax appended by labels. 1. *Prelate in chasuble and mitre (no pall) holding a pastoral staff in his left hand, and elevating the right with two fingers extended: Insc.* . . . . ON AD CITATION . .

2. *A king presenting to a mitred prelate with cross, a charter with pendent seal, both figures under a canopy on the dexter side of which is a key and on the sinister a star. Under an arch below, a group of heads. Insc.* S. COĒ. . . . . PER REGEM HENRICUM V^{tum}.

Endorsed, in later hands, Obit. Tho. Backhouse pro 10 marcis dat. vicar. pro reparat. novæ Bedernæ. A.D. 1515. R. Hen. 8, 7°. H. 59.

PORTION OF A REGISTER OF EVIDENCES RELATING TO OBITS, BOUND IN WITH THE ACTS OF CHAPTER.

Ff. 103 a—103 j.

(XLIV.)

A.D. 1437. fo. 103 a. Obit of W. Walthewe. . . . quemdam annualem obitum solempnem cum nota in choro dictæ ecclesiæ collegiatæ Ripon', die obitus Willelmi Wallthewe de Ripon', senioris, patris dictorum Willelmi et Johannis Walthewe, pro animabus dicti Willelmi Walthewe senioris, ac anima prædictæ Isoldæ, et animabus prædictorum Willelmi et Johannis Walthewe, parentum, benefactorum, et omnium fidelium *Payments.* defunctorum, campanis pulsatis. Ita quod dicti vicarii et successores sui solvent annuatim octo capellanis cantariarum in dicta *Nota.* ecclesia existentibus et interessentibus ad exequias, commendacionem, et missam, duos solidos et octo denarios, cuilibet quatuor denarios; et sex diaconis ad hujusmodi exequias existentibus, duodecim denarios, cuilibet duos denarios; et sex thuribulariis et sex choristis ad hujusmodi exequias existentibus, duodecim denarios, cuilibet unum denarium; et sacristæ pro pulsacione campanarum, quatuor denarios; et campanario proclamanti obitum, duos denarios; et si aliquis vel aliquidictorum capellanorum, diaconorum, thuribulariorum, chorisa *Absentees not to be paid.* tarum se absentaverit vel absentaverint ab hujusmodi exequiis, commendacione, vel missa, omittet jus suum sibi solvendum pro obitu prædicto. In quorum omnium fidem et testimonium præmissorum, domini Willelmus Barwyke, Willelmus Norton, Robertus Brompton, Hugo Pyamour, Johannes Bedale, et Thomas Grundall, vicarii dictæ ecclesiæ collegiatæ, sigillum *Indented will.* suum commune uni parti hujus voluntatis indentatæ, penes Johannem Wyotte, vicarium ecclesiæ Sancti Nicholai in Mekilgate in Ebor. et Johannem Clarelle de Ebor., executores testamenti dicti Willelmi Wallthew junioris remanentis apposuerunt; alteri vero parti ejusdem, prædicti Johannes Wyotte et Johannes Clarelle penes prædictos vicarios et successores suos, sigilla sua *Witnesses.* apposuerunt. Hiis testibus, magistro Willelmo Langton, notario, Roberto Chapmane, Willelmo Abyrforde, civibus et mercatoribus *Feb. 16.* Ebor. et aliis. Dat. sextodecimo die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, et regni vero regis Henrici sexti post conquæstum Angliæ, sextodecimo.

(XLV.)

In Dei nomine, Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno ab Incarnacione Domini secundum cursum et computacionem ecclesiæ Anglicanæ Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, indiccione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, Divina providencia Papæ quarti anno septimo, mensis Februarij die xvij°, in ecclesia parochiali [1] Beati Nicholai in Mekylgate, civitatis Ebor. discretus vir dominus Robertus Brompton, vicarius, ut asseruit, in ecclesia collegiata Beati Petri Ripon', ac procurator vicariorum ejusdem ecclesiæ collegiatæ, de cujus procuratoria potestate michi notario publico subscripto constabat legitimis documentis, in mei ejusdem notarii publici et testium infranominatorum præsencia, una cum domino Johanne Wyotte, capellano, et Johanne Clarell cive Ebor. executoribus, tunc ibidem (*exhibuit*) quandam cartam indentatam, virtute cujus vicarii ecclesiæ collegiatæ prædictæ habent et pacifice, et possident sibi et successoribus suis post mortem dicti domini Willelmi Walthewe junioris, certa mesuagia in villa de Ripon' jacencia, eis per dominum Willelmum Walthewe seniorem sub certa forma data et concessa, prout in dicta carta indentata plenius continetur. Qui quidem executores, visa et plenius intellecta carta donacionis prædictæ, et aliis dictorum vicariorum evidenciis in hac parte, cognoscentes pro firmo quatenus dixerunt quod dicti vicarii ecclesiæ collegiatæ prædictæ solum et in solidum habent et habere debent justum titulum in mesuagia antedicta cum suis pertinenciis, prout tam ex inspeccione dictæ cartæ quam confessione præfati domini Willelmi Walthewe junioris dum vixit didicerunt, omnibus et omnimodis juri, titulo, et clameo, si quæ eis in prædictis mesuagiis, seu aliqua parcella eorundem, virtute testamenti prædicti vel alias qualitercunque, competere vel accidere poterint, ex sua certa scientia meroque motu et spontanea voluntate renunciarunt publice tunc ibidem. Jurarunt insuper iidem executores ad sancta Dei evangelia per ipsos et eorum utrumque coram me notario publico et testibus infra scriptis corporaliter tacta, quod nec ipsi executores vel aliquis alius eorum nomine hujusmodi renunciacionis per ipsos ut præfertur libere factæ contravenirent

A.D. 1437. Evidence before a notary public as to the obit of Will. Walthewe. fo. 103 a, v.

The vicars' provost exhibited an indenture in support of claim to property,

which the executors of the founder admitted,

renouncing all claim on their part.

(1) There was not felt to be any impropriety in executing legal documents within the walls of a church, in times when every business of life was, in theory at least, a religious exercise.—St. Nicholas' Micklegate does not now exist.

The provost declared the vicars to be responsible for the obit.

seu contraveniret aliqualiter in futurum. Quibus sic factis, præfatus dominus Robertus Brompton, procurator prædictus, promisit fide sua media quod vicarii ecclesiæ collegiatæ prædictæ, et eorum successores, celebrabunt obitum præfati domini Willelmi Walthewe junioris in eadem ecclesia collegiata singulis annis imperpetuum, sub modo, forma, et condicionibus in quibusdam indenturis inter dictos vicarios et executores inde factis plenius expressatis. Super quibus sic gestis, tam dictus dominus Robertus procurator quam executores antedicti requisiverunt me notarium infrascriptum sibi conficere publicum instrumentum. Acta fuerant hæc prout supra scribuntur et recitantur, sub anno Domini, indiccione, pontificatu, mense, die, et loco prædictis; præsentibus honestis viris Roberto Ketill et Johanne Stayneburn, civibus civitatis prædictæ, testibus ad præmissa vocatis et rogatis.

Witnesses. fo. 103 b.

Notary's certificate

Et ego Willelmus Langton, clericus, Ebor. diocesis publicus auctoritate apostolica notarius, præmissis omnibus et singulis dum sic ut præmittitur sub anno Domini, indiccione, pontificatu, mensis die, et loco prædictis agebantur et fiebant, una cum testibus prænominatis, præsens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, audivi, scripsi, publicavi, et hanc publicam formam redegi, meisque signo et nomine consuetis signavi, rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium præmissorum.

(XLVI.)

Grant of a messuage in Ripon.

Omnibus hoc scriptum indentatum visuris vel audituris, Johannes Herreson de Melmyrby, salutem in Domino.

Cum Robertus Brompton, procurator vicariorum ecclesiæ collegiatæ Ripon, octavo die mensis Novembris, Anno regni regis Henrici sexti post conquæstum tricesimo octavo, michi et hæredibus meis dederit, concesserit, et per cartam suam indentatam confirmaverit, unum mesuagium [1] situatum est inter mesuagium meum ex una parte et venellam quæ jacet inter supradictum mesuagium et mesuagium Willelmi Wrampain ex altera [2] parte, habendum et tenendum, michi et hæredibus meis in perpetuum, reddendo inde annuatim eidem procuratori et successoribus suis vicariis ad festa Pentecostes et Sancti Martini

(1) The counterpart has been entered as well. The second copy supplies words which are missing here, viz. 'in villa Ripon', quod quidem mesuagium.'

(2) 'Alia,' second copy.

in yeme, tres solidos et quatuor denarios, æquis porcionibus, et si contingat dictum redditum trium solidorum et quatuor denariorum a retro fore in parte vel in toto post alterum terminum terminorum prædictorum quo solvi debeat non solutum, quod tunc bene liceat præfatis[1] Roberto et successoribus suis qui pro tempore fuerint, intrare et distringere et districciones inde abducere, fugare, et penes se retinere, quousque sibi et successoribus suis de prædicto redditu cum arreragiis si quæ fuerint plenarie fuerit satisfactum et persolutum. Noveritis me præfatum Johannem Herreson concessisse, et præsenti carta mea confirmasse præfato Roberto et successoribus suis vicariis, quod si dictus annualis redditus trium solidorum et quatuor denariorum a retro fuerit in parte vel in toto post aliquem terminum quo solvi debeat non solutum, videlicet ad festa Penticostes et Sancti Martini, æquis porcionibus, quod extunc bene liceat præfato Roberto procuratori et successoribus suis qui pro tempore fuerint in mesuagio meo jacente juxta mesuagium supradictum, ac in omnibus mesuagiis, terris, et tenementis meis in villis de Melmyrby et Howgrave juxta Sutton et Rayneton,[2] ac in qualibet parcella eorundem, intrare et distringere, et districciones inde abducere, fugare et penes se retinere, quousque sibi et successoribus suis de prædicto redditu cum arreragiis, si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum et persolutum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ partes prædictæ sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus, Willelmo Wrampain, Johanne Dogeson, Johanne Rande, Ricardo Frankysh, Johanne Pyper, et aliis.

To pay a rent of 3*s*. 4*d*. to the vicars.

Claim of power to distrain.

Grant of power to distrain.

fo. 103 b, *v*.

Witnesses.

Dat. nono die mensis Novembris, Anno regni regis Henrici sexti post conquæstum Angliæ tricesimo octavo.

Oct. 9, A.D. 1459.

(COUNTERPART.)

Omnibus, etc.

Obitus Thomæ Pakhardy et Agnetis uxoris ejus[3] fiat die Sabbati prox. ante Ascencionem Domini, pro quo percipiunt sex vicarii annuatim de domo in *le Fleshamels*, quondam ejusdem Thomæ, iij^s iiij^d, æquis porcionibus, ad festa Martini et Pentecostes, ut patet per cartam inde confectam.

fo. 103 c. Obit of T. Pakhardy, to be kept on Saturday before Ascension.

(1) 'Præfato,' second copy.

(2) All these places are in the wapentake of Hallikeld, lying near together, and not far from Ripon.

(3) Probably the parents of the Tho. Pakhardy, who makes the following grant.

(XLVII.)

A.D. 1386. Thomas Pakhardy and Alice, his wife, grant a rent of 3s. 4*d*., from a burgage in the market-stead,

Sciant præsentes et futuri quod nos Thomas Pakhardy de Ripon', et Alicia uxor mea, dedimus, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, dominis Ricardo de Wakefelde, Johanni de Bondegate, et Johanni de Clynte juniori, vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', quendam annuum redditum trium solidorum et quatuor denariorum extunc de uno burgagio in Ripon in *le Marketstede*, sicut jacet inter mesuagium in tenura Johannis de Berwyke ex una parte, et mesuagium Willelmi le Raskell ex altera parte, percipiendum ad terminos Pentecostes et Sancti Martini in yeme per æquales porciones. Et nos vero prædicti Thomas et Alicia, heredes et assignati nostri, prædictum annuum redditum prædictorum trium solidorum et quatuor denariorum præfatis Ricardo, Johanni, et Johanni, heredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus, et imperpetuum defendemus. Et si contingat prædictum annuum redditum trium solidorum et quatuor denariorum a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum quo solvi debeat per quadraginta dies si petatur, quod extunc bene liceat præfatis Ricardo, Johanni, et Johanni, heredibus et eorum assignatis in prædicto burgagio cum suis pertinenciis distringere, et districciones inde deducere et asportare, quousque de prædicto annuo redditu, et de arreragiis si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Johanne de Hawkeswyk, Ricardo de Sunnyng, Willelmo de Ledes, Willelmo de Thornton, Johanne de Stowe, et aliis.

to three vicars.

Power to distrain.

Witnesses.

June 11.

Dat. apud Ripon' in festo Sancti Barnabi (*sic*) apostoli, Anno Domini Millesimo tricentesimo octogesimo sexto.

(XLVIII.)

fo. 103 c, *v.* John de Clynte transfers the above to three other vicars, Oct. 28, 1411.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes de Clynte, capellanus, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi dominis Johanni de Ely, Roberto Merott, et Johanni de Thorn, perpetuis vicariis in ecclesia collegiata Ripon', quendam annuum redditum trium solidorum et quatuor denariorum (*etc. as above*).

Witnesses.

Hiis testibus, Willelmo de Ledes, Willelmo de Fencotes, Johanne de Berwyke, Roberto Marshall, Ricardo de Richmonde, Thoma Pape, et aliis.

Dat. apud Ripon', in festo Apostolorum Symonis et Judæ, Anno Domini Millesimo quadringentesimo undecimo, et regni regis Henrici iiij[ti] post conquæstum Angliæ terciodecimo.

Obitus Willelmi Vawsour, canonici, fiat xiij° die Julii, pro quo nuper percipiunt vj vicarii annuatim de Aldefelde Northows, ix s. ad festa Sancti Martini et Pentecostes, per æquales porciones, unde sol. ad festum Sancti Martini præbendario præbendæ de Gevyndale, iij s. iiij d. et ad festum Pentecostes, iii s. vj d., et sic remanet vicariis tantum xiiij d., quos camerarius vicarius solet habere pro feodo suo illo anno. Item habent pro eodem obitu unam acram terræ jacentem juxta viam quæ ducit a Staynbrygate usque ad Molendinum Orientale modo in tenura Johannis Croyser, et reddit per annnm, ij s. Item habent pro eodem obitu (*tenementum* ?) dudum vacuum in Staynbrygate de novo ædificatum, sumptibus executorum Ricardi Sunnyng, cum quadam summa pecuniæ, ut præfertur.

Obit of W. Vawsour, to be kept on July 13.

fo. 103 d.

Obitus Alani Balyeman et Agnetis uxoris ejus fiat vicesimo secundo die mensis Junii, pro quo habent vj vicarii unum tenementum in *Walkmylnbanke*,[1] modo vocato *Bedernebank*, modo in tenura Thomæ Colhowe, et reddit per annum pro nunc xxij s., unde sol. dictis vicariis annuatim summo altari ecclesiæ collegiatæ Ripon' ij s., ut patet in carta antiquæ bedernæ.

Obit of A. Balyeman, to be kept on June 22.

Obitus Hugonis de Roderham, canonici, fiat vicesimo septimo die Junii, pro quo percipient vj vicarii in die obitus, annuatim, de Willelmo Bowlande, capellano cantariæ Sanctæ Trinitatis, ij s., et diaconi pro eodem, xij d., quam vero petunt solvi pro gardinis Roderham in *Nethyrskelgate*, vocatis *Roderham garthes*, et sol. per decretum magistri Willelmi Scrop, canonici.

Obit of Hugh Rotherham, to be kept on June 27.

Obitus Agnetis Skrevyne fiat nono die Julii pro quo habent sex vicarii, et recipiunt annuatim de custodibus fabricæ ecclesiæ, in die obitus, de domo supra *Scolhows*, ix d.

Obit of Agn. Scriven, to be kept on July 9.

Obitus Margaretæ de Mylne fiat xiij die mensis Julii, pro quo percipiunt sex vicarii in die Sanctæ Scolasticæ virginis, de capellano cantariæ Sanctæ Mariæ in *Lady Kirk*, pro quodam gardino ex opposito.

Obit of Marg. Mylne, to be kept on July 13.

(XLIX.)

Sciant præsentes et futuri, quod nos Ricardus de Grydd, de Goldesburgh, et Alicia uxor mea, dedimus, concessimus, et hac

Ric. de Grydd sells a toft near

(1) See Chapter Acts, p. 84, *n*.

Elveshow to John Byndelows, June 30, 1221,

præsenti carta nostra confirmamus Johanni Byndelows et Agneti uxori suæ pro quadam summa pecuniæ quam nobis præ manibus dedit, unum toftum cum pertinenciis jacentem inter pratum Elueshowe et viam quæ se extendit de Staynbrygate usque ad molendinum quod vocatur Molendinum Orientale, habendum et tenendum, prædictis Johanni et Agneti, hæredibus suis et suis assignatis, de Deo et ecclesia Beati Wilfridi Ripon', et vicariis ejusdem ecclesiæ, libere, quiete, integre, bene, et in pace imperpetuum. Reddendo inde per annum prædictis vicariis et successoribus suis, octodecim denarios argenti ad festum Sanctæ Scolasticæ virginis, pro omni servicio sæculari, exaccione, et demanda, ad prædictum toftum pertinentibus imperpetuum. Et nos vero prædicti Ricardus et Alicia, et hæredes nostri, prædictum toftum cum pertinenciis prædictis Johanni et Agneti, heredibus suis, et suis assignatis, contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, domino Rogero de Bondegate, capellano; Petro de Malton; Petro de Crakall; Johanne Sale; Johanne Sale, juniore; Roberto Colstane; Adamo de Scotton, et aliis. Dat. apud Ripon', die Marcurii prox. post festum Sancti Johannis Baptistæ, Anno Domini Millesimo ducentesimo vicesimo primo.[1]

subject to a rent-charge of 18*d.* payable to the vicars.

Witnesses.

fo. 103 d. *v.*

Obit of H. Plompton, to be on August 2.

Obitus Henrici Plompton, vicarii, fiat secundo die mensis Augusti, pro quo percipiunt vj vicarij annuatim ad festa Martini et Pentecostes, de capellano cantariæ Sanctæ Trinitatis, pro j domo in Anesgate, juxta tenementum Abbatis de Fontibus, ij s. et imperpetuum.

Et notandum est quod dictus domus non est in mortasement dictæ cantariæ, licet (*blank*).

(L.)

Henry de Plempton grants to three chaplains a messuage in Annesgate, July 29, 1369.

Sciant præsentes et futuri quod ego Henricus de Plompton, vicarius ecclesiæ collegiatæ Ripon', dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Clynte seniori, Johanni de Stayndrop, et Johanni de Clynte juniori de Ripon', capellanis, totum illud mesuagium cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in Annesgate, inter mesuagium Johannis de Tanfelde ex parte una, et toftum abbatis de Fontibus ex parte altera. Tenendum et habendum totum prædictum mesuagium, cum

(1) For another sale, and a grant of this same toft, subject to the same rent-charge, see below, among the Private Grants.

suis pertinenciis, prædictis Johanni, Johanni, et Johanni, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene et in pace et imperpetuum de capitali domino feodi illius per servicia inde debita, et de jure consueta. Et ego vero prædictus Henricus et heredes mei totum prædictum mesuagium cum suis pertinenciis præfatis Johanni Johanni et Johanni hæredibus et assignatis suis ut prædictum est contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Shirwod; Roberto de Bronhows; Johanne de Tanfelde; Willelmo de Scotton; Johanne de Staynlay, *Fleshour*, et multis aliis.

Witnesses.

Dat. apud Ripon', die Dominica prox. post festum Beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo nono.

(LI.)

Henry de Plompton appoints an attorney to give possession of the above, July 29, 1369.

Pateat universis per præsentes, quod ego Henricus de Plompton, vicarius ecclesiæ collegiatæ Ripon', attornavi et loco meo posui dilectum mihi in Christo dominum Johannen de Walkyngham, vicarium ecclesiæ prædictæ, certum attornatum meum, ad liberandam plenam seisinam nomine meo Johanni de Clynte seniori, Johanni de Stayndrop, et Johanni de Clynte juniori de Ripon, capellanis, hæredibus et assignatis suis, de toto illo mesuagio cum suis pertinenciis jacente in Ripon' in Annesgate, inter mesuagium Johannis de Tanfelde ex parte una et toftum abbatis de Fontibus ex parte altera, quod quidem mesuagium prædicti Johannes, Johannes, et Johannes, habent ex dono et concessione mea secundum tenorem cujusdam cartæ meæ inde plenarie factæ. Ratum et gratum habens et habiturus quicquid idem Johannes de Walkyngham nomine meo dixerit faciendum in præmissis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui.

fo. 103 e.

Dat. apud Ripon, die Dominica prox. post festum Beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo nono.

(LII.)

Matilda, relict of Steph. de Hoperton, resigns all claim in the above,

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Matild, relicta Stephani de Hoperton de Ripon', salutem in Domino. Noveritis me relaxasse, remisisse, et omnino de me, hæredibus, et assignatis meis imperpetuum quietum clamasse Johanni de Clynte, seniori, Johanni de Stayndropp, et Johanni de Clynte, juniori

July 30, 1369.

de Ripon', capellanis, heredibus et assignatis suis, totum jus et clameum meum quod unquam habui, habeo, seu aliquo modo de cætero habere potero, in toto illo mesuagio cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in Anesgate inter mesuagium Johannis de Tanfelde ex parte una et toftum abbatis de Fontibus ex parte altera, quod quidem mesuagium prædicti Johannes, Johannes, et Johannes, habent ex dono et feoffamento Henrici de Plompton, vicarii ecclesiæ collegiatæ Ripon'. Ita videlicet quod nec ego prædicta Matilda nec hæredes mei nec aliquis pro me seu nomine meo aliquid juris vel clamei in prædicto mesuagio cum suis pertinenciis de cætero exigere vel vendicare poterimus in futurum, sed ab omni accione sumus exclusi per præsentes imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Shirwode; Roberto de Brounhows; Johanne de Tanfelde; Willelmo de Scotton; Roberto Skayffe; et multis aliis.

Dat. apud Ripon', die Lunæ prox. post festum Beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo nono.[1]

(LIII.)

John Clynt, jun., grants to the other five vicars an annual rent of 2*s*. out of the above, Feb. 4, 1399.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes Clynte junior, vicarius, dedi, concessi et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Bondegate, Johanni Ely, Roberto Merott, Johanni Quynton, et Jacobo Conyngeston, vicariis in ecclesia collegiata Ripon', quendam annualem redditum duorum solidorum exeuntem de uno mesuagio cum suis pertinenciis sicut jacet in Ripon in Anesgate inter mesuagium Johannis de Tanfelde ex una parte, et toftum abbatis de Fontibus ex parte altera, percipiendum ad terminos Pentecostes et Sancti Martini in yeme per æquales porciones, habendum et tenendum prædictum annualem redditum duorum solidorum præfatis Johanni, Johanni, Roberto, Johanni, et Jacobo heredibus suis, et eorum assignatis imperpetuum, ad terminos prædictos, per æquales porciones. Et si contingat dictum annualem redditum duorum solidorum a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum quo solvi debeat, quod per viginti dies, si petatur, quod extunc bene liceat præfatis Johanni, Johanni, Roberto, Johanni, et Jacobo, heredibus et eorum assignatis in prædicto mesuagio, cum omnibus

fo. 103 e. *v*.

Power to distrain.

(1) For other matter relating to the Plumptons see the Dodsworth manuscript SS., pp. 22, 28, 32, 36, 40, 47, 51, 103, and the volume referred to above, p. 83, note.

suis pertinenciis, distringere, et districciones inde ducere quousque de prædicto annuali redditu et arreragiis, si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum. Et ego vero prædictus Johannes Clynte, heredes et assignati mei, prædictum annualem redditum duorum solidorum præfatis Johanni, Johanni, Roberto, Johanni, et Jacobo, heredibus et eorum assignatis, contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Willelmo de Ledes; Willelmo de Thorntonn; Johanne Percy; Willelmo Colstane; Ricardo de Richmonde; et aliis. Witnesses.

Dat. Ripon', die Martis prox. post festum Purificacionis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini Millesimo trecentesimo nonogesimo nono.

Item habemus instrumentum de eodem.

Obit of John Frankysh and others, to be kept on August 4.

Obitus Johannis Frankysh senioris, Wynandi de Rodys, Johannis Hawkyswyk, et Julianæ uxoris eorundem[1] fiat iiij^to^ die mensis Augusti, pro quo habent sex vicarii unum tenementum in Ploxumgate, modo in tenura Makyn Smyth, et reddit per annum x s., unde iidem vicarii solverunt annuatim sex diaconis interessentibus obitui eorundem xviij d., sed modo solvunt choristis interessentibus eidem obitui ij s., cuilibet ij d.; sacristæ pulsanti iiij campanas, iiij d.; et *belman* proclamanti obitum eorundem, ij d. unde carta ejusdem sequitur.

(LIV.)

Oct. 6, 1391. John de Clynte grants to two vicars a burgage in Westgate, for an obit,

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes de Clynte, capellanus, dedi, concessi, et hac præsenti carta indentata confirmavi Roberto Basthane et Johanni de Bondegate, vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', unum burgagium cum suis pertinenciis, jacens in Ripon' in Westgate, inter burgagium magistri Johannis de Clifforde, thesaurarii Ebor', ex parte una, et mesuagium meum ibidem ex parte altera, habendum et tenendum prædictum burgagium cum suis pertinenciis præfatis Roberto et Johanni hæredibus et assignatis suis libere, quiete, integre, bene, et in pace imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita, et de jure consueta. Et faciendum unum obitum infra chorum ecclesiæ collegiatæ Ripon' cum *Placebo* et *Dirige* et cum quadam missa de *Requiem* cum nota, quolibet anno imperpetuum, quarto die mensis Augusti, pro fo. 103 f. On Aug. 4.

(1) In the indenture, 'uxoris suæ.'

animabus Johannis Frankysh, Wenandi del Rodes, Johannis de Hawkeswyke, cum de hoc sæculo migraverint, et Julianæ nuper uxoris suæ, necnon pro animabus omnium fidelium defunctorum, infra chorum ecclesiæ prædictæ Ripon'; pro quo quidem obitu prædicti Robertus et Johannes et successores sui solvent annuatim in die obitus prædicti, videlicet cuilibet diacono et subdiacono ecclesiæ prædictæ, tres denarios; item, cuilibet patenario, thurifero, et choristæ ejusdem ecclesiæ, duos denarios; item, sacristæ dictæ ecclesiæ pulsanti tres campanas ad dictum obitum, quatuor denarios, et cuidam homini eunti in villa Ripon' cum campana sua quolibet anno pro animabus prædictis, duos denarios. Porcio absencium ministrorum prædictorum non reservetur nisi causa legitima. Et ego vero prædictus Johannes et hæredes mei prædictum burgagium cum suis pertinenciis præfatis Roberto et Johanni, hæredibus et assignatis suis, in forma prædicta ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium sigilla parcium hiis indenturis alternatim sunt apposita. Hiis testibus, Johanne de Topclyff; Ricardo de Sunyng; Willelmo de Ledes; Willelmo de Scotton; Johanne de Morpathe; Johanne Goldesmythe; Nicholao Huberde; Willelmo de Brame, et aliis.

Payments to the church officers.

Witnesses.

Dat. apud Ripon', sexto die mensis Octobris, Anno domini Millesimo trecentesimo nonogesimo primo.

Obit of Pauline Ward, to be kept August 7.

Obitus Paulinæ Warde fiat septimo die mensis Augusti, pro quo habent vj vicarii unum tenementum in Bedernebanke modo in tenura Johannis Darby, et reddit per annum xiiij s. iiij d., et nichil reddit extra nisi tamen domino de Markynfelde annuatim iiij d., ut in carta.

(LV.)

Rob. de Asmonderby, chaplain, grants to five other chaplains and vicars a messuage which he had by grant of Pauline Ward. July 27, 1349.

Sciant præsentes et futuri quod ego Robertus de Asmonderby, capellanus, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi dominis Henrico de Plompton, Andreæ de Usburn, Galfrido de Addon, Roberto Verius, Ricardo de Braytoft, et Thomæ de Bolton, capellanis et vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon, illud mesuagium in *le Walk Mylnbanke* in Ripon', quod quidem mesuagium habui ex dono et concessione Paulinæ filiæ Willelmi Warde de Ripon', habendum et tenendum prædictum mesuagium cum suis pertinenciis, prædictis Henrico, Andreæ, Galfrido, Roberto, Ricardo, et Thomæ capellanis et vicariis

ecclesiæ prædictæ, heredibus vel assignatis eorum, libere, quiete, integre, bene, et in pace imperpetuum, de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Robertus et heredes mei predictum mesuagium cum suis pertinenciis præfatis dominis Henrico, Andreæ, Galfrido, Roberto, Ricardo, et Thomæ, capellanis et vicariis ecclesiæ prædictæ et hæredibus et assignatis eorum contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ meæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Ade de Scotton; Johanne Frankysh; Willelmo de Allhalowgate; Johanne de Cawode; Johanne Malton; Willelmo de Scotton; Thoma del Calgarth, et aliis.

fo. 103 f. v.

Witnesses.

Dat. Ripon' die Lunæ prox. post festum Sancti Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo nono.

(LVI.)

Grant of the above to Pauline Ward by John Walker, Dec. 12, 1344.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes dictus Walker de Ripon', senior, concessi, dedi, et hac præsenti carta mea confirmavi Paulinæ filiæ Willelmi Warde de Ripon', unum mesuagium jacens in *le Walkmylnbanke* in Ripon', inter mesuagium domini Henrici de Plompton, capellani, et mesuagium quondam (*sic*) Symon Webster tenet de vicariis ecclesiæ Ripon', ad terminum annorum habendum et tenendum prædictum mesuagium cum pertinenciis, eidem Paulinæ, hæredibus suis et suis assignatis, libere quiete bene et in pace imperpetuum de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero Johannes et hæredes mei prædictum mesuagium cum pertinenciis prædictæ Paulinæ, heredibus suis et assignatis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Shirwode; Ricardo de Tanfelde; Ade de Scotton; Ricardo de Stowe; Johanne de Allhalowgate; et aliis.

Witnesses.

Dat. Ripon' die Dominica[1] prox. ante festum Sanctæ Luciæ Virginis, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo iiij^{to}.

(LVII.)

Pauline Ward grants all her moveable goods

Pateat universis per præsentes, quod ego Paulina filia Willelmi Warde de Ripon', dedi (*et*) concessi domino Roberto de Asmonderby, capellano, omnia bona mea et catalla mobilia

(1) On a Sunday, as were Nos. L., LI., which is noteworthy.—See p. 131, n.

to Rob. de Asmonderby, chaplain, June 5, 1344.

ubicunque vel quovismodo fuerint inventa, die confeccionis præsencium, ita quod nec ego Paulina vel aliquis pro me, seu nomine meo, in dictis bonis dudum meis et catallis, quicquid juris vel clamei de cætero vendicare poterimus vel exigere. In cujus rei testimonium sigillum meum præsentibus apposui.

Dat. Ripon', in vigilia Sanctæ Trinitatis, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, etc.

(LVIII.)

fo. 103 g. Pauline Ward resigns all claim in the above messuage, July 27, 1349.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit. Paulina filia Willelmi Warde de Ripon', salutem in Domino sempiternam. Noveritis me remisisse, relaxasse, et omnino de me et hæredibus meis imperpetuum quietum clamasse dominis Henrico de Plompton, Andre de Usburn, Galfrido de Addon, Roberto Verius, Ricardo de Braitoft, et Thomæ de Bolton, capellanis et vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', totum jus et clameum quod unquam habui, habeo, vel aliquo alio modo habere potero, in illo mesuagio in *le Walkmylnbanke* in Ripon', quod quidem mesuagium habui ex dono et feoffamento Johannis Walker de Ripon'; Habendum et tenendum prædictum mesuagium cum pertinenciis prædictis dominis Henrico, Andre, Galfrido, Roberto, Ricardo, et Thomæ, capellanis et vicariis ecclesiæ collegiatæ prædictæ, hæredibus suis et suis assignatis imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et consueta. Ita quod nec ego Paulina filia Warde de Ripon', nec aliquis alius nomine nostro, aliquid juris vel clamei in prædicto mesuagio cum pertinenciis de cætero exigere vel vendicare potero seu poterimus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui.

Dat. Ripon', die Veneris prox. ante festum Sancti Petri quod dicitur Advincula, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo nono. Hiis testibus, Johanne de Shirwode; Ricardo de Stowe; Ade de Scotton; Thoma Burdon; Roberto Barner; Johanne Frank'; Thoma del Calgarthe, et aliis.

Witnesses.

(LIX.)

Rob. de Asmonderby grants to the other five vicars the moveable goods

Pateat universis per præsentes, quod ego Robertus de Asmonderby, capellanus, dedi (*et*) concessi dominis Henrico de Plompton, Andr' de Usburn, Galfrido de Addon, Roberto Veriuse, Ricardo de Braitoft, et Thomæ de Bolton, capellanis et vicariis Ecclesiæ Collegiate Ripon' omnia bona mea mobilia et

catalla ubicumque inventa, die confeccionis præsencium, in quodam mesuagio in *le Walkmylnebanke* in Ripon', in quo mesuagio prædictos vicarios per cartam meam libere feoffavi. Ratum et gratum habiturus quicquid prædicti vicarii fecerint in catallis et bonis prædictis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui.

in the above messuage, July 30, 1349.

Dat. apud Ripon' die Lunæ prox. post festum Sancti Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

(LX.)

fo. 103 g. v. Henry de Plompton grants to the other five vicars a messuage in Bedernbank which he had by grant of Pauline Warde, deceased, July 29, 1369.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Henricus de Plompton, vicarius ecclesiæ collegiatæ Ripon', dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Walkyngham, Ricardo de Wakefelde, Johanni de Clynte, Ricardo de Blaktoft, et Johanni de Stayndropp, vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', totum illud mesuagium cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in le Bedernbanke, quod habui ex dono et concessione quondam Paulinæ Warde de Ripon', defunctæ, prout jacet inter mesuagium in quo Johannes de Beuerlay inhabitat ex parte mea, et mesuagium meum pertinentem cantariæ altaris Sanctæ trinitatis in ecclesia Ripon' ex parte altera. Concessi eciam et dedi prædictis Johanni, Ricardo, Johanni, Ricardo, et Johanni, quemdam annualem redditum octo solidorum argenti, percipiendum de illo tenemento et illa bovata terræ cum suis pertinenciis in Bysshoppthorneton ad terminos Martini et Pentecostes per æquales porciones, quem quidem annualem redditum octo solidorum quondam habui ex dono et feoffamento Walteri Sutor de Bisshoppthornton, tenendum et habendum prædictum messuagium et prædictum annualem redditum octo solidorum cum suis pertinenciis prædictis Johanni, Ricardo, Johanni, Ricardo, et Johanni, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Henricus et hæredes mei totum prædictum mesuagium et prædictum annualem redditum octo solidorum cum suis pertinenciis præfatis Johanni, Ricardo, Johanni, Ricardo, et Johanni, hæredibus et assignatis suis, ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Shirwode, Johanne de Topclyff, Johanne de Tanfelde, Willelmo de Scotton, Johanne de Morpath, et multis aliis.

Also an annual rent of 8*s.* out of a house in Bishop Thornton.

Witnesses.

Dat. apud Ripon', die Dominica prox. post festum Beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

(LXI.)

Grant of the above messuage to Rob. de Asmunderby by Pauline Ward, June 5, 1344. fo. 103 h.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Paulina, filia Willelmi Warde de Ripon', dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi domino Roberto de Asmonderby, capellano, unum mesuagium jacens in le Walkmylnbanke in Ripon', inter mesuagium domini Henrici de Plompton, capellani, et mesuagium quod Symon le Webster tenet de vicariis ecclesiæ Ripon' ad terminum annorum; Habendum et tenendum prædictum mesuagium cum pertinenciis eidem domino Roberto, hæredibus, et assignatis suis, libere, quiete, bene, in pace, et imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita et consueta. Et ego Paulina et hæredes mei prædictum mesuagium cum pertinenciis, præfato Roberto, hæredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Shyrwode; Johanne Walkar; Ricardo de Tanfelde; Ade de Scotton; Ricardo de Stowe; Johanne de Allhalowgate, et aliis.

Witnesses.

Dat. Ripon', in vigilia Sanctæ Trinitatis, Anno Graciæ Millesimo ccc^{mo} quadragesimo quarto.

Obit of Walter Sutor and Agnes his wife, to be kept August 23.

Obitus Walteri Sutoris de Thornton et Agnetis uxoris ejus fiat vicesimo iij^{o} die mensis Augusti, pro quo habuerunt vj vicarii annuatim de uno tofto et duabus bovatis terræ in territorio de Bysshoppthornton, ut patet per cartam inde confectam, viij s. sed modo in tenura Johannis Wallworth, et reddit per annum (*nil*) nisi tantum iiij s., et nihil patet extra.

(LXII.)

John Hubert, chaplain, grants to Walter Sutor an annual rent of 8s., July 6, 1348.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes Hubert de Ripon, capellanus, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Waltero Sutori de Thornton, quemdem (*sic*) annum redditum octo solidorum, exeuntium de illo tenemento et illa bovata terræ cum pertinenciis in Bysshoppthorneton, quod quidem tenementum et bovatam terræ Henricus le Seriaunte tenet in eadem, quem quidem annuum redditum octo solidorum habui ex dono et concessione Johannis de Wareyner de Coppydhewyk. Habendum et percipiendum prædictum annuum red-

ditum octo solidorum prædicto Waltero, hæredibus et assignatis suis, videlicet ad festa Pentecostes et Sancti Martini in yeme, per æquales porciones, de prædictis tenemento et bovata terræ. Et ego vero prædictus Johannes Hubert, capellanus, et hæredes mei, prædictum annuum redditum octo solidorum prædicto Waltero, hæredibus, et assignatis suis, contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus; Johanne de Braydeley, Johanne Gyliote, Johanne de Clynte, Roberto Turpyne, Johanne Frere, et aliis. Witnesses.

Dat. apud Thornton', die Dominica prox. ante festum Translacionis Sancti Thomæ, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

(LXIII.)

Omnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris. Johannes Hubert, capellanus, filius Nicholai Huberde de Ripon', salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, Waltero Sutori de le Thornton, quemdam annuum redditum octo solidorum, exeuntem de uno tenemento et una bovata terræ in villa et territorio de Thornton, quod quidem tenementum et terram Henricus Seriaunt tenet in eadem, quem quidem annuum redditum octo solidorum habui ex dono et concessione Johannis Warner de Coppyd Hewyke. Habendum et tenendum prædictum annuum redditum octo solidorum prædicto Waltero, hæredibus, et assignatis suis ad duos anni terminos per æquales porciones, videlicet ad festa Pentecostes et Sancti Martini in yeme de prædictis tenemento et bovata terræ. Et ego vero prædictus Johannes Hubert, capellanus, prædictum annuum redditum octo solidorum prædicto Waltero Sutori, hæredibus, et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus; Willelmo de Markynton, Johanne Gylyot, Johanne de Clynte, Roberto Tapyn, Johanne de Bradeley, et aliis.

fo. 103 b. v. Former grant of the above by the same to the same, Jan. 21, 1347.

Witnesses.

Dat. apud Thornton, in festo Sanctæ Agnetis Virginis et Martiris, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

(LXIV.)

Sciant præsentes et futuri, quod ego Walterus Sutor de Thornton Bysshopp, concessi, dedi, et hac præsenti carta mea

Walter Sutor grants the

above to four vicars, August 24, 1349.

confirmavi, dominis Henrico de Plompton, Roberto Verius, Galfrido de Haddon, et Thomæ de Bolton, vicariis in ecclesia Ripon', quemdam annuum redditum octo solidorum exeuntem de illo tenemento et illa bovata terræ cum suis pertinenciis in Bysshopthorntown, quem quidem annuum redditum octo solidorum habui ex dono et concessione domini Johannis Huberte de Ripon', capellani; Habendum et percipiendum prædictum annuum redditum octo solidorum prædictis dominis Henrico, Roberto, Galfrido, et Thomæ, hæredibus et assignatis, videlicet ad festa Sancti Martini in yeme et Pentecostes, per æquales porciones. Et si contingat prædictum annuum redditum octo solidorum a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum, bene liceat prædictis Henrico, Roberto, Galfrido, et Thomæ, et hæredibus suis, in prædictis tenemento et bovata terræ cum suis pertinenciis distringere, et districcionem retinere, quousque de prædicto redditu cum arreragiis plenarie fuerit satisfactum ad quorumcumque manus devenerint. Et ego vero prædictus Walterus et hæredes mei prædictum annuum redditum octo solidorum præfatis Henrico, Roberto, Galfrido, et Thomæ, hæredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui.

Power to distrain.

fo. 103 i.

Dat. apud Thornton Bysshopp, die Lunæ in festo Sancti Bartholomæi Apostoli, Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Hiis testibus; Johanne de Bradelay, Johanne Gyliot, Alano de Shirwode, Johanne de Clynte, Johanne Skayff, clerico, et multis aliis.

Witnesses.

(LXV.)

Walter Sutor appoints Will. Phokler to give possession of the above to the vicars, August 24, 1349.

Pateat universis per præsentes, quod ego Walterus Sutor de Bysshoppthornton ordinavi, feci, et constitui, dilectum michi in Christo Willelmum Phokler de Bysshoppthornton, ad deliberandam seisinam nomine meo domino Henrico de le Plompton, domino Galfrido de Haddon, Roberto Verius, Thomæ de Bolton, octo solidorum reditus percipiendi de uno tenemento et una bovata terræ quæ vocatur (*blank*) in Bysshoppthornton, quæ eisdem dedi et per cartam meam feoffavi; ratum et gratum habiturus quicquid idem Willelmus nomine meo fecerit in præmissis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui.

Dat. apud Bysshopthornton, die Lunæ in festo Sancti Bartholomæi Apostoli, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

(LXVI.)

Pateat universis per præsentes, quod ego Henricus de Plompton, vicarius ecclesiæ collegiatæ Ripon', attornavi et loco meo posui dilectum mihi in Christo Johannem de Clynte seniorem de Ripon', capellanum, certum attornatum meum ad liberandam nomine meo seisinam plenam de uno mesuagio et octo solidatis annui redditus cum suis pertinenciis in Ripon' et Bysshopthornton, Johanni de Walkyngham, Ricardo de Wakefelde, Johanni de Clynte, Ricardo de Blaktoft, et Johanni de Stayndropp, vicariis ecclesiæ Ripon', hæredibus et assignatis, quod quidem mesuagium et quem quidem annuum redditum octo solidorum quod habui ex dono et feoffamento Paulinæ Warde de Ripon' et Walteri Sutor de Bysshopthornton, in Ripon' et Bysshopthornton, secundum tenorem cujusdam cartæ inde plenarie factæ; ratum et gratum habens et habiturus quicquid idem Johannes de Clynte nomine meo duxerit faciendum in præmissis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui.

Henry de Plompton, vicar, appoints an attorney to give possession of the above and of a messuage in Ripon to the other vicars, July 29, 1369.

fo. 103 i. *v.*

Dat. apud Ripon' die Dominica prox. post festum Beati Jacobi Apostoli, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

Obitus Johannis Frankys junioris, Margaretæ uxoris ejus, et Willelmi filii eorundem, fiat die Sabbati prox. ante festum Sancti Michaelis Archangeli, pro quo percipiunt sex vicarii annuatim de iiij^or opellis sive *shoppys* in le Kyrkgate prout patet in carta inde confecta, ut sequitur, vj s. viij d. ad festum Martini et Pentecostes æquis porcionibus, unde sol., sacristæ pulsanti iiij campanas, iiij d., et *belman* proclamanti obitum, ij d., et nichil aliud extra sol.

Obit of John Frankys, to be kept on the Saturday before Michaelmas Day.

(LXVII.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes Frankys de Ripon' dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, domino Johanni Clynte, domino Ricardo Wakefelde, domino Johanni de Bondegate, domino Johanni Ely, domino Roberto Merote, et domino Johanni Quynton, vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', quemdam annualem redditum vj s. viij d., exeuntem de quatuor *shoppys* sicut jacent in Ripon' in le Kyrkgate inter mesuagium cantariæ Beatæ Mariæ Virginis ex una parte, et mesuagium quod Agnes quondam uxor Johannis Frankes patris

John Frankys grants to the six vicars an annual rent of 6*s.* 8*d.*, Sept. 24, 1399.

dicti Frankys tenet ad terminum vitæ suæ nomine dotis suæ ex parte altera, percipiendum ad terminos Sancti Martini in yeme et Pentecostes per æquales porciones. Habendum et tenendum prædictum annualem redditum vj s. viij d. præfatis Johanni, Ricardo, Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, hæredibus suis et eorum assignatis, ad terminos prædictos, per æquales porciones. Et si contingat dictum annualem redditum vj s. viij d. a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum quo solvi debeat, quod per viginti dies si petatur, quod extunc bene liceat præfatis Johanni, Ricardo, Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, hæredibus et eorum assignatis, in prædictis quatuor *shoppys* cum omnibus suis pertinenciis distringere, et districciones inde ducere quousque de prædicto annuali redditu et arreragiis si quæ fuerint plenarie fuerit satisfactum. Et ego vero prædictus Johannes Frankys, hæredes et assignati mei, prædictum annualem redditum vj s. viij d. præfatis Johanni, Ricardo, Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, hæredibus suis et eorum assignatis, contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Johanne Den, Willelmo Ledes, Thoma Gaydfarde, Thoma Swale, Ricardo Richmond, et aliis.

Power to distrain.

Dat. apud Ripon', die Mercurii prox. post festum Sancti Mathæi Apostoli, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} nonogesimo nono.

(LXVIII.)

The same grant, with verbal variations. fo. 103 j.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes Frankys de Ripon dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Clynte, Ricardo de Wakefelde, Johanni de Bondegate, Johanni de Ely, Roberto de Merotte, et Johanni de Quynton, vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', quemdam annuum redditum vj solidorum et octo denariorum exeuntem de quatuor *shoppys* sicut jacent in villa de Ripon' in Kyrkgate juxta mesuagium cantariæ Beatæ Mariæ Virginis ex una parte, et mesuagium quod Agnes quondam uxor Johannis Frankys, patris dicti Johannis Frankys, tenet ad terminum vitæ suæ nomine dotis suæ ex parte altera, percipiendum ad terminos Sancti Martini in yeme et Pentecostes per æquales porciones. Habendum et percipiendum prædictum annuum redditum vj s. et viij d. præfatis Johanni, Ricardo, Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, vicariis, hæredibus et assignatis suis, ad terminos prædictos,

Four shops in Kirkgate.

per æquales porciones. Et si contingat prædictum annuum redditum sex solidorum et octo denariorum a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum quo solvi debeat per viginti dies si petatur, quod extunc bene liceat præfatis Johanni, Ricardo, Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, vicariis, hæredibus et assignatis suis, in prædictis quatuor *shoppys* cum omnibus suis pertinenciis distringere, et districciones abducere et asportare quousque de prædicto annuo redditu et arreragiis, si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum. Et ego vero prædictus Johannes Frankys et hæredes mei prædictum annuum redditum sex solidorum et octo denariorum prædictis Johanni, Ricardo, Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, hæredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ meæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Johanne de Dene, canonico ecclesiæ collegiatæ Ripon', Willelmo de Ledes de Ripon', Thoma de Gaydforde, Thoma de Swale, Ricardo de Richmond, et aliis.

Power to distrain.

Witnesses.

Dat. apud Ripon', die Mercurii prox. post festum Sancti Mathæi Apostoli, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} nonogesimo nono.

Obitus Magistri Henrici Bowete, quondam Archiepiscopi Ebor', fiat vicesimo die mensis Octobris, pro quo habuerunt vj vicarii situm mansionis suæ in le Nova Bederna, et pro majore parte (ædificavit)[1] ædificacionem ejusdem faciendo obitum, et nil sol. extra nisi voluntarie, unde cartam habent registratam et per capitulum Ebor' confirmatam, ut supra in præsenti registro.[2]

Obit of Archbishop Bowet, to be kept Oct. 20.

Obitus Nicholai Dall et Matildæ uxoris ejus fiat vicesimo septimo die Octobris, pro quo habent vj vicarii unum tenementum in Annesgate super *le Corner*, juxta tenementum Willelmi Thornton, modo divisum in duo cotagia in tenura Johannis Cuke, unde sol. annuatim præbendario præbendæ de Nunwyke viij d., et sacristæ pulsanti iij campanas, ij d., et *belman* j d., et quando integram firmam percipiunt dns. (*sic*) xij d.

Obit of Nic. Dall and Matilda, his wife, to be kept on Oct. 27.

(LXIX.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Nicholaus de Dall de Ripon', dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi

Nich. de Dall grants to two

(1) Underdotted. (2) The original grant exists; see p. 125.

chaplains a messuage in Annesgate, Apr. 8, 1391. fo. 103 j. *v.*

Roberto de Duresme et Johanni de Clynt de Ripon', capellanis, totum illud mesuagium cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon in Annesgate super *le Corner* ibidem, inter mesuagium præbendarii de Nunwyk ex parte una, et mesuagium quondam Johannis de Tanfelde ex parte altera. Habendum et tenendum totum prædictum mesuagium cum suis pertinenciis prædictis Roberto et Johanni, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Nicholaus et hæredes mei totum prædictum mesuagium cum suis pertinenciis præfatis Roberto et Johanni, hæredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, (Witnesses.) Johanne de Topclyff, Johanne de Hawkyswyk, Ricardo de Sunnyng, Thoma de Gaytforde, Nicholao Hubert, et multis aliis.

Dat. apud Ripon', die Sabbati prox. post festum Sancti Ambrosii Episcopi et Confessoris, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} nonogesimo primo, et regni Regis Ricardi secundi post conquæstum Angliæ quarto decimo.

(LXX.)

Nich. de Dall appoints an attorney to give possession, Apr. 8, 1391.

Pateat universis per præsentes, quod ego Nicholaus de Dall de Ripon' attornavi et loco meo posui dilectum meum in Christo Johannem de Dene de Ripon', capellanum, certum attornatum meum ad liberandum nomine meo Roberto de Duresm et Johanni de Clynt de Ripon', capellanis, hæredibus et assignatis suis, plenam seisinam de toto illo mesuagio cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in Annesgate super *le Corner* ibidem, inter mesuagium præbendarii de Nunwyk in ecclesia collegiata Ripon ex parte una, et mesuagium quondam Johannis de Tanfelde ex parte altera, quod quidem mesuagium prædicti Robertus et Johannes habent ex dono et concessione mea, prout in quadam carta inde confecta plenius continetur. Ratum et gratum habens et habiturus quicquid idem Johannes de Dene nomine (*meo*) duxerit faciendum in præmissis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui.

Dat. apud Ripon', die Sabbati prox. post festum Sancti Ambrosii Episcopi et Confessoris, Anno regni Regis Ricardi secundi post conquæstum Angliæ iiij^{to} decimo.

(LXXI.)

Sciant præsentes et futuri quod nos Johannes de Clynte senior, et Robertus de Duresm, de Ripon', capellani, dedimus, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, domino Ricardo de Wakefeld, Johanni de Clynt juniori, Roberto Basthane, Johanni de Bondegate, Johanni de Fullforth, et Johanni de Ely, vicariis ecclesiæ collegiatæ Ripon', unum mesuagium cum suis pertinenciis, jacens in Ripon' in Annesgate super *le Corner*, juxta mesuagium Johannis de Tanfelde. Habendum et tenendum prædictum mesuagium cum omnibus pertinenciis, prefat.

The above two chaplains grant the above to the six vicars.

[Here ends the fragment of the Vicars' *Registrum*.]

IV. STANWICK.

LXXII. GRANT OF LAND IN BARFORTH TO THE CHURCH OF STANWICK.

(Ripon Chapter MS.)

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Willelmus de Barnehou frater Waldefti de Berford, salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, et specialiter pro decimis meis non datis vel male datis, dedisse et concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, Deo, Beato Johanni, et ecclesiæ de Stanweg, cum corpore meo, quinque rodas terræ et dimidiam in territorio de Berford, in puram et perpetuam elemosinam, liberas et quietas ab omni sæculari servicio et demanda, cum omnibus pertinenciis, asiamentis, infra villam et extra, sine aliquo retinemento; scilicet, unam rodam in fine crofti mei versus occidentem juxta fossatum moræ, continentem decem perticas in longitudine et quatuor perticas in latitudine, et dimidiam acram ad Lair Hovgate, et unam rodam ad Harhovsti, et unam rodam ad Tofthendes, et dimidiam rodam ad Byrpynsti. Ego autem et hæredes mei prædictam terram prædictæ ecclesiæ defendemus ab omni servicio et contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. Et ut hujusmodi donacio rata et stabilis perseveret in perpetuum, præsens scrip-

Will. de Barnehou to Church of Stanwick.

To be buried at Stanwick.

Master Laurence, parson. Witnesses.

tum in vita mea fieri feci, et sigillo meo coroboravi, et magistrum Laurencium personam dictæ ecclesiæ nomine ipsius ecclesiæ saisiavi. Hiis testibus, Galfrido Noerais', Roaldo fratre domini, Galfrido Chiuenor, Warino de Berford, Roberto filio Durant, W. filio ejus, Eudone de Stanweg, Galfrido de Karletun, Roberto de Crosseby, et multis aliis.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed, something now illegible, and H. 30.

This and the next are tied together by the labels.

LXXIII. FURTHER GRANT TO STANWICK.

(Ripon Chapter MS.)

Roaldus de Berford to Church of Stanwick.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Roaldus de Berford filius Waldef, dedi et concessi et hac præsenti carta mea confirmavi Deo et ecclesiæ Beati Johannis de Stainwegg pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, in puram et . . . elemosinam, duas acras terræ in territorio de Berford, scilicet, dimidiam acram super Hoþoen, et dim. . . . . Colacre et . . . . terræ meæ ad crucem apud Appelby, et partem meam terræ meæ super collem in tribus locis . . . acræ versus occidentem . partem meam terræ meæ extendentem juxta antrum versus campum de Caldewell . . . terræ meæ extendentem a mora de Appelby usque in mariscum versus occidentem. Adjacentes in . . . . . lium de Elle . . . terras Rayneri filii Sywin. Tenendum et habendum libere et quiete et honorifice . . . . et sæculari exaccione. Ego vero et hæredes mei prædictas acras Deo et ecclesiæ Beati Johannis contra omnes homines in perpetuum warantizabimus. Et ut hæc carta mea rata sit et stabilis, præsens scriptum fieri feci et sigillo meo munivi. Hiis testibus, Magistro L. persona de Stainwegg, Yuone capellano ejusdem loci, G. Britone de Aldeb. . . G. Lenornus de Berford, . . . de Stainweg', G. de Carlet', Roberto filio Durant, Ada de Caldewell. Et multis aliis.

Appleby Cross.

Label remaining, but seal gone.

Endorsement, none visible.

[For Archbishop Gray's provision for Stanwick, see above, p. 111.]

V. CHANTRIES.

LXXIV. GRANT OF LANDS FOR A CHANTRY.

(RIPON CHAPTER MS.)

A.D. 1319

J. de Markyngfeld to R. de Linton.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Johannes de Markyngfeld canonicus Ebor., et Rogerus de Saxton' clericus ejus, salutem in Domino. Noveritis nos concessisse domino Ricardo de Linton, capellano, duas purpartias nostras de quatuor burgagiis, tresdecim acris terræ, dimidia acra prati, et viginti solidatis redditus, cum pertinenciis, in villa Rypon', de quibus Rogerus de Askwith nos cum prædicto domino Ricardo conjunctim feoffavit. Tenend. et habend. dictas purpartias, una cum purpartia dicti Ricardi, cum omnibus proficuis inde provenientibus, eidem Ricardo, pro una cantaria in ecclesia Ryponiæ inde sustinenda continuo prout decet, quousque dicta tenementa donata fuerint capitulo Rypon' per dicti domini Ricardi et nostram assignacionem. Et cum dicta assignacio dicto capitulo facta fuerit, tunc nos procurabimus dictum capitulum conferre omnia dicta tenementa prædicto Ricardo ad terminum vitæ ipsius Ricardi, pro una cantaria continue sustinenda prout decet pro anima domini Aungeri de Rypon' et animabus omnium fidelium defunctorum in ecclesia Rypon' vel alibi in parochia dictæ ecclesiæ ubi dicta cantaria erit ordinata celebrari. Si autem defecerimus, quod absit, dicto Ricardo de ista convencione, tunc volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris teneri et obligari eidem Ricardo in viginti libris sterlingorum, solvendis eidem Ricardo apud Rypon' infra dimidium annum proximum sequentem prædictam assignacionem. In cujus rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus. Dat. apud Rypon' quarto die Decembris, Anno Domini, M° ccc° decimo nono. Et regni domini regis E(dwardi) filii regis E(dwardi) tercio decimo.

A chantry for the soul of Aunger de Rypon in the Church of Ripon or elsewhere in the parish.

Dec. 4.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed in later hand, 1319. Grant of Burgages, etc., for a Chantry by John of Markenfield, etc.—H. 13, Ripon.

LXXV. FOUNDATION OF THE CHANTRY OF THE HOLY TRINITY. 'SUPRA SUMMUM ALTARE.'

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1345. Inspeximus by Chapter of York.

Omnibus Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, Capitulum ecclesiæ Beati Petri Ebor., decano ejusdem in remotis agente, salutem in Eo Qui est omnium Vera Salus. Noveritis nos literas reverendi in Christo patris et domini, domini Willelmi Dei gracia Ebor. Archiepiscopi, Angliæ Primatis, Sedis Apostolicæ Legati, sigilli sui impressione in cera rubea pendentis signatas vidisse et diligenter inspexisse, tenorem qui sequitur per omnia continentem.

Inspeximus by Archbishop Zouche.

'Universis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis præsentes literas inspecturis, Willelmus permissione divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, Sedis Apostolici Legatus, salutem in sinceris amplexibus Salvatoris. Pia petencium desideria, Deo grata, ad laudem Dei et Ipsius cultus augmentum directe tendencia, tanto favorabilius exaudire et effectui convenit mancipare, quanto per execucionem hujus bonorum operum in merito particeps efficitur, fideliumque devocio in hiis crescat et fervencius invalescat. Cum igitur dominus Willelmus de Plumpton, miles, in remissione suorum peccaminum, consensu nostro auctorabili, et assensu capituli nostri Ebor. de bonis suis temporalibus unam cantariam perpetuam in ecclesia nostra Ripon' faciendam dotaverit, fundaverit, et in scriptis ordinaverit, formam et tenorem qui sequitur continentibus:

Will. de Plumpton, founder.

'In nomine Domini, Amen. Omnibus Christi fidelibus præsentes literas visuris vel audituris, Willelmus de Plumpton, miles, salutem in Domino sempiternam. Attendens quod de distribucione et divisione rerum temporalium a Deo creditarum in districti examinis judicio exquisita racio est reddenda, et quod ipsa rerum dispensacio in Divini cultus augmentum et Dei ministrorum, et potissime sacerdotum sustentacionem, per quorum immolaciones et hostias, Domino complacato, peccata hominum dimittuntur et animæ solvuntur, defunctorum profectum non modicum operat: Cum igitur in remissionem peccatorum meorum de bonis meis temporalibus ad Divini Nominis ac Sanctæ et Individuæ Trinitatis exaltacionem, cupiam in præsenti disponere ut fructuosum ex hiis raciocinium reddere valeam in futuro, Sciat universitas vestra me de licencia domini nostri Regis Angliæ illustris, auctoritate et consensu venerabilis patris domini Willelmi, Dei gracia Ebor. Archiepiscopi, Angliæ

Licence of Edw. III. and of Archbishop Zouche.

Primatis, Sedis Apostolicæ Legati, et sui capituli Ebor., dedisse, concessisse, et hac præsenti carta mea tripartita confirmasse, Deo Omnipotenti in Sancta Trinitate individua regnanti, Beatæ Mariæ Virgini, et Omnibus Sanctis, ac altari in honorem Sanctæ Trinitatis supra summum altare in Ecclesia Collegiata Ripon' constructo, et domino Henrico de Plumpton, capellano, unum mesuagium cum omnibus ædificiis et pertinenciis suis juxta Bedernam in villa Ripon', viginti quatuor solidat. annui redditus exeuntes de molendino meo aquatico de Plumpton, unum mesuagium, et unam bovatam terræ in villa et in territorio de Kirkstaynlaye, cum omnibus pertinenciis suis, tria tofta et unam marcam annui redditus cum pertinenciis suis in villa de Kirkeby Malassart, et viginti octo solidat. et quatuor denar. annui redditus cum pertinenciis in villa de Grouelthorp; habend. et tenend. eidem Henrico et successoribus suis capellanis, de me et hæredibus meis, missas et alia divina servicia imperpetuum celebraturis, sub modis, formis, et condicionibus infrascriptis, videlicet quod dictus dominus Henricus ad totam vitam suam omnia prædicta tenementa, redditus, et terras cum pertinenciis pacifice habeat et percipiat, et unum capellanum idoneum loco sui, missas et alia divina servicia inveniat celebrantem, admittendum et amovendum pro suo libito voluntatis, et post mortem ejusdem domini Henrici per me vel hæredes meos ydoneus capellanus ad dictam cantariam capitulo Ripon' infra quadraginta dies prox. sequentes præsentetur, et per idem capitulum instituatur, et in corporalem possessionem ejusdem cantariæ et rerum pertinencium ad eandem actualiter inducatur; et sic in singulis vacacionibus dictæ cantariæ, modus, forma, et tempus præsentandi per me et hæredes meos inviolabiliter imperpetuum observetur. Quod si per me vel hæredes meos infra quadraginta dies et tempore notæ vacacionis ejusdem cantariæ in ecclesia Ripon' continue munerandæ, de idoneo capellano hujus præsentacio facta non fuerit, tunc volo et concedo pro me et hæredibus meis, quod capitulum Ripon' prædictum quandocumque et quocienscumque ego vel hæredes mei infra quadraginta dies prædictas idoneum capellanum neglexero vel neglexerint ad dictam cantariam præsentare, ipsam cantariam cum suis juribus et pertinenciis universis capellano idoneo, in mei et hæredum meorum negligencia et defectu, libere conferat, et in corporalem possessionem inducat, salva tamen michi et hæredibus meis potestate in singulis vacacionibus aliis quibus negligens sive negligentes non fuero seu non fuerint, idoneum capellanum in

Altar of the Holy Trinity, 'supra summum altare.'

A house near the Bedern.

Henry Plumpton to be chaplain for life;

then the founder or his heirs to nominate.

Provision in case of lapse.

forma prædicta canonice præsentandum. Post institucionem vero capellani et induccionem in corporalem possessionem dictæ cantariæ per dictum capitulum ut præmittitur factas et concessas, immediate post juramentum obedienciæ dicto capitulo præstandum, idem capellanus cum admissus fuerit, ad sancta Dei evangelia præstet juramentum corporale, quod libros, calices, et ornamenta, terras, redditus, et tenementa, ad dictam cantariam pertinencia, integra et illæsa, sine diminucione aliqua, salvo custodiet et faciet custodiri, et fideliter observari, et nichil omnino de præmissis impignorabit, vendet, vel ad firmam perpetuam dimittet, seu alio quocumque titulo vel ingenio alienabit, set prædicta ornamenta et mesuagia, ad dictam cantariam spectancia, quandocumque refeccione indiguerint, ea suis sumptibus reparabit, seu faciet sufficienter reparari. Capellanus eciam dictam habens cantariam in dicta villa Ripon' personaliter residebit, et singulis diebus, impedimento cessante legitimo, missam pro salubri statu meo dum vixero, et aliorum benefactorum dictæ cantariæ, et pro animabus progenitorum meorum, et pro anima mea cum ab hac luce migravero, et animabus hæredum et successorum meorum cum oracionibus competentibus celebrabit, ac officium mortuorum singulis diebus feriatis quando dicendum fuerit, dicat et faciat, cum *Placebo* et *Dirige* et Commendacione, et Oracionibus convenientibus in hoc casu. Si vero dictus capellanus aliquid de dictis libris et ornamentis, terris, redditibus, seu possessionibus, impignorare, vendere, seu quovis alio quocumque titulo vel ingenio, alienare præsumpserit contra ordinacionem meam supradictam, quicquid in hac parte præsumptum fuerit, irritum habeatur penitus et inane, et omni careat robore firmitatis. In quorum omnium suprascriptorum testimonium parti hujus cartæ tripartitæ penes prædictum dominum Henricum et successores suos capellanos remanenti sigillum meum una cum sigillo capituli Ripon' prædicti est appensum, et alteri parti penes me et hæredes meos remansuræ sigillum dicti capituli et sigillum prædicti domini Henrici pro se et successoribus suis sunt appensa, et terciæ parti penes prædictum capitulum remanenti sigillum meum pro me et hæredibus meis, et sigillum prædicti domini Henrici pro se et successoribus suis sunt appensa. Hiis testibus, dominis Thoma de Bourne, domino de Stodelay, Andrea de Merkyngfeld et Ricardo de Goldesburgh, militibus, Symone Warde, Johanne de Cloutherom, Rogero de

Chaplain's oath not to alienate property.

Repairs.

Residence and duties.

Chaplain's rights forfeited if he alienate property.

Tripartite indenture.

Seals to its several parts.

Witnesses.

Hewyk, et aliis. Dat. apud Ripon' die Mercurii[1] in festo Conversionis Sancti Pauli, anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo quinto. Jan. 26?

'Nos Willelmus prædictus Archiepiscopus prædictam ordinacionem utpote rite et canonice factam, ex certa sciencia acceptantes ipsam sic debere fieri et imperpetuum observari ordinamus, decernimus, pronunciamus, et diffinimus, ac auctoritate nostra pontificali confirmamus et ratificamus in hiis scriptis; jure, jurisdiccione, statu, privilegio, libertate, et dignitate nostris, successorum nostrorum et ecclesiæ nostræ Ebor. in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Dat. apud Burton juxta Beverlacum, die Lunæ vicesimo septimo die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo trescentesimo quadragesimo quinto, et pontificatus nostri quarto. Confirmation of the above grant by the archbishop. Feb. 27.

'Nos itaque capitulum Ebor. prædictum, decano ejusdem in remotis agenti, omnia et singula in dictis literis præfati reverendi in Christo patris et domini, domini Willelmi Dei gracia Ebor. Archiepiscopi contenta, habita super hiis in plena convocacione nostra generali tractatu diligenti et solempni qui requiritur in hoc casu, approbamus, ratificamus, et quantum ad nos attinet tenore præsencium confirmamus; juribus, libertatibus, et consuetudinibus nostris et ecclesiæ nostræ Ebor. prædictæ in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum commune præsentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari Ebor., vicesimo tercio die mensis Marcii, Anno Domini supradicto.'[2] Ratification by the Chapter of York. Mar. 23.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed, in later hands; Cantaria. A gift to the Church of Ripon, by Sir W. Plumpton, of a rent-charge out of Plompton Milne.

LXXVI. ORDINACIO CANTARIÆ IN ECCLESIA RYPON ORDINATÆ PRO ANIMA DOMINI WILLELMO DE GRENEFELD.

(REGISTRUM CAPITULI EBOR. 1343–1368.)

Omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, Willelmus permissione Divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, Sedis A.D. 1347. 'Inspeximus' of

(1) The Feast of the Conversion of St. Paul fell on a Tuesday in 1345.

(2) Entered in Archbishop Zouche's *Register*, fo. 222. A licence in mortmain was given to Will. de Plumpton for this chantry, Mar. 29, 1362. —Pat. 36, E. 3, pars 1, m. 17.

Archbishop Zouche.

Apostolicæ Legatus, salutem in sinceris amplexibus Salvatoris. Noveritis nos literas bonæ memoriæ domini Willelmi de Grenefeld dudum Ebor. archiepiscopi prædecessoris nostri inspexisse tenorem qui sequitur per omnia continentes.

A.D. 1314. Archbishop Grenefeld, considering the benefits of masses,

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes litteras visuris vel audituris, Willelmus permissione Divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, salutem in amplexibus Salvatoris. Ea noscitur esse consideracio Deo grata per quam Divini cultus procuratur augmentum per frequentem maxime celebracionem missarum, in qua corporis et sanguinis Dominici conficitur sacramentum, et pro salute fidelium immolatur illa salutaris hostia Deo Patri: hæc namque inter cætera[1] meritoria opera et institucionis Dominicæ sacramenta beatificatis summe cedit ad gloriam et pœnam minuit animabus adhuc in purgatorio constitutis. Attendentes itaque tantum et tam excellentem hujus[2] sacramenti effectum ad Dei Omnipotentis honorem, et animæ nostræ ac parentum et benefactorum nostrorum salutem, in capella nostra quam construi fecimus in manerio[3] de Rypon', de consensu capituli nostri Ebor. unam cantariam perpetuam duximus ordinandam, ad sustentacionem unius[4] capellani in dicta capella perpetuo celebraturi, quoddam mesuagium cum duodecim acris terræ arabilis, quinque acris prati, et tribus acris bosci et pasturæ cum pertinenciis in Dall juxta Thorneton, quod fuit quondam Willelmi de Desert, et quoddam mesuagium in villa Rypon' cum pertinenciis situm in vico Omnium Sanctorum, inter mesuagium magistri Willelmi de Sweynby ex parte una, et mesuagium Emmæ de Clotherum ex altera, necnon redditum annuum sexaginta et quatuordecim solidorum, qui de nativis tenentibus dicti manerii Rypon' per ballivum ejusdem annis singulis levari consueverunt, et custodi domuum et clausi dicti manerii pro ejusdem custodiæ onere assignari, videlicet omni die duos denarios pro victu cotidiano ejusdem custodis, et ad robam suam annis singulis unam marcam, de consensu expresso capituli nostri prædicti, ac serenissimi principis et domini nostri domini Edwardi regis Angliæ illustris licencia speciali, magistro Willelmo de Sweynby, capellano, cui dictam cantariam contulimus intuitu caritatis, ipsumque domuum et clausi dicti manerii

founds a chantry in the chapel of his manor at Ripon, with consent of the Chapter of York.

Messuage lands, etc., near Thornton.

Messuage in Allhallowgate.

Rent of 74*s.* from the serfs of the manor,

to Mr. Will. de Sweynby

(1) 'Alia'; Archbishop Greenfield's *Register*, where this charter is entered, fo. 17 b.

(2) 'Hujusmodi'; Greenf. *Reg.*

(3) Greenf. *Reg.* adds 'nostro' and omits 'de.'

(4) 'Vero'; Greenf. *Reg.*

custodem deputavimus, et ejus successoribus in dicta capella celebraturis, ac domuum et clausi dicti manerii custodiam habituris, auctoritate pontificali damus, concedimus, et imperpetuum assignamus. Ordinamus insuper, et sub obtestacione Divini judicii futuris perpetuo temporibus inviolabiliter decernimus observandum, ut quandocumque et quocienscumque dictam cantariam post obitum nostrum ex quacumque causa vacare contigerit, ordinacio, collacio, seu provisio ejusdem cantariæ personæ idoneæ facienda, ad capitulum nostrum Ebor. pertineat, una cum jurisdiccioni omnimoda spirituali immediata in personam capellani qui pro tempore fuerit, necnon destitucione ipsius si, suis culpis exigentibus, eum viderint amovendum; hoc tamen adhibito moderamine, ut si dictam cantariam quovismodo vacare contigerit per decem dies continue numerandos, successores nostri qui pro tempore fuerint pro dicta cantaria et custodia domuum et clausi manerii sæpedicti, possint de persona idonea providere. Præterea statuimus et eciam ordinamus quod quilibet capellanus in dicta capella, ut præmittitur, celebraturus, propter honorem ecclesiæ Rypon' singulis diebus Dominicis et eciam solempnibus et festivis in ecclesia ipsa, sicut ipsius ecclesiæ vicarii et ministri cæteri habitum gestet, et missæ majori ac processionibus, quociens eas fieri contigerit, publice intersit, nisi infirmitate vel alia evidenti et legitima causa fuerit impeditus. Ut igitur præmissa omnia et singula robur obtineant perpetuæ firmitatis, præsentem scripturam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Acta et data apud Cawode, xv^{to} die mensis Octobris, Anno Graciæ Millesimo ccc^{mo} quarto decimo, et pontificatus nostri nono.

and his successors.

Patronage to rest with the Chapter of York,

with spiritual jurisdiction.

The chaplain to celebrate in the Church of Ripon on Lord's Days, etc., and attend as do the vicars, etc.

Cawood, Oct. 15.

In cujus inspeccionis testimonium, has litteras nostras fieri mandavimus, quas nostri sigilli appensione fecimus communiri. Dat. apud Rypon' quinto die mensis Januarii, Anno Domini Millesimo cccxlvij^{mo}, et pontificatus nostri sexto.[1]

Ripon, Jan. 5.

LXXVII. CONFIRMATION BY THE CHAPTER OF THE ARCHBISHOP'S LICENCE FOR A CHANTRY.[2]

(Ripon Chapter MS.)

(10 *letters.*)

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes litteras tripartite indentatas inspecturis, Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ

A.D. 1365

Chapter of Ripon.

(1) From a transcript by Canon Raine. For the king's licence see Pat. 8 E. 2, pars 1, m. 18, and further in Claus. 12 E. 2, m. 2 (T.R. apud Ebor.).

(2) See extracts from Thoresby's *Register*, below, under Nov. 22, 1365, and Jan. 3, 1370–71.

Rypon', salutem in omnium Salvatore, ex parte Johannis de Shirwode de Rypon' et domini Johannis de Alhalowgate, capellani parochianorum dictæ ecclesiæ de Rypon', nobis est humiliter supplicatum, ut quamdam ordinacionem de una perpetua cantaria per unum sacerdotem in ipsa ecclesia Rypon' facienda, de terris et possessionibus et redditibus ipsius Johannis de Shirwode per venerabilem patrem dominum Johannem, Dei gracia Archiepiscopum Ebor., Angliæ Primatem, et Apostolicæ Sedis Legatum nuper factam, admittere, ratificare, et approbare, et litteras ipsius ordinacionis in archivis nostris salvo custodire, ac omnia in ipsa ordinacione nos concernencia adimplere effectualiter curaremus. Quæ quidem ordinacio sic incipit :—

Perpetual chantry in Church of Ripon (that of St. John the Evangelist).

Licence of Archbishop Thoresby.

'Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, Johannes, permissione Divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, et Apostolicæ Sedis Legatus, salutem in Eo Quem peperit Virgo puerpera salutaris. Ad promovenda officio nostro pastorali pietatis opera Deo grata, et potissime celebracionis Divinorum per ministerium sacerdotum Dei peculiarium ministrorum etc. Et sic finit, Eandem ordinacionem et omnia alia et singula præmissa, quatenus ad nos attinet, acceptamus, ratificamus, et approbamus, ac eciam confirmamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari, secundo die mensis Marcii, Anno Domini supradicto.'

The Chapter assents on petition of John de Shirwode and John de Alhalowgate.

Nos igitur capitulum supradictum, exhibita dicta ordinacione et ostensa coram nobis, ac plena deliberacione habita super ea, penes nos deposita et imperpetuum remansura, intimius attendentes, ipsam ordinacionem fore Deo gratam, et ecclesiæ nostræ Rypon' perpetuo profituram,[1] ad instantem supplicacionem auctorum, Johannis de Shirwode, et domini Johannis capellani, ipsam ordinacionem et omnia contenta in eadem quatenus nos concernunt, ex certa sciencia admittimus, ratificamus, et approbamus, fideliter promittentes nos velle ea omnia nos concernencia imperpetuum observare. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum, et sigilla dictorum Johannis de Shirwode, et domini Johannis capellani, cuilibet parti hujus indenturæ sunt appensa. Dat. Rypon' in domo nostra capitulari, decimo septimo die mensis Julii, Anno Domini Domini (*sic*) Millesimo trescentesimo sexagesimo quinto.

July 17.

There have been three seals attached by labels, only part of one remains, that of the chapter of Ripon, and one of the other labels.

(1) So in MS. for 'profuturam.'

Endorsed—Pro capitulo Ripon'. Confirmacio cantariæ ad altare Sancti Johannis Evangelistæ.—B. 56.

LXXVIII. ROYAL LICENCE FOR ST. ANDREW'S CHANTRY.[1]

(WALBRAN'S MS. Collections.[2])

Edwardus, Dei gracia rex Angliæ, dominus Hiberniæ et Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali concessimus, et licenciam dedimus pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto clero nostro David de Wollore, quod ipse duodecim messuagia, duo gardina, octo acras terræ et dimidiam, unam acram prati et dimidiam, et triginta et quinque solidatas et octo denaratas redditus cum pertinenciis in Ripon', quæ quidem messuagia, gardina, terræ, et pratum ultra redditum prædictum valent per annum, in omnibus exitibus, quadraginta et septem solidos et octo denarios, sicut per inquisiciones inde per dilectum nobis Johannem de Scotherskelf Escaetorem nostrum in comitatu Ebor. de mandato nostro captas et in cancellaria nostra retornatas est compertum, dare possit et assignare, videlicet decem messuagia, duo gardina, octo acras terræ et dimidiam, unam acram prati et dimidiam, et triginta et quinque solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis inde cuidam capellano divina singulis diebus ad altare Sancti Andreæ in ecclesia collegiata Ripon' celebraturo; Habendum et tenendum eidem capellano et successoribus suis capellanis Divina singulis diebus ad altare prædictum celebraturo in augmentacionem sustentacionis suæ imperpetuum, et residua duo messuagia cum pertinenciis capitulo ecclesiæ Ripon'; habend. et tenend. eidem capitulo ad sustentacionem fabricæ ecclesiæ prædictæ imperpetuum. Et tam eidem capellano quod ipse dicta decem messuagia, gardina, terram, pratum, et redditum cum pertinenciis, quam prædicto capitulo, quod ipsi residua duo messuagia cum pertinenciis a præfato David recipere possint et tenere sibi et successoribus suis imperpetuum,

A.D. 1367. Edward III. grants to David de Wollore licence (Pat. 42, G. 3, pars 2, m. 15), to found a chantry at St. Andrew's altar, and assign two messuages for the fabric.

(1) The Archbishop's licence will be found in Extracts from Thoresby's *Register*, under Apr. 10, 1369.

(2) Walbran says—'The following is transcribed from the original charter now in the possession of John Dalton, jun., Esq., of the Grange, Slenningford. It has a very beautiful and perfect impression of the great seal appended to it, and the initial letter and upper margin are splendidly illuminated.' For other documents relating to this chantry, see enrolment of charters, below.

sicut prædictum est, tenore præsencium, similiter licenciam dedimus specialem, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante; nolentes quod prædictus David vel hæredes sui, aut præfati capellanus seu capitulum, vel successores sui prædicti, racione statuti prædicti vel aliorum præmissorum, per nos vel hæredes nostros inde occasionentur in aliquo seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius serviciis inde debitis et consuetis. In cujus rei testimonium, has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, quintodecimo die Novembris, Anno regni nostri quadragesimo secundo.

Statute of mortmain notwithstanding.

Nov. 15.

Per breve de privato sigillo.—CODYNGTON.

LXXIX. FOUNDATION OF THE CHANTRY OF ST. JAMES.

(RIPON CHAPTER MS.)

(*Five or six letters.*)

A.D. 1407.

Will. Clynt and Will. de Ledes, founders.

Universis et singulis Christi fidelibus hanc bipartitam cartam indentatam visuris vel audituris, Willelmus Clynt, clericus, et Willelmus de Ledes de Ripon', salutem in Eo Quem peperit Virgo Maria. Vestra noviter universitas nos ad gloriam, laudem, et honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis, ac gloriosissimæ Virginis Beatæ (*Mariæ*)[1] Matris Domini nostri Ihesu Christi, Omniumque Sanctorum Dei, in Divini cultus augmentum et nostrorum ac aliorum Christi fidelium remissionem peccatorum, fundasse, ordinasse, et creasse pro perpetuo et imperpetuum, unam perpetuam cantariam unius ydonei capellani et suorum successorum ad altare in honore Sancti Jacobi in ecclesia collegiata Sancti Petri de Ripon', modo, forma, et condicione suprascriptis, de licencia speciali excellentissimi in Christo principis ac domini nostri, domini Henrici, regis Angliæ et Franciæ et domini Hiberniæ quarti post conquæstum Angliæ, anno regni sui nono, pro ipsa cantaria optenta pro animabus Roberti Halomschire et Johannæ uxoris suæ, et pro salubri statu venerabilis viri Magistri Willelmi Cawod, canonici ecclesiæ Ripon' supradictæ dum vixerit, et pro anima ejusdem magistri Willelmi cum ab hac luce migraverit, ac pro animabus Johannis de Heton' et Margaretæ uxoris suæ, Johannis de Grene et Elienoræ consortis suæ, Roberti de Grene filii eorundem Johannis et Elienoræ, ac pro anima Aliciæ Warner, sororis dictæ Elienoræ, omniumque benefactorum ejusdem cantariæ, ac fidelium defunctorum cæte-

Altar of St. James.

Licence of Henry IV. (Pat. 9, H. iv. pars 1, m. 33.)

(1) Interlined.

rorum, secundum formam ordinacionis, composicionis, et condicionis per nos Willelmum et Willelmum pia devocione pro dicti capellani et suorum successorum sustentacione imperpetuum, invencioneque et supportacione subscriptorum onerum, factorum in forma sequenti et ordinatorum. Noveritis eciam nos Willelmum et Willelmum de licencia ejusdem domini nostri regis ut præfertur, necnon omnium et singulorum quorum intererat in hac parte expressis assensu, voluntate, et consensu, dedisse et hac presenti carta nostra bipartita et indentata concessisse, assignasse, et pro perpetuo confirmasse Omnipotenti Deo ac Beatissimæ Virgini Mariæ Matri Suæ, ac domino Johanni de Grene, capellano de villa Ripon' oriundo, suisque futuris successoribus capellanis imperpetuum singulis diebus, cessante impedimento legitimo, missas et alia Divina officia ad altare prædictum in dicta ecclesia Ripon' celebraturis, quinque mesuagia, quatuor cotagia, et undecim acras terræ cum pertinenciis in villa de Ripon' et Norton' *in the dyrt*, quæ de rege non tenentur in capite; Habenda tenenda et possidenda imperpetuum, prout in dicta licencia regia plenius est expressum, de capitalibus dominis feodi illorum per servicia debita et consueta. Volumus insuper et ordinamus quod præfatus dominus Johannes de Grene, capellanus, et sui successores, futuri dictæ cantariæ capellani, omnes et singuli pro animabus Roberti et Johannæ et pro salubri statu ut præfertur, ac animabus supradictis, missas et alia Divina ad altare prædictum in ecclesia prædicta singulis diebus, cessante impedimento legitimo, modo debito imperpetuum celebrabit et celebrabunt, prout ipsi capellani omnes et singuli pro suis temporibus melius et salubrius viderint expedire, ita quod semel in septimana ad minus celebret et celebrent missam pro defunctis specialem, ac dicat et dicant quilibet eorundem singulis diebus devote *Placebo* et *Dirige* cum Commendacione solita, nisi forte aliqua causa legitima absque tamen dolo vel ficcione fuerint gravius impediti seu impeditus fuerit aliquis eorundem, postquam dictus dominus Johannes de Grene capellanus ac quiscumque alius suus successor hujusmodi cantariæ capellanus inductus fuerit in eadem cantaria pacifice et quiete. Ordinamus eciam et volumus, quod quocienscumque et quandocumque dictam cantariam vacare contigerit perpetuis futuris temporibus, quod bene licebit (*imperpetuum* [1]) capitulo dictæ ecclesiæ Ripon' singulis vacacionum temporibus dictam cantariam ad altare prædictum, vel aliud

Five messuages, four cottages, and eleven acres of land, etc.

Duties of the chaplain.

To celebrate the mass for the dead once a week at least, and daily say Placebo, etc.

The Chapter to nominate when there is a vacancy, to the said

(1) Interlined.

chantry at the same or another altar. altare in eadem ecclesia, secundum ordinacionem capituli limitandum uni ydoneo capellano de villa Ripon' oriundo, si aliquis talis reperiatur, modo prædicto divina celebraturo, conferre, et ipsum in eadem induci facere, cum suis juribus et pertinenciis universis, infra quadraginta dies vacacionem dictæ cantariæ prox. sequentes. In case of lapse, the Chapter of York to nominate. Et si contingat dictum capitulum Ripon' negligens fore in non conferendo dictam cantariam seu inducendum[1] dictum capellanum ut præfertur in eadem, aliquo tempore vacacionis ejusdem cantariæ, extunc volumus et ordinamus quod illis vicibus et vacacionibus illis eciam, durante hujusmodi, quod absit, necligencia præfati capituli Ripon', bene liceat venerabilibus viris dominis Decano et capitulo ecclesiæ Ebor., ac absente decano, ipso[2] capitulo, infra viginti dies dictos quadraginta dies extunc immediate sequentes, dictam cantariam uni capellano ydoneo et honesto in forma prædicta libere conferre, et ipsum induci facere in eadem cum suis juribus et pertinenciis universis aliis vacacionum temporibus eidem[3] capitulo Ripon' suo jure conferendo dictam cantariam, et capellanum in eadem inducendo ut præfertur, in omnibus semper salvo. The Chaplain to attend in choir on Sundays, etc. Ordinamus insuper et volumus quod ipse dominus Johannes capellanus, ac omnes et singuli sui successores dictæ cantariæ capellani futuris temporibus perpetuis intersint in habitu chori et in dicta ecclesia Ripon' singulis diebus Dominicis et festivis, ac singulis diebus tempore quadragesimali in horis canonicis, ac processionibus quibuscumque quocumque tempore anni contingentibus, cessante impedimento legitimo, una cum aliis ministris ecclesiæ Ripon' antedictæ in Divinis. Chapter to punish in case of culpable absence. Et si contingat aliquem eorundem absque causa legitima se aliquo tempore absentari, pro singulis temporibus absenciæ suæ hujusmodi canonice puniri debet ipse capellanus judicio et arbitrio dicti capituli Ripon' aut ejus commissarii, sive causarum auditoris deputati vel deputandi pro exercicio jurisdiccionis capituli Ripon' supradictæ. Inventory of goods and property in form of indenture. Quodque de et super libris, vestimentis, calice, et aliis dictæ cantariæ ornamentis quibuscumque assignatis et collatis, plenum et fidele fiat inventarium indentatum, cujus una pars penes dictum venerabilem capitulum Ripon', alia vero penes dictum Johannem de Grene, capellanum, et suos futuros successores dictæ cantariæ capellanos perpetuo remanebunt, et quod ipsi capellani omnes et singuli suis temporibus successuris imperpetuum hujusmodi vestimenta, libros, calicem, ornamenta, mesuagia, et cotagia, ac terras, cæteraque omnia alia et singula supradicta ad

(1) So in MS., quy. 'inducendo.' (2) So in MS. for 'ipsi.'
(3) So in MS., quy. 'eodem.'

usum et supportacionem dictæ cantariæ, ac sustentacionem capellanorum ejusdem, ut prædicitur, deputata et assignata ac deputanda et assignanda, suis propriis sumptibus et expensis cum indiguerint reparabunt competenter et supportabunt, ac integra et salva omnia præmissa absque dilapidacione, alienacione, dolo, fraude, aut malicia quibuscumque perpetuis futuris temporibus fideliter conservabunt, et conservabit quilibet eorundem, ac de eisdem fidelem reddent et reddet racionem capitulo Ripon' antedicto, quociens ex parte ejusdem capituli fuerint requisiti. Ad quæ præmissa omnia et singula sicut præmittitur fideliter facienda, et ad hanc nostram ordinacionem imperpetuum observandum, præfatus dominus Johannes, primus dictæ cantariæ capellanus, ac sui futuri successores ejusdem cantariæ capellani, incontinenti post ipsorum et cujuslibet eorundem ad dictæ cantariæ admissionem ac collacionem sibi factam et faciendam de eadem ut præfertur, coram dicto capitulo conferente, ad Sancta Dei Evangelia per ipsos et eorum quemlibet corporaliter tacta, præstabit et præstabunt juramentum. Alioquin collacio hujusmodi cantariæ, capellanus qui pro tempore fuerit, sic facta et facienda, ac ejus induccio in cantariam prædictam, qui juramentum prædictum modo et forma prælibatis non præstiterit, omni vigore careant et effectu, et hiis cognitis per dictum capitulum Ripon' omissis propter ipsius capituli Ripon' et capellani necligenciam, extunc volumus et ordinamus quod dictum capitulum ecclesiæ Ebor. illa vice dictam cantariam alteri capellano ydoneo libere conferre valeat, et ipsum induci facere in eadem, modo et forma antedictis. In quorum omnium testimonium atque fidem parti hujus cartæ bipartitæ et indentatæ penes dictum capitulum Ripon' remanenti sigilla nostra apposuimus; alteri vero parti penes dictum dominum Johannem de Grene capellanum et suos successores dictæ cantariæ futuros capellanos remanenti sigilla nostra, una cum appensione sigilli dicti venerabilis capituli ecclesiæ Ripon,' sunt appensa. Hiis testibus—(*no names inserted*).

Chaplain to be responsible for repairs.

Chaplain's oath.

Bipartite indenture.

Two circular seals in red wax, attached by labels. (1) *Shield bearing two spears in saltire between four roses* (?). *Insc. illegible; the shield enclosed in a cusped circle.* (2) *A bearded man and a woman seated as on the ground, the woman holding a child on her lap. Stars above them, all within a richly ornamented circle.*[1] *Insc. in very small letters, mutilated* . . . . HONORAT' EST . . . . . .

Endorsed, Compositio cantariæ Sancti Jacobi.

(1) The group, perhaps, represents the Nativity.

LXXX. EVIDENCE BEFORE A NOTARY PUBLIC RESPECTING A RENT-CHARGE DUE FROM THE PLUMPTON CHANTRY.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1449.

In Dei nomine, Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno ab incarnacione Domini secundum cursum et computacionem Ecclesiæ Anglicanæ Millesimo cccc^{mo} quadragesimo nono, indiccione duodecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicholai Divina Providencia Papæ quinti anno tercio, mensis Julii die decimo septimo, in ecclesia collegiata Beatæ Mariæ Suthwell, Ebor. dioceseos, in mei notarii publici subscripti et testium infrascriptorum præsencia constitutus personaliter, discretus vir dominus Willelmus Speton, vicarius in choro ecclesiæ collegiatæ supradictæ, olim vicarius ut asseruit in ecclesia collegiata Sancti Petri de Rypon', dictæ Ebor. diœceseos, dixit et in verbo sacerdotii juravit, quod ipse idem dominus Willelmus Speton' in anno Domini Millesimo cccc^{mo} vicesimo septimo, per confratres suos vicarios dictæ ecclesiæ collegiatæ de Rypon' camerarius et receptor firmarum et reddituum eorundem vicariorum deputatus, inter cæteras suorum reddituum parcellas de domino Rogero Waryn, tunc capellano ad cantariam Sanctæ Trinitatis in dicta ecclesia collegiata de Rypon' fundatam, juxta tenorem cujusdam rentallis per dictos confratres suos vicarios sibi dimissi, peciit et postulavit duos solidos annualis redditus de quodam mesuagio in Annasgate, quondam Stephani Hoperton exeuntes, pro obitu bonæ memoriæ domini Henrici Plompton, quondam in dicta ecclesia collegiata de Rypon' vicarii. Et quia præfatus dominus Rogerus Waryn dictos duos solidos annualis redditus ad tunc persolvere differebat, prædictus dominus Willelmus Speton, ex consensu et assensu confratrum suorum vicariorum, præfatum dominum Rogerum Waryn coram domino Johanne Deen, tunc canonico dictæ ecclesiæ collegiatæ de Rypon', suo judice in hac parte ordinario, in domo capitulari dictæ ecclesiæ collegiatæ de Rypon', in præsencia sua et cæterorum confratrum suorum vicariorum, ad certum diem fecit personaliter comparere. Quibus die et loco præfatus dominus Rogerus Waryn coram prædicto domino Johanne Deen, suo judice in hac parte ordinario, comparuit, et ostensis primitus et lectis cartis et evidenciis dictorum vicariorum super jure et titulo dicti annualis redditus duorum solidorum, præceptum fuit eidem domino Rogero per dictum dominum Johannem

Third year of Pope Nicholas V.

Will. Speton had received 2*s.* rent of Roger Waryn from a house in Annasgate, in 1427, for the obit of Henry Plumpton.

Roger Waryn, deferring payment, had been brought before Canon John Deen,

judicem suum, ut causam diceret, si quam haberet, quare dictum annualem redditum duorum solidorum prædictis vicariis solvere non deberet. Qui quidem dominus Rogerus alium diem ad cartas suas et credencias exhibendas sibi cum instancia non modica peciit assignari. Et assignatus fuit præfato domino Rogero per prædictum dominum Johannem, judicem suum in hac parte ordinarium certus dies quo cartas et evidencias suas hujusmodi in judicio exhiberet. Quo die adveniente coram prædicto domino Johanne, suo judice in domo capitulari supradicto pro tribunali sedente, præfatus dominus Rogerus comparens, quandam cartam exhibuit realiter et produxit. Quam quidem cartam præfatus dominus Johannes Deen in præsencia sua et dictorum vicariorum, publice legi fecit, et postea eandem in suis manibus tenens, clara luce diligenter inspexit, ipsamque cartam sicut præmittitur per præfatum dominum Rogerum exhibitam et productam, et per prædictum dominum Johannem judicem ac cæteros jurisperitos circumstantes cum deliberacione inspectam, compertum est inique esse conceptam, invalidam, et suspectam, ac omni juris vigore carere. Unde præfatus dominus Johannes, judex antedictus, præcepit prædicto domino Rogero, ut dictam cartam tanquam injustam abjiceret et perpetuo amoveret, dictumque annualem redditum duorum solidorum præfatis vicariis de dicto mesuagio in Annasgate exemitum, de cætero persolveret fideliter ut tenetur. Cujus decreto præfatus dominus Rogerus obtemperans, coram omnibus ibidem tunc præsentibus, ad dictum annualem redditum duorum solidorum prædictis vicariis deinceps fideliter persolvendum se publice oneravit. De quibus quidem duobus solidis annualis redditus, dominus Willelmus Speton supradictus per præfatum dominum Rogerum Waryn, ut pro anno suo, se recognovit esse solutum realiter et contentum. Acta sunt hæc prout suprascribuntur et recitantur sub anno Domini, indiccione, pontificatu, die, mense, et loco suprascriptis, præsentibus discretis et honestis viris dominis Roberto Brydekyrke et Johanne Wavsor, vicariis in ecclesia collegiata Beatæ Mariæ Suthwell, Ebor. diœceseos, testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

and, having earnestly begged for a day for his defence, he had one assigned.

He then shewed a charter which was rejected as false.

Whereupon he agreed to pay.

Witnesses.

Notary's mark.

Et ego Johannes Altoftes clericus, Ebor. dioc. publicus auctoritate apostolica notarius, præmissis omnibus et singulis dum sicut præmittitur sub anno Domini, indiccione, pontificatu, mense, die, et loco supradictis agebantur et fiebant, una cum prænominatis testibus, præsens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, scripsi,

Notary's certificate.

publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium præmissorum.

The notary's mark is two equilateral triangles intersecting, surmounted by a cross and standing on three steps, on the two lower of which are the words Johannes Altoftes. *In the central hexagon is a trefoil.*

Endorsed.—Instrument. de solucione ij s. vic. Ripon. pro obitu Henrici Plompton, sol. per R. Waryn. Carta et evidenc. j s. de domo in Anesgate pro obitu Henrici Plumpton vic.

LXXXI. FOUNDATION OF THE CHANTRY OF THE HOLY TRINITY 'SUBTUS ALTARE.'

(Darnbrough MS. xxxviii.)

A.D. 1466. John Sendale, founder.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis vel audituris, Johannes Sendale, canonicus in ecclesia metropolitica Beati Petri Ebor. ac canonicus residenciarius in ecclesia collegiata de Ripon', salutem in Domino sempiternam. Cum inter cætera salvacionis et reparacionis humanæ suffragia, missarum celebracio, in quibus pro salute vivorum et requie defunctorum Deo Patri Deus Filius vigunatur,[1] sit præ cæteris Divinæ misericordiæ allectiva, meritorium fore arbitror ea quæ multiplicacionem missarum, sustentacionem capellanorum Deo devote famulancium, et Divini cultus augmentum respiciunt, voto prosequi singulari, hinc est quod ego Johannes Sendale ad vestræ universitatis noticiam deduco per præsentes quod de bonis temporalibus summa disposicione michi a Deo collatis, ad laudem et honorem Omnipotentis Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ac Gloriosæ Virginis et Matris Mariæ, Sanctæ Annæ, Sanctorum Johannis[2] et Wilfridi Confessorum, necnon Sancti Thomæ Martiris quondam Cantuariensis Archiepiscopi, omniumque sanctorum et cœlestium spirituum beatorum, de licencia speciali illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Edwardi, Dei gracia regis Angliæ et Franciæ et domini Hiberniæ illustris graciose obtenta ac concessa, ac de reverendissimi in Christo patris et domini, domini Georgii, divina providencia Archiepiscopi Ebor. Angliæ Primatis, et Apostolicæ Sedis Legati auctoritate et licencia, feci, ordinavi, erexi, fundavi, creavi, et stabilivi, ac facio, ordino, erigo, fundo,

Licence of Edw. IV. (Pat. 6, E.4, p. 1, m. 3) and of Archbishop Neville.

(1) So in MS., apparently for 'adunatur.'
(2) St. John of Beverley.

creo, et stabilio, unam cantariam perpetuam unius capellani sæcularis perpetuo celebraturi ad altare Sanctæ Trinitatis in ecclesia collegiata de Ripon' prædicta, pro bono, prospero, felicique statu mei dum egero in humanis, et pro anima mea postquam sorte consumptus fuero naturali, ac animabus Roberti et Elenæ parentum meorum, necnon animabus felicis recordacionis Johannis Kemp et Willelmi Bothe, quondam Archiepiscoporum Ebor., magistri Johannis Marshall nuper canonici ecclesiæ metropoliticæ prædictæ, dominorum Thomæ Wiott, Petri Wynton, Thomæ Banwell, capellanorum, et omnium fidelium defunctorum, ipsamque cantariam perpetuam sub vocabulo speciali 'Cantariam Magistri Johannis Sendale' nominari volo et ordino nuncupari. Cæterum quia per decenciam extrinseci habitus morum interdum decor intrinsecus designatur, volo, statuo, et ordino, quod prædictus capellanus cantariæ prædictæ cæteris capellanis dictæ ecclesiæ de Ripon' cantarias habentibus et obtinentibus in habitu conformetur, et quod idem capellanus matutinis, missis, et vesperis principalibus in choro dictæ ecclesiæ de Ripon' decantandis in singulis dupplicibus, diebus Dominicis, et novem leccionum festis, et in omnibus processionibus inibi celebrans, cessante causa legitima, teneatur personaliter interesse, legendo, cantando, psalmonizando, prout condecet tunc ibidem. Volo insuper et expresse ordino quod idem capellanus dicat singulis diebus, si probabili impedimento minime excusetur, matutinas, missas, et omnes horas canonicas de die, necnon servicia Beatæ Mariæ et Mortuorum secundum ordinale et usum dictæ ecclesiæ Ebor. cum oracione 'Omnipotens sempiterne Deus, Cui nunquam sine spe' etc.[1] in missa et servicio pro animabus supradictis specialiter sumenda, nisi præ excellencia solemnioris festi in missis sit de more ecclesiæ honestius omittenda, ita videlicet quod idem capellanus semel singulis septimanis imperpetuum dicat missam de *Requiem* pro animabus supradictis, ac omnibus fidelibus defunctis, cum oracione prædicta celebret, tempore inter festa Natalis Domini [et] Epiphaniæ Ejusdem mediante subducto tantummodo et excepto. Et, ne præsens fundacio et ordinacio hujus cantariæ perpetuæ suo debito frustretur effectu, ego Johannes Sendale, canonicus antedictus, ad cantariam prædictam dominum Ricardum Lucas presbiterum de et ex mea certa sciencia eligo, et intuitu caritatis specialiter nomino, imponens michi necessitatem præsentandi eundem pro hac vice

Altar of the Holy Trinity.

For the souls of his parents and of Archbishops Kemp and Bothe and others.

Designation.

Chaplain's habit and duties in choir.

Duties as Chaplain.

Pro Sacerdote defuncto.

Richard Lucas the first chaplain.

(1) York Missal, ii. 186.

prima ad cantariam prædictam, capitulo ecclesiæ collegiatæ Ripon' prædict., quos solum et in solidum quantum in me est censeo fore dicti capituli ordinarium, et habere supremam, omnemque et omnimodam jurisdiccionem ejusdem. Reservo eciam michi per hanc præsentem ordinacionem meam quamdiu vixero jus patronatus et advocacionis cantariæ supradictæ, atque facultatem et potestatem præsentandi ad eandem ydoneum capellanum per idem capitulum instituendum et inducendum, quocienscumque, quandocumque, et qualitercumque, me vivente, eadem cantaria deinceps vacabit. Volo insuper et expresse statuo quod, me de medio sublato, collacio dictæ cantariæ pleno jure ad dictum capitulum de cætero spectet et pertineat, ac perpetuo devolvatur. Ita quod quocienscumque, quandocumque, et qualitercumque dicta cantaria vacabitur in futurum, dictum capitulum infra unum mensem a tempore notæ vacacionis ejusdem continue numerandum, eandem cantariam alii sacerdoti, prout casus vacacionis emerserit, conferre districcius teneatur. Quod si dictum capitulum ipsam cantariam infra unum mensem post vacacionem ejusdem non conferat, bene licebit Archiepiscopo Ebor' ipsam cantariam capellano ydoneo conferre, quod si ultra unum mensem facere distulerit, collacio hujusmodi cantariæ ad Decanum et capitulum Ebor. ea vice devolvatur. Qui si infra alium mensem conferre neglexerint, collacio ejusdem cantariæ ad capitulum de Ripon integre revertatur. Præterea, cupiens dictam cantariam per benevolentes ac morum honestate commendatos et laudabilis vitæ presbiteros futuris perpetuis temporibus occupari, ordino, volo, et statuo, quod nullus ad eandem cantariam deinceps admittatur religiosus, sed sæcularis dumtaxat, et qui sacri sacerdotis caractere fuerit insignitus, ac talis omnino quem ætatis maturitas, morum gravitas, literarum sciencia, ac vitæ præclaræ, conversacionis honestæ, et oppinionis illæsæ credibile testimonium merito commendabunt. Sit eciam quilibet capellanus cantariæ hujusmodi in futurum a viciis alienus, oracionibus sedulus, et ab actuali frequencia tabernarum se abstineat. Mulieres infamiæ nota respersas et de carnis vicio suspectas, et earum penitus consorcia atque interata[1] colloquia præterquam in casibus retinere. Caveat insuper capellanus quilibet cantariæ hujusmodi ne se ab eadem teme-

Reservation of patronage.

Chapter of Ripon to be patron.

Provision in case of lapse.

The Chaplain to be not a religious but a secular priest.

To be instant in prayer, and to abstain from taverns, etc.

His residence,

(1) So for *iterata*. There seems to have been a line omitted in the copying which, with what is left, might be to the effect that he was to eschew the society of evil women, and in no wise to retain himself therein, except in cases (of conscience) or perhaps chance meetings.

ritate propria absentet, sed in ea residenciam faciat continue personalem, excepto quod de licencia Præsidentis capituli de Ripon' antedicti capellanus hujusmodi causa visitandi amicos suos, aut intra Angliæ regnum peregrinandi, seu se recreans vel necessario vel honeste, semel, bis, vel ter, et non amplius in anno per triginta dies dumtaxat, simul aut vicibus interpolatis combinatis, et non ultra, se a dicta cantaria valeat absentare, proviso quod si hujusmodi capellanus ultra octo dies continuas absit, expensis propriis presbiterum alium loco sui absentis surroget ydoneum, qui pro animabus prænominatis devote orando ac cotidianas missas si nichil obstet canonicum celebrando, dictæ cantariæ debite deserviat. Præterea, prohibetur eidem capellano et successoribus suis quibuscumque ne pensiones, proventus, vel redditus annuos jurave, aut libros, calices, vestimenta, aliave vasa, jocalia, ornamenta, vel bona quæcumque dictæ cantariæ alienet vel alienent, sed ea omnia et singula, necnon scripta, munimenta, et evidencias ad eandem cantariam qualitercumque spectancia illæsa et incorrupta quatenus ei et eis possibile erit; salvo semper eorum usu necessario conservabit et conservabunt, ac suis sumptibus, prout opus fuerit et casus necessitatis emerserit, sufficienter atque condecenter et debite reparabit et reparabunt imperpetuum. Volo insuper, dispono, et ordino, quod si prædictus dominus Ricardus Lucas vel aliquis successor ejus capellanus cantariæ prædictæ se intromittat de aliquo officio temporali, vel si de incontinencia, contumacia, sive alienacione vel impignoracione bonorum cantariæ prædictæ, seu alio modo sua culpa minus ydoneus ad conficiendum in cantaria prædicta repertus fuerit, et super hoc coram Ordinario suo legitime convictus, hinc ab hujusmodi cantaria penitus amoveatur, et in loco sui alius capellanus ydoneus legitime instituatur. Item volo et expresse ordino quod postquam ab hac luce migravero, idem capellanus et singuli successores sui perpetuis futuris temporibus singulis diebus in singulis missis quas ipse et ipsi celabrabit et celebrabunt, oret et specialiter exorent pro animabus supradictis, dicendo has oraciones, 'Inclina Domine aurem Tuam ad preces nostras quibus misericordiam Tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui Johannis, quam de hoc sæculo migrare jussisti,'[1] etc., 'Deus, Qui inter apostolicos sacerdotes famulos Tuos Johannem et Willelmum pontificali fecisti dignitate censeri, præsta quæsumus ut quorum,'[2] etc., 'Omnipotens Sempiterne Deus, Cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur, propiciare animæ

and holidays.

To provide a substitute when absent.

Not to tamper with funds, etc.

Nor to engage in temporal matters.

Prayers after the death of the founder.

Missa pro defunctis.

Pro Episcopo defuncto.

Pro Sacerdote defuncto.

(1) York Missal, ii. 183. (2) *Ib.* p. 185.

famuli Tui sacerdotis et animæ famuli Tui sacerdotis (*sic*) et animabus famulorum Tuorum sacerdotum '[1] cum Oracionibus secretis et Postcommunione pertinente ad easdem, pro cujus quidem cantariæ dotacione, et sustentacione capellani ejusdem pro tempore ex oneris ac onerum sibi incumbencium supportacione, ut omnis ærumna legitime alleviet(ur), et merita præmiis compensentur, do, lego, et assigno eidem capellano quamdam annuam pensionem sive quemdam annuum redditum decem marcarum, in puram et perpetuam elemosinam, sibi et successoribus suis, per manus Prioris et conventus Pontefracti,[2] ad duos anni terminos, videlicet Pentecostes et Sancti Martini in yeme, singulis annis imperpetuum persolvendum, prout in ipsorum Prioris et conventus literis plenius continetur. Item volo et ordino quod idem capellanus et successores sui unum obitum annualem pro anima mea et pro animabus supradictis in choro dictæ ecclesiæ collegiatæ Ripon' procuret et faciat, procurent et faciant, solempniter celebrari, pro cujus obitus celebracione idem capellanus et successores sui de parte sive porcione dictæ pensionis sive annui redditus decem marcarum, viginti solidos sterlingorum ministris dictæ ecclesiæ inter eos secundum discrecionem ipsius capituli dividendos solvere, necnon duos solidos et sex denarios inter pauperes et egenos eodem die per supervisum dicti capituli erogare et distribuere teneatur et teneantur imperpetuum. Item volo et ordino, licet Prior et conventus prioratus Sancti Johannis de Pontefract, qui per scriptum suum indentatum præfato capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis factum, decem marcas annuatim ad festa Sancti Martini in yeme et Pentecostes ad summum altare in ecclesia collegiata de Ripon' prædicta solvere tenentur, hujusmodi summam decem marcarum ad festa solucionis prædicta eidem capellano seu suo certo attornato in ecclesia cathedrali Ebor. fideliter annuatim persolvant, quod dictus capellanus et successores sui cum et de hujusmodi solucionibus fuerint contenti, nec occasione illa quod ipsi Prior et conventus hujusmodi summam ad ecclesiam de Ripon' non deferunt, capellani prædicti dictos Priorem et conventum, inquietabunt quovismodo, sed eosdem Priorem et conventum si hujusmodi soluciones ad festa prædicta in ecclesia cathedrali Ebor. fecerint secundum formam scriptam indentatam, antedicti de eadem summa sic soluta acquietabunt. Item volo et ordino quod quilibet capellanus dictæ cantariæ pro tempore existens in sua primaria admissione ad dictam cantariam ad

Endowment by annual pension of ten marks.

To be paid by the Prior of Pontefract.

Year's-mind.

The Chaplain to pay 20*s.* for the obit, and 2*s.* 6*d.* to the poor.

The ten marks ought to be paid at Ripon, but may be at York.

Oath on admission.

(1) York Missal, p. 186. (2) The reading of the MS. is doubtful here.

sacrosancta Dei evangelia per ipsum tacta corporale præstet juramentum quod hujusmodi ordinacionem et singula contenta in eadem observabit et perimplebit cum effectu imperpetuum. Et ut nostra præsens ordinacio cantariæ hujusmodi omnibus quorum interest clarissime innotescat, et robur obtineat perpetuæ firmitatis, volo quod eadem ordinacio duplicetur, cujus una pars penes capitulum ecclesiæ collegiatæ de Ripon', et pars altera penes capellanum cantariæ prædictæ deputetur, perpetuo remansura.

Bipartite indenture.

LXXXII. GRANT OF TEN MARKS FOR THE CHANTRY OF THE HOLY TRINITY 'SUBTUS ALTARE.'

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1466.

The Prior and Convent of Pontefract have granted to the Chapter of Ripon ten marks annually, to be paid at the high altar at Whitsuntide and Martinmas.

Omnibus ad quos præsens carta indentata pervenerit, Johannes[1] . . . .[2] Pontefract' et ejusdem loci conventus,[3] salutem. Cum in titulo de . . . .[2] die mensis Novembris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo . . . .[2] concessimus capitulo ecclesiæ collegiatæ de Ripon' et eorum successoribus (aut eorum certo attornato *erased*) imperpetuum quendam (annuum redditum decem marcarum)[2] legalis monetæ Angliæ percipiendum annuatim de nobis Priore et conventu prædictis et successoribus nostris imperpetuum, solvendum dicto capitulo (eccl. coll. de Ripon')[2] prædict. et suis successoribus aut eorum certo attornato ad summum altare in ecclesia collegiata de Ripon' prædicta ad festa Pentecostes et Sancti (Martini in)[2] yeme vel infra mensem proximum post quodlibet festorum prædictorum annuatim, æquis porcionibus imperpetuum recipiendum, super hujusmodi . . . .[2] quolibet festo prænominato literas acquietanciæ ipsius capituli ecclesiæ collegiatæ et successorum suorum; habendum et percipiendum dictum annuum redditum decem marcarum legalis monetæ Angliæ in forma prædicta præfato capitulo ecclesiæ collegiatæ et

(1) Not in the list given in the latest Monasticon.

(2) The paper is decayed away at these places.

(3) An alien Priory of Cluniac monks, a cell to the monastery of La Charité sur Loire, founded by Robert de Lacy in the time of William Rufus, and dedicated to St. John the Evangelist. In the reign of Edward III. this priory, with all others of the same Order, was discharged from subjection to any foreign abbey, and it would seem that this at least escaped in the general confiscation of alien priories in 1414. It was surrendered Nov. 24, 1539. Abp. Thurstan was buried here, and his body found uncorrupt after many years.

successoribus suis de nobis Priore et conventu et successoribus nostris imperpetuum.

If in arrear, to pay 40*s.* penalty with the arrears.

Et insuper cum nos Prior et conventus per scriptum nostrum prædictum concesserimus pro nobis et successoribus nostris præfato capitulo ecclesiæ collegiatæ de Ripon' et successoribus suis, quod quocienscumque nos Prior et conventus et successores nostri defecerimus, aut aliquis successorum nostrorum defecerit in futurum in solucione dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem, ad aliquid festum solucionis inde superius limitatæ, tociens nos dictus Prior et conventus et successores nostri solvemus præfato capitulo ecclesiæ collegiatæ et successoribus suis ad antedictum altare xl solidos nomine pœnæ cum arreragiis dicti annui redditus. Ad quam quidem solucionem quadraginta solidorum quociens nos dictus Prior et conventus et successores nostri defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione prædicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem ad aliquod festum solucionis inde prænominatum, obligamus nos et successores nostros in prædictis quadraginta solidis per scriptum nostrum antedict. capitulo et successoribus suis solvendis.

They are bound to pay the above,

Et cum insuper concesserimus nos Prior et conventus per scriptum nostrum antedictum pro nobis et successoribus nostris præfato capitulo ecclesiæ collegiatæ et successoribus suis, quod si nos aut successores nostri allegaverimus, seu aliquis nomine nostro allegaverit aliquid scriptum, factum, vel acquietanciam solucionis dicti annui redditus decem marcarum aut alicujus parcellæ ejusdem in exoneracionem solucionis prædicti annui redditus decem marcarum seu dictorum xl solidorum, nomine pœnæ pro defectu solucionis dicti annui redditus decem marcarum, vel alicujus parcellæ ejusdem concessæ, nisi tantummodo acquietanciam aut relaxacionem dicti capituli ecclesiæ collegiatæ portantem datam in domo capitulari ecclesiæ collegiatæ prædictæ et liberatam in eadem domo capitulari, sive aliquam solucionem inde fore fiendam, nisi tantummodo ad summum altare ejusdem ecclesiæ collegiatæ de Ripon', quod extunc obligavimus nos et successores nostros solvere præfato capitulo ecclesiæ collegiatæ et successoribus suis quinque marcas legalis monetæ Angliæ pro quolibet festo solucionis pro quo nos allegare contegerit aliquam acquietanciam, vel aliquid scriptum alibi portans dat. seu alibi liberatum quam in dicta domo capitulari ecclesiæ collegiatæ supradictæ, sive aliquid aliud in

unless duly released by the Chapter of Ripon.

Five marks penalty in default of payment.

exoueracionem solucionis dicti annui redditus decem marcarum aut alicujus parcellæ ejusdem, seu dictæ summæ xl solidorum nomine pœnæ, aut dictæ summæ quinque marcarum, sit racione allegata prædicta concessum, nisi tantummodo acquietanciam vel scriptum portans datam in domo capitulari ecclesiæ collegiatæ Ripon'.

Anything alleged in excuse to be null and void.

Et (cum) insuper concesserimus per scriptum nostrum antedictum, quod si nos dictus Prior et conventus allegaverimus, seu successores nostri allegaverint, aliquam solucionem alibi factam quam ad dictum altare, sive aliquid scriptum vel acquietanciam portans datam alibi quam in domo capitulari ecclesiæ collegiatæ de Ripon' prædict. vel aliquid aliud per nos seu per successores nostros allegatum seu allegandum fuerit in exoneracionem solucionis dicti annui redditus decem marcarum, seu alicujus parcellæ pœnarum prædictarum, quod vacuum sit et nullius vigoris. Et si contingat, quod absit, nos dictos Priorem et conventum, vel successores nostros, vel aliquos nostrum defecerint (*sic*) in solucione prædicti annui redditus decem marcarum, vel alicujus parcellæ ejusdem ad festa prædicta per quinque septimanas post aliquid festum prænominatum, seu in solucione xl solidorum nomine pœnæ concessorum, aut in solucione dictarum quinque marcarum racione allegacionis prædictæ in forma prædictarum concessarum, quod extunc bene liceret præfato capitulo ecclesiæ collegiatæ prædictæ et successoribus suis, manerio nostro de Ledeston [1] in Westryding in comitatu Ebor. cum pertinenciis suis, et in quamlibet parcellam ejusdem intrare et in eodem et in qualibet parcella ejusdem distringere, et districciones sic captas abducere, effugare, et asportare, et penes se retinere, quousque de ar(er)ragiis prædicti annui redditus decem marcarum, et de dicta summa xl solidorum nomine pœnæ concessorum, aut in solucione dictarum quinque marcarum allegacione prædicta in forma prædicta concessarum plenarie fuerit satisfactum et persolutum ad altare prædictum, sine clameo vel inpeticione nostrorum dicti Prioris et conventus et successorum nostrorum imperpetuum.

Power to distrain on the Manor of Ledeston.

The Chapter may have the charter renewed.

Et quod si prædictum capitulum ecclesiæ collegiatæ de Ripon', seu successores sui, voluerint in futurum habere præfatam cartam renovatam et de novo sigillatam, propter debilitatem vel aliquam causam racionabilem seu necessariam quamcunque, nos

(1) Ledeston is one of the places granted in the foundation charter, which is printed in the Monasticon, 1825, V. 120; 1655, I. 648. See also Kirby's Inquest, p. 209.

dicti Prior et conventus concessimus pro nobis et successoribus nostris illam renovare et de novo per nos et successores nostros sigillare super debita et racionabili requisicione per idem capitulum vel successores suos nobis facta sive in futurum facienda.

Nos quoque dicti Prior et Conventus ad hæc omnia et singula fideliter observanda obligamus nos et successores nostros imperpetuum juramento religionis, prout in eodem scripto nostro inde facto plene liquet.

Since the Chapter of Ripon have granted the ten marks to Richard Lucas, the chaplain,

Postmodum, cum præfatum Capitulum ecclesiæ collegiatæ pro se et successoribus suis per cartam indentatam cujus data est duodecimo die mensis Decembris, Anno Domini M CCCC lx° sexto, et regni regis Edwardi quarti sexto, quam inspeximus, nuper tradiderint et concesserint domino Ricardo Lucas, capellano cantariæ magistri Johannis Sendall in ecclesia collegiata prædicta, de licencia illustrissimi principis Edwardi quarti, regis Angliæ, fundatæ et stabilitæ,[1] prædictum annuum redditum decem marcarum ad prædicta festa Pentecostes et Sancti Martini in yeme, vel infra unum mensem proximum post quodlibet festum Pentecostes et Sancti Martini, æquis porcionibus annuatim ad summum altare prædictum in prædicta ecclesia collegiata de Ripon' per nos Priorem et Conventum et successores nostros solvendum imperpetuum, habendum et percipiendum prædictum annuum redditum decem marcarum legalis monetæ Angliæ eidem domino Ricardo Lucas, capellano, et successoribus suis, de nobis et successoribus nostris in forma prædicta concessum in liberam et puram elemosinam imperpetuum. Et si contingat, quod nos dicti Prior et Conventus aut successores nostri defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione prædicti annui redditus decem marcarum, vel alicujus parcellæ ejusdem ad festa prædicta et per quinque septimanas proximas post aliquid festum prænominatum, extunc liceret capellano prænominato cantariæ prædictæ, et successoribus suis aut suis attornatis, assignatis, et ministris, in prædictum manerium de Ledeston in Westryddying in comitatu Ebor. cum pertinenciis intrare, et in eodem distringere, et districciones sic captas abducere, effugare, et asportare, et penes se retinere, quousque sibi de ar(er)ragiis prædicti annui redditus decem marcarum

he may distrain on Ledeston if we fail to pay.

(1) Rex omnibus . . . Nos . . . Johanni Sendale . . . canonico de Rypon' . . . ob specialem devocionem quam idem Johannes habet ad Sanctos Petrum et Paulum ac Sanctum Wilfridum, unam cantariam . . . fundare . . . statuto de terris ad manum mortuam ponendis non obstante, . . . Teste Rege apud Westmonasterium, 25 Oct.—Pat. 6 Ed. 4, p. 1, m. 3.

plenarie fuerit satisfactum et persolutum ad altare prædictum, prout in eadem carta sua eidem capellano cantariæ prædictæ inde facta plenius continetur, sine clameo vel inpeticione nostrorum Prioris et Conventus antedictorum imperpetuum.

As the source from which the ten marks are payable yields more than that sum,

Nos vero Prior et Conventus antedicti, considerantes tam grandia bona et excessiva pro concessione ejusdem annui redditus decem marcarum præfato Capitulo ecclesiæ collegiatæ de Ripon' et successoribus suis per nos inde facta, per magistrum Johannem Sendall, ipsius cantariæ de Ripon' antedicta fundatorem, nobis largissime impensa, per quæ bona, terras,[1] et tenementa, ac possessiones in comitatu Ebor., in multo dictum annuum redditum decem marcarum annuatim excedencia, nobis et successoribus nostris imperpetuum, licencia regia inde habita, (*de*) novo nobis et successoribus nostris remanet acquisita, sic nos et successores nostri erimus inde meliorati.

the Convent of Pontefract is benefited.

Desiring therefore what is just, they have granted the ten marks,

Volentes igitur fieri quod est justum, et quod dictum scriptum nostrum de concessione prædicti annui redditus præfato Capitulo ecclesiæ collegiatæ et successoribus suis facta, justum et legitimum capiat inde effectum.

Sciatis nos præfatos Priorem et Conventum pro nobis et successoribus nostris supradicto domino Ricardo Lucas, capellano cantariæ prædictæ, et successoribus suis, prædictum annuum redditum decem marcarum concessisse per præsentes, percipiendum et solvendum in forma prædicta, ac virtute dictæ cartæ ac eorundem Capituli ecclesiæ collegiatæ de Ripon' et prædictæ tradicionis et concessionis ejusdem annui redditus decem marcarum, necnon cæterorum præmissorum in eadem carta contentorum eidem capellano cantariæ prædictæ facta de eodem annuo redditu, per solucionem iiij^{or} denariorum attornasse ac omnibus prædictis concessisse et aggreasse per præsentes, recipiendo super et de qualibet hujusmodi solucione prænominata literas ac quietancias ipsius capellani cantariæ magistri Johannis Sendall in ecclesia collegiata de Ripon' prædicta et successorum suorum solucionem illam testificantes et portantes datam in domo capitulari ecclesiæ collegiatæ de Ripon'.

and by payment of 4*d.* have made agreement. To have receipt from the chaplain after each payment.

Obligation of the Prior and convent to the chaplain, with regard to payments,

Et insuper sciatis nos præfatos Priorem et Conventum pro nobis et successoribus nostris concessisse præfatis domino Ricardo Lucas, capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis per præsentes, quod quocienscumque nos præfati Prior et Conventus aut successores nostri defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus

(1) So in MS. for 'terræ.'

parcellæ ejusdem ad aliquid festum solucionis inde superius limitatum, tociens nos dicti Prior et Conventus et successores nostri solvemus præfato capellano cantariæ prædictæ et ejus successoribus, ad altare prædictum, xl solidos nomine pœnæ, una cum ar(er)ragiis dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem, ad quam quidem solucionem quadraginta solidorum, quociens nos dictus[1] Prior et Conventus et successores nostri defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem ad aliquid festum ejusdem solucionis inde prænominatum, obligamus nos et successores nostros in prædicta (summa) xl solidorum per præsentes præfato capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis solvenda.

to allegagations by way of excuse for non-payment,

Et ulterius, sciatis nos Priorem et Conventum antedictum pro nobis et successoribus nostris concessisse, quod si nos aut successores nostri allegaverimus, aut aliquis nostrum allegaverit aliquid scriptum, factum, vel acquietanciam dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ in exoneracionem solucionis prædicti annui redditus seu decem marcarum, seu dictarum quadraginta solidorum nomine pœnæ pro defectu solucionis dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem concessum, nisi tantummodo acquietanciam aut scriptum relaxacionis dicti capellani cantariæ prædicti magistri Johannis Sendall portans datam in domo capitulari, seu aliquam solucionem inde fore fiendam nisi tantummodo ad summum altare, extunc obligamus nos et successores nostros solvere capellano præfato cantariæ prædictæ, aut successoribus suis, quinque marcas legalis monetæ Angliæ pro quolibet festo solucionis prædictæ pro quo nos allegare contigerit aliquam acquietanciam vel aliquod scriptum portans datam in domo capitulari (*ecclesiæ*) collegiatæ supradictæ de Ripon' supradicta, vel aliquid aliud in exoneracionem dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem seu dictæ summæ xl[a] solidorum nomine pœnæ, nisi tantummodo acquietancia vel aliquod scriptum portans datam in domo capitulari ecclesiæ collegiatæ supradictæ, et ibidem liberetur.

or for payment elsewhere than at the high altar at Ripon.

Et insuper nos dicti Prior et Conventus pro nobis et successoribus nostris concedimus præfato capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis per præsentes, quod si nos prædicti Prior et Conventus allegaverimus, seu successores nostri allegaverint aliquam solucionem alibi quam ad dictum summum altare

(1) So in MS. for 'dicti.'

factam, seu aliquod scriptum vel acquietanciam alibi portans datam quam in dicta domo capitulari ecclesiæ collegiatæ de Ripon' prædict., vel aliquid aliud per nos et successores nostros allegatum vel allegandum extra eandem domum capitularem factum (*seu*) faciendum in exoneracionem dicti annui redditus decem marcarum vel alicujus parcellæ ejusdem, aut alicujus parcellæ pœnarum prædictarum, quod illa obligacio, solucio, scriptum, vel acquietancia, aut quicquid aliud allegandum extra eandem domum capitularem factum seu faciendum in exoneracionem dicti annui redditus aut alicujus inde parcellæ seu alicujus parcellæ pœnarum, vacua sint, et eorum quodlibet vacuum sit et nullius vigoris. Et si contingat quod nos dicti Prior et Conventus seu successores nostri defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione prædicti annui redditus decem marcarum, vel alicujus parcellæ ejusdem ad festa prædicta per quinque septimanas post aliquid festum prænominatum, seu in solucione dictorum quadraginta solidorum nomine pœnæ concessorum, seu in solucione dictarum quinque marcarum racione allegacionis prædictæ in forma prædicta concessæ, tunc bene liceat præfato capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis ac eorum attornatis vel assignatis in prædictum manerium nostrum de Ledeston in comitatu Ebor. cum pertinenciis intrare, ac in eodem distringere, et districciones sic captas abducere, effugare, et asportare, ac penes se retinere, quousque de ar(er)ragiis prædicti annui redditus decem marcarum, et de dictis summis xl solidorum, necnon quinque marcarum nomine pœnæ in forma prædicta separatim concessarum, plenarie fuerit satisfactum et persolutum ad altare prædictum, sine clameo vel inpeticione nostrorum prædict. Prioris et Conventus seu successorum nostrorum imperpetuum

The Prior and Convent of Pontefract subject themselves to the coercion of the Archbishop of York in this matter, or to that of the Dean and Chapter of York *sede vacante.*

Nos eciam Prior et Conventus, in plenius robur et firmitatem præmissorum per nos concessorum subjicimus nos et successores nostros ac monasterium nostrum prædictum, necnon omnia bona et catalla, cohercioni reverendissimi in Christo patris Archiepiscopi Ebor. qui pro tempore fuerit, et ejus vicarii generalis sede plena, et ipsa sede archiepiscopali vacante, Decani et capituli ecclesiæ cathedralis Ebor. prædictæ, quoad præmissa et quodlibet præmissorum. Ac insuper volumus, concedimus, promittimus, et exprisse (*sic*) consentimus, quod si umquam, quod absit, nos aut aliquem nostrum, vel successores nostros contra præmissa seu aliquid præmissorum venire contigerit in futurum, aut nos vel successores nostri omnia et singula præmissa ex

parte nostra facienda, persolvenda, liberanda, et adimplenda non fecerimus aut non impleverimus, præfatus archiepiscopus sede plena, ac decanus et capitulum ea vacante, et eorum quilibet qui pro tempore fuerit, nos et dictos successores nostros ad observacionem, (*blank space*) complementum, et execucionem omnium et singulorum sub modo et forma prædicta fiendorum et perimplendorum per suspencionis, excommunicacionis, et interdicti sentencias, et eciam per sequestracionem fructuum, reddituum, proventuum, et emolumentorum quorumcunque ad nos et dictum monasterium nostrum pertinencium et per quascunque alias censuras ecclesiasticas summarie, sentencialiter et de plane absque strepitu et figura judicii compellere valeat, et quilibet eorundem valeat ac eciam canonice cohercere. Ita quod nos vel alii quicunque nomine nostro ad hujusmodi fructus ob causam prædictam sequestrata manus nullatenus apponere valeamus aut valeant quousque de prædictis ar(er)ragiis pœna seu pœna tam dictorum quinque solidorum quam omnium et singulorum ex parte nostra liberandorum, faciendorum, et perimplendorum imperpetuum ut præfertur, non adimpleta aut non soluta in parte vel in toto per nos et successores nostros, fuerit plenarie in forma prædicta satisfacta. Et insuper nos Prior et Conventus de Pontefracto prædicti pro nobis et successoribus nostris, ex mera et spontanea voluntate nostra, palam et expresse renunciamus, omni provocacioni, appellacioni, recusacioni, supplicacioni, in integrum restitucioni, excusacioni, cavillacioni, allegacioni, defencioni, declaracioni, dilacioni, excepcioni doli vel metus, necnon statutis regiis et consuetudinibus, literis, et rescriptis, neque archiepiscopalibus prohibecionibus ac quibuscumque per nos impetratis aut gratis concessis, impetrandis, aut gratis concedendis, ac omnibus juris canonici vel civilis, veteris vel novi, scriptis vel non scriptis generali vel speciali remediis, editis vel edendis, et specialiter juridicentium generales renunciaciones non valere, editis vel edendis decretis, sentenciis, scriptis, ac factis quibuscumque per quæ seu quod possimus nos juvari, tueri, seu quomodolibet defendere annullacionem, cassacionem, adnichilacionem, distruccionem, vel extinccionem hujus scripturæ indentatæ, vel alicujus partis ejusdem aut aliquorum contentorum in eodem, sed pro nobis et successoribus nostris juramento religionis promittimus quod de cætero nil impetrabimus, attemptabimus, allegabimus, faciemus seu fieri procurabimus in contrarium seu præjudicium dicti scripti nostri, sed omnia et singula præmissa in prædicto

Moreover, they freely renounce all appeals, etc.,

to the prejudice of

scripto nostro de scriptis, et specialiter in forma prædicta concedimus et promittimus pro nobis et successoribus nostris bene et fideliter ac inviolabiliter imperpetuum observare, exequi, et, quantum ad nos spectat, debite ut præfertur adimplere. this their obligation.

Et si dictus capellanus aut successores sui habere voluerint in futurum præsentem cartam renovatam, de novo scriptam, et de novo sigillatam, nos prædicti Prior et Conventus pro nobis et successoribus nostris concedimus capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis per præsentes, illam cartam renovare et de novo scribere ac sigillare, præfato capellano cantariæ prædictæ et successoribus suis deliberare super racionabilem requisicionem per eundem capellanum cantariæ prædictæ vel successores suos nobis prædictis Priori et Conventui aut successoribus nostris inde faciendam. Et nos dicti Prior et Conventus ad hæc omnia et singula præmissa fideliter observanda obligamus nos et successores nostros imperpetuum juramento religionis. In cujus rei testimonium nos præfati Prior et Conventus uni parti hujus cartæ indentatæ penes præfatum capellanum remanenti sigillum nostrum commune apposuimus, alteri vero parti hujus cartæ indentatæ penes nos præfatum Priorem et Conventum remanenti dictus capellanus cantariæ prædictæ sigillum suum apposuit. Dat. vicesimo quarto die mensis Decembris, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. Et anno regni regis Edwardi quarti sexto.[1]

The chaplain may have the charter renewed.

Obligation by oath.

The indenture sealed by both parties.

Dec. 24, A.D. 1466.

Endorsed in a seventeenth century hand, Concessio Decem Marcarum per Abbat. (*sic*) et Conventum de Pontefract, Cantariæ in Ecclesia Ripon'.—H. 42.

LXXXIII. FOUNDATION OF THE CHANTRY OF ST. GEORGE.

(Darnbrough MS. xxxix.)

To all trewe Cristen People be yt knowne who thys present composicion Indented shall se, rede, or understand, John Radclyff and Rauff Batty Esquyers sendith gretyng. Knowe ye that where the said John Radclyff and Bryan Batty[2] fader to the saide Rauff whoose soule god pardon, thrughe the help of John . . .[3] preist were condescendid ande stirrid with devocion

A.D. 1521.

John Radclyff and Rauff Batty, founders.

(1) This is not an actual indenture, but either a draft or an early copy made on two sheets of paper and stitched together, measuring in all about 3ft. 6in. by 1ft. 3¾in., decayed and torn at the top.

(2) Brian Batty alludes to this chantry in his will.—See *Addenda*.

(3) Left blank in MS., the copyist apparently having been unable to read the name.

and charitie to have oon perpetuale preist successyvely to say messe in the Chapell or loft of Saynt George in the College Churche of Ripon, there to pray for the soules of the auncestours of the said John and Bryan and John . . . Preist ande there soulez and the heirs of y'me when yt shall pleas God to call theym to hys mercy, ande the preist ande hys successours to have yerly lands and tenements or rents to the yerly value of eight marks for the accomplysshyng and fynysshyng of the condic'ons maide betwixt the said John and Bryan and John . . . preist, The saide John Radclyff and Rauff son and heire to the saide Bryan to the laude honour and glorie of the blissid trenyte and our blissid lady Saynt Mary and in remission of all synnez of cristen people doth founde, ordeyn, ande by thies presentz establyssh for ever oon preist ande hys successours at the Altar in the saide Chapell or loft of Saynt George within the College Churche afforsaid in the honour of Saynt George to pray for the soulez of Rauff Radclyff, Alice hys Wyffe, Cristofer and Agnes hys Wyffe, fader and moder to the saide John Radclyff, Mathewe ande Johan ffader ande moder to the saide Bryan, ande for the soulez of Will'm and Agnes fader and moder to the saide John preist, And for the soules of the saide Bryan and Alice hys wyfe and Mary late wyfe to the saide Rauffe and for the soules of the saide John Radclyffe and Jane his wyfe ande the saide Rauff ande Isabell hys wyffe ande the saide John . . . preist when yt shall please god to call theym to hys mercy, Ande for their good estatys during their lyves naturall here. Ande where the saide John Radclyff hath presentid ande put in oon Will'm Kyrkby Chapleyn by the consent of the saide Bryan to pray for the soules afforsaide within the saide chapell or loft of Saynt George the saide Sir Will'm to contynewe the same duryng his lyve, Ande when the saide Sir Will'm shall fortun herafter to voyde the same by resignac'on, dethe, or otherwyse, then the saide Rauff and his heires to have the next denominac'on and presentment of oon preist to be admitt and put in unto the saide Chapell or loft by the Chaptre. Ande after the advoidaunce of hym, than the saide John Radclyff and hys heirs to have the next denominac'on and p'sentment, Ande after that avoidaunce the saide Rauff ande hys heirs ande so by turne as oft as yt shall advoide for ever. Ande the saide Rauff ande hys heirs after the advoidaunce of the saide Sir Will'm Kyrkby by deth or otherwyse, shall within fourty dayes next ande immediatly insuyng the saide advoydaunce present

St. George's loft.

For the souls of Rauff Radclyff and others.

John Radclyff has presented Will. Kyrkby, first chaplain.

Presentation to be with the heirs of the two founders alternately.

oon lawfull preist to pray for the soulez as above ys expressed. Ande yf the saide Rauff and hys heirs be neclygent ande do not p'sent oon within the saide xl dayes than it shall be lawfull for the saide John Radclyff and hys heirs to present oon lawfull preist within twenty dayes next after the saide xl dayes ended. Ande yf the saide John and hys heirs be neclygent therein, then the Chapitre of the saide College Churche to admit and put in oon lawfull preist to say messe in the saide Chapell or loft for the soulez afforsaid. Savyng ande alwayes provided the saide Rauff and hys heirs to have their turne when it fortun to advoide agayn accordyng to the trewe intent and ordinaunce of thys composic'on, ande in lyke wyse yf the said John Radclyff and hys heirs be neclygent in presentyng oon lawfull preist within fourty dayes after it shall fortun to be voide ande com to hys turne, then the saide Rauff and hys heirs to present oon able preist within twenty dayes next ande immediatly insuyng the said xl dayes, ande in defawt thereof then the saide Chapitre ande so contynewally for ever. Ande we the saide John Radclyff and Rauff doth ordeyn ande constitute by thees presents that the saide Sir Will'm Kyrkby ande all other that shall succeede hym shall dayly say messe at the altar of Saynt George within the saide College Churche except oon daye in the weke or let by great infirmitie, or yf he or his successours be not disposed. Ande dayly to say Placebo and Derige and Comendac'on for the soulez above saide. Ande also we will and ordeyn that the saide Sir Will'm Kirkby ande hys successours shall for the better mayntenance of godds s'vice at all principall feasts and double feasts sondayes and hollydayes be in the chore in the saide College Churche at Matyns messe and evynsonge, ande to be at all processions of the same, and to have oon abbit after suche fourme as the roode priests within the saide Churche hath, with Saynt George on horsbake uppon the brest of the said abbit inbrowderid, ande also we will that the saide Sir Will'm ande all hys successours be sworne before the Chapitre as other Chauntre preists be to fulfill thys ordynaunce and composic'on. Also we the saide John and Rauff doth ordeyne ande will by thayes presents, that the oon parte of thys composic'on for ever do remayne with the saide Sir Will'm Kyrkby ande hys successours, ande the other parte to remayne within the Chapitre of the saide College Churche, ande ther to be regestred. And we the saide John Radclyff and Rauff Batty shall by our severall dedys in sealyd gyff lands ande tenements

If one party neglect to present, it lapses to the other, then to the Chapter.

The chaplain to say mass at St. George's altar,

and Placebo, etc.

And to be present in choir on Sundays and Holy days.

To wear a habit like the rood-priests, but with St. George embroidered on breast.

Chaplain's oath.

Custody of deeds.

and rents to the saide Sir Will'm ande hys successours, or other to hys or ye^r^ usez, dooyng their service as affore ys exprissed, for the soulez above mencyd to the valoue of eight markys, as more playnly shall appere ande be expressid in evidence of our gyfts and graunts of the same. Which evydences we will shall remayn in the kepyng of the saide Sir Will'm and his successours for ever, ande to be regestred in the saide Chapitre. In Witnes wherof, we the said John ande Rauff to thys composic'on ande ordinaunce have sette our Sealys, the xth day of Aprill, the xijth yere of the reigne of Kyng Henry the viijth. (April 10.)

John Radclyff ⊕ Rauff Batty ⊕.

END OF AN ENROLMENT OF CHARTERS RELATING TO A CHANTRY IN THE PATRONAGE OF THOMAS DE MARKYNGFELD.[1]

(Ripon Chapter MS.)

(Part of grant of a messuage to Elizabeth.) . . . post mortem domini Willelmi Gyll, capellani, prout dictum messuagium situatum est inter messuagium Willelmi de Neubald ex una parte, et messuagium quondam Agnetis de Skelton ex altera parte. Tenendum et habendum prædictum messuagium cum suis pertinenciis eidem Elizabetæ, hæredibus, et assignatis suis ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic cartæ sigillum meum apposui. (Witnesses.) Hiis testibus, Ricardo de Marton, Johanne Frankissh, Waltero de Aylesbury, Ricardo Pereson, Johanne Euerwak, et aliis. (Aug. 19, A.D. 1349.) Dat. apud Ripon' die Mercurii prox. post festum Assumpcionis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini Millesimo ccc^mo^ quadragesimo nono.

(LXXXIV.)

11. (Appointment of attorney to give possession.) Pateat universis per præsentes quod ego Johannes Tanour de Ripon', capellanus, attornavi et loco meo posui dilectum michi in Christo Willelmum Lytester de Ripon' seniorem, attornatum meum ad liberand. Elizab't filiæ Radalphi fil. Symonis de Ripon' seisinam de uno messuagio cum pertinenciis in Ripon' in Annisgate, secundum formam cujusdam cartæ prædictæ Elizabet confectæ. Ratum et gratum habiturus quicquid idem Willelmus nomine meo duxerit faciendum in præmissis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum

(1) On a skin measuring 13½ inches by 20, cut through a line of the writing at the top.

meum apposui. Dat. Rypon', die Mercurii prox. post festum Aug. 19.
Assumpcionis Beatæ Mariæ, Anno Domini Millesimo ccc° A.D. 1349.
quadragesimo nono.

(LXXXV.)

Sciant præsentes et futuri quod nos Johannes de Thorp de 12.
Ripon', fisscher, et Elizabet uxor mea, dedimus, concessimus, et Grant of a
hac præsenti carta nostra confirmavimus Johanni de Clynt messuage
seniori, Johanni de Walkyngham, et Johanni de Clynt juniori by John de
de Ripon', capellanis, totum illud messuagium cum suis per- Thorp to three chaplains.
tinenciis in Ripon' in Annisgate, quod quondam fuit Willelmi Gyll, capellani, prout dictum messuagium situatum est inter messuagium Radulphi de Kirkeby de Ripon ex parte una, et toftum quondam Agnetis de Skelton ex altera parte. Tenendum et habendum prædictum messuagium cum suis pertinenciis eisdem Johanni, Johanni, et Johanni, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, bene, in pace, et inperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero prædicti Johannes de Thorp et Elizabet uxor mea et hæredes nostri, totum prædictum messuagium cum suis pertinenciis præfatis Johanni, Johanni, et Johanni, hæredibus et assignatis suis ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, et defendemus, imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Rogero de Clotherom', Johanne de Witnesses.
Shirwod, Roberto de Brounhous, Ricardo de Richmund, Waltero de Aylesbiry, et aliis. Dat. apud Ripon' die Martis in festo Jan. 18,
Beati Petri in Cathedra, Anno regni regis Edwardi tercii post A.D. 1361-2.
conquæstum tricesimo sexto.

(LXXXVI.)

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Elizabeth 13.
Dowdoghter, relicta Johannis Thorp de Ripon', salutem in Quit-claim
Domino. Noveritis me in viduetate mea remississe, relaxasse, of rights in the above,
et omnino de me, hæredibus, et assignatis meis imperpetuum by widow of grantor.
quietumclamasse Johanni de Clynt seniori de Ripon', capellano, hæredibus et assignatis suis, totum jus et clameum meum quod uncquam habui, habeo, seu aliquo modo de cætero habere potero, in toto illo messuagio cum suis pertinenciis jacente in Annisgate inter messuagium quondam Radulphi de Kirkeby ex parte una, et toftum quondam Agnetis de Skelton ex parte altera, quod

quidem messuagium prædictus Johannes de Clynt quondam habuit ex dono et concessione mea in Ripon' in Annisgate antedict. Ita videlicet quod nec ego prædicta Elizabeth nec hæredes mei nec aliquis pro me seu nomine meo aliquod juris vel clamei in prædicto messuagio cum suis pertinenciis de cætero exigere vel vendicare poterimus in futurum, sed ab omni accione simus exclusi per præsentes imperpetuum. Et ego vero prædicta Elizabeth et hæredes mei totum prædictum messuagium cum suis pertinenciis præfato Johanni de Clynt, hæredibus, et assignatis suis ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Topclyff, Ricardo de Sunnyngges, Johanne de Tanfeld, Willelmo de Scotton, Johanne de Morpath, et multis aliis. Dat. apud Ripon' die Dominica prox. post festum Invencionis Sanctæ Crucis, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} septuagesimo secundo.

Witnesses.

May 9, A.D. 1372.

(LXXXVII.)

14. Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes Ward, miles, concessi, dedi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Clynt seniori, Johanni de Clynt juniori, Roberto de Durem, et Johanni de Dene, capellanis, de Ripon', totum illud toftum cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in Annisgate inter messuagium ipsius Johannis de Clynt senioris ex parte una, et messuagium quondam Willelmi de Sancto Johanne ex parte altera. Habendum et tenendum totum prædictum toftum cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in Annisgate, prædictis Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Johannes Ward et hæredes mei totum prædictum toftum cum suis pertinenciis præfatis Johanni, Johanni, Roberto, et Johanni, hæredibus et assignatis suis ut prædictum est contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Ranulpho Pygot, Thoma de Markyngfeld, militibus; Johanne de Topeclyff, Johanne del Grene, Willelmo de Scotton, Willelmo de Clynt, Nicholao Hubert, et multis aliis. Dat. apud Ripon', vicesimo die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} nonagesimo.

Grant of a toft by John Ward to four chaplains.

Witnesses.

Aug. 20, A.D. 1390.

(LXXXVIII.)

Pateat universis per præsentes quod ego Johannes Ward, miles, attornavi et loco meo posui dilectum michi in Christo Johannem de Gyseley, capellanum, certum attornatum meum ad liberandum nomine meo Johanni de Clynt seniori, et Johanni de Clynt juniori, Roberto de Durem, et Johanni de Dene de Ripon', capellanis, hæredibus et assignatis suis, plenam seisinam de toto illo tofto cum suis pertinenciis quod jacet in Ripon' in Annisgate inter messuagium prædicti Johannis de Clynt senioris ex parte una, et messuagium quondam Willelmi de Sancto Johanne ex parte altera, quod quidem toftum prædicti Johannes, Johannes, Robertus, et Johannes habent ex dono et concessione mea ibidem secundum vim, formam, et effectum (*cartæ?*) [1] inde plenarie confect. Ratum et gratum habens et habiturus quicquid idem Johannes de Gyseley nomine meo induxerit faciendum in præmissis. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui. Dat. apud Ripon' vicesimo die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo ccc^mo^ nonagesimo.

15. Appointment of attorney to give possession.

Aug. 20, A.D. 1390.

(LXXXIX.)

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Johannes de Tanfeld de Ripon', salutem in Domino sempiternam. Noveritis me remisisse, relaxasse, et omnino de me, hæredibus, et assignatis meis imperpetuum quietumclamasse Johanni de Clynt seniori de Ripon', capellano, hæredibus et assignatis suis, totum jus et clameum meum quod unequam habui, habeo, seu aliquo modo de cætero habere potero in illis tribus rodis et dimidia terræ et prati cum suis pertinenciis, jacentibus in campo Ripon' in diversis locis, quæ prædictus Johannes de Clynt habet ex dono et concessione mea secundum tenorem cujusdam cartæ meæ inde prædicto Johanni plenarie factæ, prout una roda et dimidia terræ cum suis pertinenciis insimul jacent prope Randekerr, inter terram quondam Johannis Colstane ex parte boriali, et terram Johannis Euerwak ex parte australi, et abbuttat super terram prædicti Johannis Euerwak versus occidentem, et una dimidia acra prati cum suis pertinenciis, quod quondam fuit Ricardi de Stow insimul jacent aput Hayllekeld juxta pratum prædicti Johannis de Clynt ex parte australi. Ita videlicet quod nec ego prædictus Johannes de Tanfeld nec hæredes mei nec aliquis pro me seu nomine meo, aliquid juris vel clamei in

16 b. Quit-claim of rights in divers lands, by John de Tanfeld to John de Clynt, chaplain.

(1) MS. has 'effectum inde.'

prædictis tribus rodis et dimidia terræ et prati cum suis pertinenciis de cætero exigere vel vendicare poterimus in futurum, set ab omni accione simus exclusi per præsentes imperpetuum. Et ego vero prædictus Johannes de Tanfeld et hæredes mei prædictas tres rodas et dimidiam terræ et prati cum suis pertinenciis præfato Johanni, hæredibus et assignatis suis ut prædictum est contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Witnesses. Hiis testibus, Johanne de Shirwod, Roberto de Brunhous, Johanne de Topclyff, Willelmo de Scotton, Roberto Skayf, Nov. 14, A.D. 1367. Willelmo del Chamber, et multis aliis. Dat. apud Ripon,' die Dominica prox. post festum Sancti Martini in yeme, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo septimo.

(XC.)

16 a. Grant of land by John de Tanfeld to John de Clynt, chaplain. Randekerr.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes de Tanfeld de Ripon' dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Clynt seniori de Ripon', capellano, tres rodas et dimidiam terræ et prati cum suis pertinenciis, jacentes in campo Ripon' in diversis locis, unde una roda et dimidia terræ cum suis pertinenciis insimul jacent juxta Randekerr inter terram Johannis Colstane ex parte boriali et terram Johannis Euerwake ex parte australi, et abbuttat super terram prædicti Johannis Euerwak ex parte versus occidentem, et dimidia acra prati cum suis pertinenciis quod quondam fuit Haillekeld. Ricardi de Stowe insimul jacet apud Haillekeld juxta pratum prædicti Johannis de Clynt ex parte australi. Tenendum et habendum prædictas tres rodas et dimidiam terræ et prati cum suis pertinenciis, prædicto Johanni de Clynt, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, in pace, et imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Johannes de Tanfeld et hæredes mei prædictas tres rodas et dimidiam terræ et prati cum suis pertinenciis præfato Johanni, hæredibus, et assignatis suis in forma prædicta ut prædictum est contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum Witnesses. apposui. Hiis testibus, Johanne de Shirwod, Roberto de Brunhous, Johanne de Topclyff, Willelmo Lytster, Roberto Skayf, Willelmo del Chaumber, Johanne de Whytyngton, et Feb. 8, A.D. 1361-2. multis aliis. Dat. apud Ripon die Lunæ prox. post festum

Purificacionis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo primo, et regni regis Edwardi tercii post conquæstum Angliæ tricesimo sexto.

(XCI.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes de Wodhome de Ripon' concessi, dedi, et hac præsenti carta mea confirmavi Willelmo filio Johannis de Ilketon de Ripon', totam illam dimidiam acram prati cum pertinenciis apud Hayllekeld in campo de Ripon' jacentem inter pratum cujusdam domini Johannis de Benyngesword ex parte boriali, et pratum cujusdam Ricardi de Stowe ex parte australi, quam quidem dimidiam acram prati habui ex dono et concessione Willelmi Discy de Rypon', capellani, sicut sua carta inde michi confecta plenius testatur. Habendum et tenendum totam prædictam dimidiam acram prati cum pertinenciis prædicto Willelmo et hæredibus suis et suis assignatis contra omnes homines warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Dat. apud Ripon' die Veneris prox. post festum Sancti Martini in hyeme, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sextodecimo. Hiis testibus, Willelmo de Schirewod, Hugone de Skaulton, Nicholao Huberd, Johanne de Ilketon', Johanne Huberd, Johanne Skayf, Willelmo le Smale, Waltero de Hollegille, et multis aliis.

17. *Nota.* John de Wodhome grants to Will. de Ilketon half an acre, which he had by grant of Will. Discy, chaplain. Nov. 12, A.D. 1316. Witnesses.

In quorum visionis et compercionis testimonium has literas nostras Thomæ de Markyngfeld, prædictæ cantariæ patrono, fieri fecimus testimoniales, sigillo nostro pendente signatas. Dat. Ripon', xv die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo cccc^{mo} decimo.

Certificate of Chapter. Aug. 15. A.D. 1410.

BEGINNING OF AN ENROLMENT OF CERTAIN CHARTERS RELATING TO THE CHANTRY OF ST. ANDREW.[1]

Universis Sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint, capitulum ecclesiæ collegiatæ Beati Wilfridi Ripon', salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos cartas et munimenta fundacionem ordinacionem et dotacionem cantariæ ad altare beati Andreæ in ecclesia nostra

Inspeximus by the Chapter.

(1) On a single skin measuring $20\frac{1}{2}$ by $18\frac{3}{4}$ inches. A margin of $2\frac{1}{4}$ inches is left at the bottom, but the document seems to be incomplete, not having the certificate at the end. Compare No. xci. For the Royal licence for St. Andrew's chantry, see above, p. 189.

antedicta existentis vidisse et inspexisse diligenter, in quibus vidimus et comperimus, prout hic inferius continetur de verbo ad verbum omnia fideliter contineri.

(XCII.)

John de Stowe grants a rent of 6s., which Henry Attekeld has paid to him.

Berfordgate.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes, filius et hæres Ricardi de Stowe de Ripon' dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni Hubert et Johanni de Clynt seniori de Ripon', capellanis, hæredibus et assignatis suis, unum annuum redditum sex solidorum, quem Henricus Attekeld de Bondegate solvere solebat michi pro uno burgagio cum pertinenciis jacente in Berfordgate in Ripon', et dimidiam acram prati jacent. in Randkerr in campo de Bondegate, quæ quidem burgagium et pratum prædictus Henricus et Agnes uxor ejus habent ex concessione mea, prout in scripto inde confecto plenius continetur. Concessi eciam et dedi eisdem Johanni Hubert et Johannis de Clynt, omne jus et clameum meum quæ habeo vel habere potero in prædicto burgagio et dimidia acra prati, vel quod michi seu hæredibus meis quandolibet poterit respicere, secundum vim, formam, et effectum quarundem indenturarum inter me et dictum Henricum factarum, habendum et percipiendum prædictum annuum redditum sex solidorum cum pertinenciis præfatis Johanni et Johanni, hæredibus et assignatis suis ad festa Pentecostes et Sancti Martini in yeme (*per æquales*)[1] porciones, cum toto jure et clameo meo forma prædicta. Et ego prædictus Johannes et hæredes mei prædictum annuum redditum sex solidorum cum toto jure et clameo meo in eisdem burgagio et dimidia acra prati cum pertinenciis suis, prædicto Johanni Hubert et Johanni de Clynt, hæredibus et assignatis suis, secundum formam prædictam, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ meæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Rogero de Clotheru', Johanne de Shirwod, Roberto de Brunhous, Willelmo de Scotton, Johanne de Tanfeld, et multis aliis. Dat. apud Ripon', die Martis prox. ante festum Sancti Georgii Martiris, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo quarto.

Witnesses.

April 16, A.D. 1364.

(XCIII.)

Henry Attekeld and Agnes,

Omnibus præsens scriptum visuris vel audituris. Henricus Attekeld, manens in Bondegate juxta Ripon', et Agnes uxor

(1) Skin destroyed here.

ejus, salutem in Domino. Sciatis nos attornasse nos (*sic*) per assignacionem Johannis filii Ricardi de Stowe de Ripon', Johanni Hubert, et Johanni de Clynt seniori, capellanis, de Ripun', de servicio et redditu sex solidorum per annuum de quodam burgagio jacente in Berforgate in Ripun', et dimidiam acram prati jacent. in Ranker in campo de Bondegat exeunt. cum pertinenciis suis, quæ ante confeccionem hujus scripti tenuimus de prædicto Johanne filio Ricardi de Stowe, fatentes nos, hæredes, et assignatos nostros imperpetuum esse intendentes de prædictis servicio et redditu præfatis Johanni, Huberto, et Johanni de Clynt, hæredibus et assingnatis suis sicut fore solebamus prædicto Johanni filio Ricardi ante assingnacionem ipsius Johannis præfatis Johanni, Huberto, et Johanni de Clynt inde factam. Et dictum burgagium et pratum de cætero de dictis Johanne, Huberto, et Johanne de Clynt, hæredibus et assingnatis suis tenere secundum vim, formam, et effectum indenturarum inde nobis factarum sine contradiccione aliquali. In quorum omnium testimonium præsenti scripto nostro sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Roberto Skayfe, Willelmo de Scotton', Henrico Smyth, Willelmo de le Clauner, Johanne de Quyttyngton', et aliis. Dat. apud Ripun', die Mercurii prox. ante festum Georgii Martiris, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo quarto.

his wife, bind themselves to hold the above of the chaplains.

Witnesses.

April 17, A.D. 1364.

(XCIV.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Robertus de Brunhous de Ripon' dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni de Clynt seniori de Ripon', capellano, unum gardinum cum suis pertinenciis jacens in Ripon' in Alhalowgate in tenura Johannis Clerk, et continet in longitudine centum et sex pedes hominum, in latitudine vero continet quinquaginta et quatuor pedes hominum, prout jacet inter gardinum Walteri Gyll ex parte una, et gardinum quondam Johannis Skayfe ex parte altera, tenendum et habendum prædictum gardinum in longitudine et latitudine sicut prædictum est prædicto Johanni, hæredibus, et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, et in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Robertus et hæredes mei prædictum gardinum cum suis pertinenciis in longitudine et in latitudine ut prænominatum est, præfato Johanni, hæredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic

Rob. de Brunhous grants a garden in Allhallowgate.

Witnesses. præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Cluther', Johanne de Schirwod, Johanne de Tanfeld, Waltero de Ledes, Johanne del Grene, Johanne de Morpath, et multis aliis. Dat. apud Ripon', vicesimo die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo sexto.

Mar. 20, A.D. 1366.

(XCV.)

Amabel, a widow, grants to R. le Shephird a messuage and land on lease.

Sciant præsentes et futuri quod ego Amabilla (quondam *interlined*) uxor Johannis de Dynyngton, concessi, dedi, et præsenti carta mea cirographata confirmavi Ricardo le Shephird de Ripon' et Emmæ uxori ejus, unum mesuagium cum pertinenciis in Ripon' jacens inter messuagium Rogeri Herman ex una parte, et mesuagium Willelmi Herman ex altera, et abbuttat super regiam stratam versus occidentem in Herstretegate, et quinque acras terræ cum pertinenciis, jacentes in hiis locis, videlicet duas acras tres rodas et dimidiam apud Baldwynkeld juxta terram hospitalis Beatæ Mariæ Ripon' ex parte occidentali, tres rodas inter terram Aliciæ Eyuyll ex una parte, et terram Willelmi Herman ex altera, abbuttantes super Herstretegate versus occidentem, tres rodas et dimidiam super Benhill juxta terram prædicti hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ, et dimidiam acram juxta le Estmyln' in campo Ripon'. Habend. et tenend. omnia prædicta tenementa cum suis pertinenciis prædictis Ricardo et Emmæ et hæredibus de corporibus eorum legitime procreatis, de me et hæredibus meis, libere, quiete, integre, bene, et in pace, reddendo inde per annum pro me et hæredibus meis domino Archiepiscopo Ebor' qui pro tempore fuerit, capitali domino feodi illius, sex solidos et octo denarios argenti ad terminos Sancti Martini in hyeme et Pentecostes per æquales porciones, et michi et hæredibus meis viginti solidos argenti ad terminos prædictos per æquales porciones, et porcionem sectæ curiæ pro tantis tenementis contingentem, ad inveniendum attornatum ad curiam (præ *interlined*) dicti domini Archiepiscopi apud Ripon' per annum pro me et hæredibus meis ad dictam sectam faciendam. Et ego Amabilla et hæredes mei omnia prædicta tenementa cum pertinenciis, prædictis Ricardo et Emmæ et hæredibus de corporibus eorum legitime procreatis, ut prædictum est in forma prædicta, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, et defendemus. In cujus rei testimonium parti hujus cartæ cirographatæ penes prædictos Ricardum et Emmam remanenti, sigillum meum apposui. Et prædicti Ricardus et Emma alteri parti hujus cartæ cirographatæ

Herstretegate.

Baldwynkeld.

Rents to Archbishop of York and to grantor.

penes me remanenti sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus, domino Simone Ward, milite, Ricardo de Burton, tunc ballivo Ripon', Hugone de Skelton, Nicholao Hubert, (Anngerosfrere ?) Johanne Bellgeter,[1] Rogero Herman, et aliis. Witnesses.

(XCVI.)

Confirmation of the previous grant by John de Bouland.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Johannes de Bouland de Ripon' et Alina uxor ejus, salutem. Cum Amabilla uxor Johannis de Dynyngton dudum concessit et dedit, et carta sua cyrographata confirmavit Ricardo le Shephird de Ripon' et Emmæ uxori suæ, unum messuagium et quinque acras terræ cum pertinenciis in Ripon', reddendo inde per annum præfatæ Amabillæ et hæredibus suis viginti solidos argenti ad terminos Sancti Martini in yeme et Pentecostes, per æquales porciones, prout plenius patet per prædictam cartam cirographatam, quem quidem redditum Willelmus filius et hæres Nicholai de Dynyngton et Agnetis de Acres ut proximus hæres prædictæ Anabillæ (*sic*) postea concessit nobis Johanni de Bowland et Aliciæ uxori meæ, hæredibus et assignatis nostris, habendum et percipiendum de prædictis mesuagio et quinque acris terræ cum pertinenciis suis imperpetuum, in virtute cujus concessionis Isolda Milner, Johannes Teler, et Matilda filia Roberti de Tanfeld de Ripon', tenentes prædicti mesuagii et prædictarum quinque acrarum terræ cum pertinenciis nobis attornaverunt; Noveritis nos dedisse, concessisse, et præsenti carta nostra confirmasse Johanni de Clynt seniori de Ripon, capellano, prædictum redditum viginti solidorum exeuntem de prædicto mesuagio et prædictis quinque acris terræ cum pertinenciis annuatim, simul cum duabus solidatis et octo denarratis annuæ redditus exeuntis de uno mesuagio cum pertinenciis, quondam Galfridi Glouer in Ripon' in Ploxomgate. Habend. et percipiend. prædictos redditus prædictorum viginti duorum solidorum et octo denariorum præfatis Johanni de Clynt, hæredibus, et assignatis suis, de prædictis duobus mesuagiis et prædictis quinque acris terræ cum omnibus pertinenciis ad terminos supradictos imperpetuum. Et si contingat prædictos redditus a retro esse in parte vel in toto, ad aliquem terminum, bene liceat prædicto Johanni de Clynt, hæredibus, et assignatis suis, tam in prædicto mesuagio in Ploxomgate pro prædicto redditu

New grant. (beside "Noveritis nos dedisse …")

Power to distrain. (beside "supradictos imperpetuum …")

(1) For Bellȝeter, a trade-name indicating a bell-founder (Pr. Parv. 30). Billiter Street in London is supposed to be named from 'Bellȝetters.'

duorum solidorum et octo denariorum, quam in prædictis mesuagiis et quinque acris terræ et in qualibet particula eorundem pro prædicto redditu viginti solidorum distringere, et districciones retinere quousque de prædictis redditu viginti duorum solid. et octo denar. et arreragiis si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum. Et ego vero prædictus Johannes de Bowland et hæredes mei prædict. redditum prædictorum viginti duorum solid. et octo denar. prædicto Johanni de Clynt, hæredibus et assignatis suis ut prædictum est contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum et defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Witnesses. Hiis testibus, Johanne de Clother', Rogero de Clother', Johanne de Shyrwod, Roberto de Brunhous, Waltero de Ledes, Johanne Mar. 8, A.D. 1366. de Tanfelde, Willelmo de Scotton', et multis aliis. Dat. apud Ripon' octavo die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo ccc^mo^ sexagesimo sexto.

(XCVII.)

John de Clynt, chaplain, grants to David de Wollore, canon, messuages and land.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes de Clynt de Ripon', capellanus, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi domino David de Wollore, canonico ecclesiæ collegiatæ Ripon', duo messuagia, duo gardina, et sex acras terræ et prati, cum suis pertinenciis, jacentibus in villa et territorio de Ripon' in diversis locis, quorum unum messuagium jacet in Alhalowgate inter messuagium Roberti de Brunhous ex parte una, et mesuagium quondam Johannis de Nonnewykthornes ex parte altera. Et dictum gardinum jacet ibidem juxta gardinum Walteri Gyll, buttant. super gardinum Isoldæ Milner. Item aliud messuagium jacet in Annesgate juxta mesuagium quondam Radulfi de Kirkby ex parte una, et mesuagium Willelmi de Brig ex parte altera. Item una acra et una roda terræ jacent aput Stobtres (?) inter terram Willelmi Dayuell ex parte boriali, et terram Walteri de Ledes ex parte australi, buttant. super terram Johannis de Cloter' versus orientem. Item tres rodæ terræ jacent prope ibidem juxta terram Walteri del Chambre Grenegate. buttant. super Grenegate. Item una acra prati insimul jacet Halykeld. aput Halykeld. Item una acra et dimidia prati jacent in Lemyngholm. Lemyngholm in duobus locis juxta terram Johannis Bowland, Johannis Euerwak, et Thomæ del Myre. Item una dimidia Randker. acra prati insimul jacet prope Randker, et una roda terræ jacet Skelmanley. in Skelmanleya juxta terram Elizabeth de Snayth, buttant. super Morelandes versus austrum. Concessi eciam et dedi

prædicto domino Dauid quendam annualem redditum viginti solidorum exeuncium de terris et tenementis quæ quondam fuerunt Ricardi le Shephird de Ripon' in le Horsefair, percipiendum annuatim ad terminos prædictos et Sancti Martini in yeme per æquales porciones in perpetuum. Concessi eciam et dedi eidem domino Dauid, unum annualem redditum septem solidorum exeuncium de tenemento Rogeri Wright in Skelgate ad terminos subscriptos prædictos. Concessi eciam et dedi prædicto domino Dauid unum annualem redditum sex solidorum argenti exeuncium de uno burgagio et una grangia et una acra et dimidia prati Henrici del Keld in Berfordgate et Randkeir ad terminos prædictos. Concessi eciam et dedi, et hac præsenti carta mea confirmavi prædicto domino Dauid, quendam annualem redditum duorum solidorum et octo denariorum argenti exeuntem de tenementis quæ quondam fuerunt Galfridi de Pontefract in Ploxumgate ad terminos prædictos per æquales porciones. Et si contingat prædictos redditus a retro esse in parte vel in toto, post aliquem terminum, bene liceat prædicto domino Dauid, hæredibus et assignatis suis, in omnibus prædictis terris et tenementis cum suis pertinenciis distringere, et districciones retinere quousque de toto prædicto redditu et arreragiis, si quæ fuerint, plenarie fuerit satisfactum. Habendum et tenendum omnia prædicta messuagia, terras, et prata, cum redditibus prædictis cum suis pertinenciis, præfato domino Dauid, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, in pace, et imperpetuum, de capitalibus dominis feodorum illorum, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Johannes et hæredes mei omnia prædicta messuagia, terras, et prata, cum redditibus suis et cum suis pertinenciis, præfato domino Dauid, hæredibus et assignatis suis, ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Clother', Johanne de Shirwod, Roberto de Brunhous, Johanne de Topclyff, Willelmo de Scotton, et multis aliis. Dat. apud Ripon', quarto die mensis Aprilis, anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo septimo.

Power to distrain.

Witnesses.

April 4, A.D. 1367.

(XCVIII.)

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Elena quondam uxor Benedicti de Burgh, salutem in Domino. Noveritis me in viduetate mea remisisse, relaxasse, et omnino imperpetuum

Ellen, widow of Benedict de Burgh.

renounces to John de Clynt her claim in a house.

quietum clamasse Johanni de Clynt seniori de Ripon', capellano, hæredibus et assignatis suis, totum jus et clameum meum quod uncquam habui, habeo, seu aliquo modo de cætero habere potero in futurum, in toto illo tenemento cum suis pertinenciis, jacente in Ripon' in Ploxomgate inter tenementum Johannis Bayn ex parte una, et tenementum Thomæ de Thorp' ex parte altera, nomine dotis. Ita videlicet quod nec ego prædicta Elena, nec hæredes mei, nec aliquis pro me seu nomine meo, aliquid juris vel clamei in prædicto tenemento cum suis pertinenciis nomine dotis de cætero exigere vel vendicare poterimus in futurum, set ab omni accione simus exclusi per præsentes imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Topclyff, Waltero de Ledes, Johanne de Tanfeld, Ricardo de Stokes, Willelmo de Scotton, et multis aliis. Dat. apud Ripon', viij^{vo} die mensis Octobris, anno regni regis Edwardi tercii post conquæstum quadragesimo nono.

Witnesses.

Oct. 8, A.D. 1375.

VI. OUTLYING CHAPELS.

XCIX. LICENCE FOR SAWLEY CHAPEL.

(Ripon Chapter MS.)

Chapter of Ripon to Adam Ward.

Capitulum Sancti Wilfridi de Ripon', omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse Adæ Ward et hæredibus suis habere capellam apud Psallay, et capellanum servientem, salvo in omnibus jure parochiali, sub hac forma. Prædictus Adam nobis capellanum præsentabit, qui antequam in præfata capella ministret jurabit nobis de indempnitate oblacionum et obvencium[1] et omnium beneficiorum quæ antiquitus et de novo ad ecclesiam nostram pertinere dinoscuntur, et quod fidelis erit ecclesiæ nostro et capitulo et canonico ad cujus præbendam parochialia de Salleya pertinent, nec nos in aliquo quod spectat ad jus matris ecclesiæ defraudabit. Et præterea idem capellanus sub eodem juramento nobis respondebit pro tota illa parochia nostra cui serviet. De tribus oblacionibus trium sollempnitatum annualium per singulos annos, scilicet Natalis Domini, Paschæ, et Sancti Wilfridi, id est in quolibet prædictorum festorum, de unoquoque *Husebande* obolum, et de unaquaque *Husewif* obolum. Quas oblaciones prædictus capellanus auctoritate Beati Wilfridi et nostra, et si necesse fuerit, domino Ada et hæredibus suis cogentibus,

Adam Ward to present a chaplain.

Oblations at the three great feasts.

[1] So in MS.

colliget. Dictus autem Adam et hæredes sui cum familia sua in prædictis tribus sollempnitatibus ad matrem ecclesiam suam venient. Cæteri vero parochiani villæ prænominatæ in hiis sollempnitatibus venient ad matrem ecclesiam suam, scilicet die Natalis Domini, die Purificacionis, die Crucis adoratæ,[1] die Paschæ, diebus Ascensionis, diebus Pentecosten', diebus Sancti Wilfridi, die Omnium Sanctorum. Ad hæc præfatus Adam vel quicumque ei successerit, præfato capellano in eadem capella servienti et victui et vestitui nescessaria ministrabit, vel pro hiis quantum inter eos convenerit de proprio ministrabit et assignabit. Recipiet autem prædictus capellanus ex parte nostra manus portum[2] quod præbent parochiani et quam[3] alii fideles gratis offerrent, exceptis hiis quæ offerentur in festis capellæ, et exceptis omnibus illis quæ de jure debentur ecclesiæ nostræ, scilicet decimis omnibus, sponsalibus, purificacionibus, omisis confessionibus. Et si quis presbiterorum ibi ministrancium aliquo tempore contra sacramentum fecerit, et jus ecclesiæ nostræ aliquod subtraxerit, presbiterum statim auctoritate nostra ejiciemus. Præter prædicta idem Adam promisit pro se et hæredibus suis prædictæ ecclesiæ Ryppon' habere in die translacionis Sancti Thomæ Martyris singulis annis nomine oblacionis de unoquoque Husebondo, obolum, et de unaquaque Husewiva, obolum. Juravit quoque idem Adam de indempnitate ecclesiæ nostræ, et quod a præscripta constitucione in perpetuum non recedet. Nos vero prætaxatam convencionem ut firmior esset sigilli nostri munimine corroboravimus. Hiis testibus; Magrio J. Romano, Gaufrido de Larder, domino W. de Wiburne, L. de Thopecl',[4] Willelmo de Vescy, canonicis; Ranulfo, Roberto, Jeronimo, Johanne, Willelmo, Mathæo, capellanis; magistro Willelmo scolarum tunc decano; Roberto de Bereforde, tunc baillivo; Gerardo clerico; Roberto de Munketon; Alano de Aldefeld; Dauid' de eadem villa; Ricardo Inbreviatore, et multis aliis.

The mother church to be visited on certain feasts.

Maintenance of chaplain.

Mainport.

Rights of the mother church.

Translation of St. Thomas' oblations.

Witnesses

Label with traces of green wax, and the word Interibimus *written on it.*

Endorsed, the foundation of Sawley chappell. The foundation of Psalley chapell. B. 53.

(1) Good Friday. For the Adoration of the Cross, see York Missal, vol. i. pp. 105–7.

(2) Mainport. *Manus* or *in manu* portatum (here the MS. apparently has 'portū'), a small duty in lieu of certain tithes, commonly paid in loaves of bread.—Jacob's *Law Dict.*, s. v. Mainport.

(3) So in MS. (4) Topcliffe.

C. LICENCE FOR ALDFIELD CHAPEL.

(DARNBROUGH MS. xxx.)

Chapter of Ripon to Alan de Aldfeld.

Universis has literas visuris vel audituris, Capitulum Beati Wilfridi de Rypon', salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos concessisse domino Alano de Aldfeld et hæredibus suis habere cantariam apud Aldfeld, et capellanum servientem ibidem, salvo in omnibus jure parochiali, sub hac forma, videlicet quod dictus Alanus et hæredes sui nobis capellanum præsentabunt antequam in prædicta capella ministret. Jurabit et idem capellanus de indempnitate oblacionum, obvencionum, et omnium beneficiorum, quæ antiquitus et de novo ad ecclesiam nostram pertinere dinoscuntur, et quod fidelis erit ecclesiæ nostræ et capitulo et canonicis, nec eos in aliquo quod spectet ad jus matris ecclesiæ defraudabit. Prædictus vero Alanus et hæredes sui cum familia sua et alii parochiani illius villæ in solempnitatibus debitis et consuetis oblaciones canonice faciend. ad matrem ecclesiam venient. Ad hæc prædictus Alanus et hæredes sui præfato capellano victui et vestitui necessaria vel pro hiis quantum inter eos convenerit de proprio assignabunt, ita quod capitulum in nullo oneretur. Et si quis presbiterorum ibidem ministrancium aliquo tempore contra sacramentum suum fecerit, et jus matris ecclesiæ aliquid subtraxerit fraudulenter vel inhoneste, sive injuste se habuerit, quam cito super hoc coram nobis fuerit convictus et confessatus presbiter statim auctoritate nostra ejiciemus sine contradiccione ipsius Alani vel hæredum suorum. Reddend. inde annuatim idem Alanus et hæredes sui nobis et successoribus nostris duos solidos argenti imperpetuum, videlicet duodecim denarios ad Pentecosten, et duodecim denarios ad festum Sancti Martini in hyeme, eciam si capella ipsa servicio careat sacerdotis. Pro hujus autem concessionis gracia optinenda concessit nobis dictus Alanus, pro se et hæredibus suis, liberum transitum cum hominibus, equis, carris, et carectis, per turbariam suam versus quarariam de Tranmire, quolibet tempore anni eundo et redeundo sine impedimento ipsius Alani vel hæredum suorum imperpetuum. In cujus rei testimonium tam nos quam prædictus Alanus præsentibus scriptis in modum cirograffi confectis alternatim (*sigilla*) nostra apposuimus. Hiis testibus, Dominis Thoma filio Briani, Ad. de Pynhou, Thoma de Wakefeld, Rogero de la Leye, Hugone de Roderham, Willelmo de Grenfeld, tunc canonicis; Roberto de Almanbury, Ricardo de

Alan to present a chaplain.

The mother church to be visited on certain feasts.

Maintenance of chaplain.

Rent of 2s. to Chapter.

Witnesses.

Toppeclyff, Ad. de Banbiri, Roberto de Multona, Rogero de Tane, Willelmo de Bondgate, tunc vicariis; Roberto Dispenser, Willelmo Tinctore, Ricardo de Stowe, Willelmo Aldrez, et Roberto de Mytona, burgensibus Rypon', et aliis.[1]

CI. FOUNDATION OF CHAPEL IN NORTHRIG.

(Darnbrough MS. xxxi.)

Rog. de Neubi to Chapter of Ripon.

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Rogerus de Neubi et hæredes mei, pro habenda capella in Northrig, dedimus et concessimus Deo et Beato Wilfrido Rip'nsis ecclesiæ, et canonicis ibidem Deo servientibus, duas acras terræ in Northrig, in puram et perpetuam elemosinam, cum communibus asiamentis ad terram prænominatæ capellæ pertinentibus, et pro habendo servicio in eadem capella sicut in aliis capellis parochiæ, scilicet, semel in anno in festo illius Sancti in cujus honore capella fabricata fuerit. Hiis testibus, canonicis ejusdem ecclesiæ, scilicet, Willelmo de Gilling, Alano capellano domini G. Eboracensis, Henrico de Pinkeni, Nicholao Murdac; Capellanis ejusdem ecclesiæ, Stephano, Radulfo de Poplint', Iuone, Willelmo filio Gam'lli, Gilleberto cognato A(lani) canonici, Absalon cognato Willelmi de Gilling, Adā de Rochesburg; Diaconibus ecclesiæ, scilicet Willelmo de Merchinton, Willelmo nepote A(lani) canonici, Willelmo filio Orm, Roberto de Gilling; Subdiaconibus, Hugone nepote A(lani) canonici, Rogero filio Durandi, Nigello, Johanne filio Thorphini, Gilleberto filio W. Farmer, Willelmo Ward, Radulfo filio Aldelini, Roberto de Mulwath, Radulfo de Nunewic, Dolfino de Clutherum, Roberto de Merchinton, Roberto de Lanum, Randulfo de Munketon, Samson de Wigetot, Roberto Forestario, Mathæo Forestario, et multis aliis.

Witnesses.

CII. GRANT OF LAND TO CHAPEL AT NUNWICK.

(Darnbrough MS. xxxii.)

Rog. de Nonewich to Nunwick Chapel.

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ (filiis) hanc cartam visuris vel audituris, Rogerus de Nonewich, salutem. Noverit universitas vestra me Divinæ pietatis intuitu et pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, concessisse et dedisse, et hac præsenti carta mea confirmasse Deo et Sanctæ Helenæ, et ad

(1) This charter is entered in a Register of Fountains charters; Cott. MS. Fol. C. xii., fo. 41 b.

sustentacionem capellani et clerici in capella Sanctæ Helenæ de Nonewych honeste ministrancium, in puram et perpetuam elemosinam, illud tophtum in Nonewich quod Robertus filius Herberti tenuit, et terram quæ jacet inter molendinum et vetus stagnum quæ vocatur Caremanriding, et terram quæ jacet inter terram Walteri filii Bernardi et Willelmi Pampe, juxta pontem versus Hoton et Scottebuttes in Landwatbothemi, et unam acram terræ supra moram juxta terram Hugonis præpositi versus partem aquilonalem. Concessi eciam dictis capellano et clerico pasturam et asiamenta ad octo averia sive boves sive vaccas, et ad viginti oves. Ego siquidem prænominatus Rogerus et hæredes mei guarentizabimus et defendemus præscriptas terras cum omnibus pertinenciis, et prædictam pasturam, tanquam puram et perpetuam elemosinam nostram, contra omnes homines. Hiis testibus, Magistris W. Aureliano, A. de Richemund, Gaufrido de Lardour, canonicis; Willelmo Ward, Johanne Aleman, Samson de Wigetot, Roberto de Munketon, Ricardo Imbreviatore, et multis aliis.

Bridge near Hutton.

Witnesses.

CIII. GRANT OF LAND TO CHAPEL AT NUNWICK.

(Darnbrough MS. xxxiii.)

Walter de Nonewich to chapel of St. Helen.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Walterus de Nonewich, salutem. Noverit universitas vestra me Divinæ pietatis intuitu concessisse et dedisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, Deo et capellæ Sanctæ Helenæ de Nonewich, in puram et perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ et antecessorum et parentum et amicorum meorum subsequencium, ad inveniendum sustentacionem capellani et clerici in eadem capella Deo et Sanctæ Helenæ ministrancium, totam terram illam quæ vocatur Kirkeflikes, inter dictam capellam et aquam de Shor[1] versus austrum. Ut autem hæc mea donacio a nemine in posteris temporibus possit infringi, præsentem paginam sigilli mei apposicione roboravi. Hiis testibus, Magistris W. Aureliano, A. de Richemond, Gaufrido de Lardero, canonicis de Ripon'; Willelmo Ward, Johanne Aleman, Gaufrido de Markingfeld, Roberto de Munketon, Samsone de Wigetot, Willelmo de Salley, Waltero et Willelmo de Clutherum, Ricardo Imbreviatore, et aliis.

Witnesses.

[1] So in MS., doubtless for 'Yore.'

CIV. GRANT OF LAND FOR CHAPEL AT HUTTON CONYERS.

(Darnbrough MS. xxxiv.)

Rog. de Coiners to the Church of Ripon.

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, Rogerus de Coiners, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego Rogerus de Coiners, communi assensu et consensu Roberti hæredis mei, dedi et concessi, pro salute animæ meæ et omnium successorum meorum et hæredum meorum, ecclesiæ Sancti Wilfridi de Ripona, x acras terræ cum thofto et cum omnibus pertinenciis suis et libertatibus, libere et quiete ab omnibus serviciis habendas, in perpetuam elemosinam, vj acras scilicet et toftum pro capella quam michi et hæredibus meis concesserunt habendam in Hotun, secundum quod cirographum inter canonicos de Ripon' et Robertum filium meum purportat. Quarum tres acræ et dimidia sitæ sunt in Blakamor, una acra in Tothelandes, una in Dufane, dimidia in Sandwath, et toftum quod fuit Ricardi le Sauner (?). Et præterea dedi iiij^or acras terræ pro (fraternitate ?) ecclesiæ Sancti Wilfridi, habenda michi et hæredibus meis. Quarum una acra et una roda sitæ sunt in Sandland, et duæ acræ et una roda in Ridding, et dimidia acra in Kendale . . atam dimidiam acram in eodem loco. Has terras dedimus et concessimus, ego et Robertus filius meus, ecclesiæ Sancti Wilfridi et canonicis ibidem Deo servientibus, tenendas in perpetuam elemosinam, pro animabus nostris et pro animabus antecessorum nostrorum, libere et quiete ab omnibus exaccionibus et serviciis, cum omni communa pasturæ, turbariæ, boschi et plani, viarum, semitarum, aquarum, et omnium asiamentorum ad eandem terram pertinencium. Ut autem hæc donacio stabilis perseveret, eam sigilli mei et sigilli Roberti filii mei apposicione signavimus. Hiis testibus, Radulpho de Camarill, Hugone filio Gernegan, Hugone de Flammavill, Alano Brimcoste,[1] Gilberto de Rugemund, Radulpho de Nunnewic, Humfrido filio Adæ de Bischoptun, Willelmo Wellfed, Nigello de Nortun, magistro Johanne de Ebor ', Radulfo clerico, Henrico filio Henrici de Pinckeni, Thoma fratre ejus, Willelmo filio Walding de Barton, Willelmo filio Bernardi, Willelmo nepote domini Alani canonici, Nicholao filio Aldredi, Rogero de Stambregate, Nicholao Parmiter, Willelmo et Ada filiis suis, Willelmo et Simone fratribus.

Chapel at Hutton Conyers.

Church of Ripon.

Witnesses.

[1] So in MS., probably for 'Bruntofte.'

CV. LICENCE FOR CHAPEL AT HEWICK BRIDGE.

(Darnbrough MS. xxxv.)

Chapter of Ripon to G. de Hewyke.

Universis has literas visuris vel audituris, Capitulum Beati Wilfridi de Rypon', salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos concessisse Galfrido de Hewyke et hæredibus suis habere cantariam apud Hewyke ad pontem, et capellanum servientem ibidem, salvo in omnibus jure parochiali sub hac forma, videlicet quod prædictus Galfridus et hæredes sui præsentabunt nobis capellanum annuatim in festo Sancti Michaelis antequam in prædicta capella ministret. Jurabit et idem capellanus de indempnitate oblacionum obvencionum et omnium beneficiorum quæ antiquitus et de novo ad ecclesiam nostram pertinere dignoscuntur, et quod fidelis erit ecclesiæ nostræ et capitulo et canonico ad cujus præbendam parochialia pertinent, nec eos in aliquo quod spectet ad jus matris ecclesiæ defraudabit. Prædictus vero Galfridus et hæredes sui cum familia sua in solemnitatibus Natalis Domini, Paschæ, et Sancti Wilfridi, ad matrem ecclesiam venient annuatim. Cæteri vero parochiani prænominatæ villæ in hiis solemnitatibus venient ad matrem ecclesiam, scilicet die Natalis Domini, die Purificacionis Beatæ Mariæ, die Crucis adorandæ, die Paschæ, diebus Ascensionis et Pentecostes, diebus Sancti Wilfridi et die Omnium Sanctorum, et in omnibus aliis festis debitis et consuetis. Ad hæc prædictus Galfridus et hæredes sui præfato capellano in eadem capella servienti victui et vestitui necessaria, vel pro his quantum inter eos convenerit, de proprio assignabunt, ita quod capitulum in nullo oneretur. Et si quis presbiterorum ibidem ministrancium aliquo tempore contra sacramentum fecerit, et jus matris ecclesiæ aliquid subtraxerit fraudulenter, presbiterum statim auctoritate nostra ejiciemus sine contradiccione ipsius Galfridi vel hæredum suorum. Prædictus vero Galfridus et hæredes sui jurabunt de indempnitate matris ecclesiæ, et quod a prædicta constitucione non recedent. Reddend. inde annuatim idem Galfridus et hæredes sui nobis et successoribus nostris in perpetuum duos solidos argenti; videlicet, duodecim denarios ad Pentecosten, et duodecim denarios ad festum Sancti Martini in hyeme, eciam si capella ipsa servicio caret sacerdotis. In cujus rei testimonium tam nos quam prædictus Galfridus præsentibus scriptis in modum chirographi divisis, alternatim nostra apposuimus sigilla. Hiis testibus, Dominis Ada de Pynkeneye, Thoma filio Briani, Hugone de Roderham, Rogero de la Leye, Thoma

G. de H. to present a chaplain.

Oblations due to the mother church.

The mother church to be visited on certain feasts.

Maintenance of chaplain.

Rent of 2s. to Chapter.

Witnesses.

de Wakefeld, Willelmo de Grenefeld,[1] tunc canonicis. Roberto de Almanbirye, Ricardo de Toppeclyfe, Roberto de Multon, Ada de Banbirge, Rogero de Caue, Willelmo de Bondegate, tunc vicariis; Willelmo Tinctore, Ricardo de Stowe, Willelmo Aldre', Roberto de Myton, et aliis.

CVI. FOUNDATION OF SKELTON CHAPEL.

(Darnbrough MS. xxxvi.)

c. A.D. Alex. de Neubi and others to the Church of Ripon.

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Alexander de Neubi, et Robertus de Mulewath, et Rogerus filius Alexandri, dedimus et concessimus Deo et Beato Wilfrido, in puram et perpetuam elemosinam, majorem insulam juxta fossetum de Sceltona, in longitudine totam placeiam per terram aribilem usque ad viam carrectarum in capite Holsir (?), in latitudine de via carrectarum usque ad fossetum de Sceltona in obliquo, pro habenda capella ibidem cum eisdem libertatibus quas habent aliæ capellæ de parochia Beati Wilfridi, scilicet, semel in anno missarum solempnia ibi celebrare in festo Sancti in cujus honore capella eadem fabricatur. Hiis testibus, capitulo Sancti Wilfridi; Steffano, Andrea, Roberto, Elia, Bertramo, Herberto, Osberto, capellanis; Toroldo clerico; Willelmo sacrista; Willelmo, Rogero, Alano, Mauricio, diaconibus; Alano, capellano de Kirchebi; Rogero de Hewic, Serlone filio Arturi, Rogero de Stodlay, Roberto de Lan', Bernardo filio Gamel, Alredo, Rogero filio Osberti, Nicolao filio Aldredi, Nicholao nepote Alani canonici. Witnesses.

CVII. TITHES OF DACRE AND BEWERLEY.

(Ripon Chapter MSS.)

A.D. 1361. *Ordinacio super percepcionem decimarum proveniencium de locis Daker et Beuerlay, situatis infra limites præbendæ de Stodelay in ecclesia Rypon' facta ut patet infra.*

Johannes etc. dilecto filio domino David de Wollere, canonico ecclesiæ nostræ collegiata Rypon', et præbendario præbendæ de Stodelay in eadem, et ejus successoribus ipsius præbendæ in perpetuum præbendatis, salutem, graciam, et benediccionem. Juxta mandata cœlitus promulgata officium pastorale gerimus Deo gratum, dum ad recreacionem animarum gregis Dominici traditi, cujus nostræ sollicitudinis aliis parcientes, de cura et regimine eidem gregi necessariis providemus. Cum itaque in locis de Daker et Beuerlay nostræ diœcesis olim vastis, mora, et inhabitacione hominum carentibus, quæ extra

(1) Canon of Ripon, July 29, 1272; Abp. of York, Jan. 30, 1306. Raine's *Fasti Ebor.* 362–4.

fines et limites cujuscunque parochialis ecclesiæ notorie situantur, et sic ipsorum locorum quoad spiritualia disposicio plena ad nos spectat, prout in nostris et prædecessorum nostrorum visitacionibus est compertum et per processum legitimum declaratum, nonnulli Christi fideles utriusque sexus noviter inceperunt habitare, ac ecclesiasticis ministris, in[1] quos ecclesiastica sacramenta eis conferri et dicta officia celebrari debeant, non sine gravi scandalo et animarum periculo sint penitus destituti; nos, paternæ sollicitudinis studio cupientes hujusmodi periculo obviare, et intimius attendentes quod in dictis locis non sit aliqua ecclesia, nec aliquid oratorium Divinorum celebracioni deputatum,[2] ac quod omnes et omnimodi fructus, obvenciones, et proventus decimarum de parvis rebus et animalibus inibi consistentibus qualitercumque obvenientes, qui ad dignitatem nostram et liberam nostram disposicionem pertinere dinoscuntur, non sufficiunt ad sustentacionem unius sacerdotis noviter deputandi, quodque eadem loca, cura et regimine sacerdotum et ministrorum ecclesiasticorum ut præmittitur carencia, præbendæ tuæ de Studelay antedictæ, et ejus finibus et limitibus sunt notorie contigua et vicina, adeo quod per te, tuos sacerdotes et ministros dictæ præbendæ, ad majorem commoditatem et quietem Christi fidelium in dictis locis degencium, ipsius inhabitatoribus sacramenta ecclesiastica et sacramentaria ministrari, et dicta officia valent celebrari, ad Dei Omnipotentis laudem et honorem, ac animarum dictorum inhabitatorum profectum manifestum, communitatem et universitatem eorundem Christi fidelium utriusque sexus in locis de Daker et de Beuerlay memoratis, nunc degencium, (*et*) successorum quorumlibet eorundem, quoad audicionem Divinorum, percepcionem sacramentorum, sacramentalium, et aliorum jurium parochialium quorumcunque, canonicatui et præbendæ tuis de Stodelay antedictis, tibi et successoribus tuis ipsorum canonicatus et præbendæ nomine, invocata Spiritus Sancti gracia, subjicimus et assignamus, ac præbendæ tuæ de Stodelay et ejus præbendariis, omnes et omnimodas decimas majores et reales de dictis Christi fidelibus, eorum animalibus, et aliis rebus quibuscunque locorum prædictorum, et specialiter mineri et

There is no church or oratory in the above places, which have lately become inhabited.

They join on to the prebend of Studley.

Their inhabitants are assigned to the prebendary of Studley as his parishioners.

The great tithes are to go to him,

(1) So in both MSS. for 'per.'

(2) The chapel of Pately was apparently not yet built. The chapel attached to Bewerley Grange, if there was one at this time, might not be available for the parishioners of the prebendary of Studley, but solely for the *conversi* of Fountains Abbey.

ferri [1] et cujuscunque alterius mineri provenientibus, pure et simpliciter, quantum ad nos attinet, seu de jure licet, concedimus, anectimus, et unimus, perpetuis futuris temporibus possidendas. Statuimus insuper et ordinamus, quod dictorum locorum inhabitatores universi, ut veri dictorum canonicatus et præbendæ in ecclesia Rypon' prædicta et aliis locis aptis pro parochianis dictorum canonicatus et præbendæ Divino cultui deputatis, sicut cæteri dictorum canonicatus et præbendæ parochiani, missas et alia dicta officia benigne audiant et modeste, ac ecclesiastica sacramenta et sacramentalia percipiant per te, sacerdotem et ministros tuos tuos [2] et successorum tuorum canonicorum et præbendariorum de Stodelay, ipsius inhabitatoribus in perpetuum ministros, ac quod pro tuo sacerdote, et ministrorum et successorum tuorum labore sic sedulo inpendendo, memoratas decimas majores et reales percipias, et successores tui prædicti percipiant antedictas, et quod minutæ decimæ oblatæ de dictis locis, eorum inhabitatorum animalibus, rebus, et aliis obventuris, communiæ ecclesiæ nostræ Ripon' prædictæ integraliter applicentur, ita quod ipsa communia per suos ministros sine aliqua contradiccione percipiat et habebit, sicut percipit et habet in cæteris præbendis ecclesiæ memoratæ. In cujus, etc.

and his parochial ministrations are to be accepted.

The small tithes are to go to the common fund of the church.

Dat. apud Thorp juxta Ebor. xxv die Februarii, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} sexagesimo primo, et nostræ translacionis decimo.[3]

Bishopthorpe, Feb. 25.

VII. HOSPITALS.

CVIII. INVENTORY OF THE HOSPITAL OF ST. JOHN THE BAPTIST.

(Darnbrough MS. xxvii.)

Memorandum ex facta diligenti inquisicione in capitulo Ripon' super hiis quæ inventa fuerunt in domo hospitali Beati Johannis Baptistæ Ripon' compertum fuit et probatum est; *A.D. 1277.*

(1) There are lead mines, but no iron mines in the neighbourhood.

(2) So in both MSS.

(3) From office copies made respectively by 'Fra. Wright, Notary Publick, Deputy Register,' and 'Rob. Jubb, Deputy Register,' from the original in the registry of the Consistory Court of the Archbishop of York.

tantummodo subscripta inventa fuerunt in eadem die qua Walterus præmissa ipsi recepit custodiam, videlicet:

In aula, una tabula cum ij trestellis.

In coquina, unum furnesium.

In capella, ij vestimenta cum apparatu[1] . . . ij casulis, una calix, quatuor manutergia ad altare, unum manutergium ad manus capellani, unum turibulum, unum messale, unum antiphonarium cum servicio dimidii anni in tempore æstivali, unum gradale et unum psalterium, et om̄s Dom̄ (?) fere . . . .[2]

Quæ omnia penes dictum Walterum pōe[3] dictæ custodiæ dicti hospitalis remanserunt. In cujus rei testimonium tam sigillum commune capituli Ripon' quam sigillum dicti Walteri præsentibus alternatim sunt apposita. Dat. apud Ripon' xvij Kal. Novemb. Anno Domini, M° cc° lxx septimo.

CIX. GRANT TO CHAPEL OF ST. JOHN THE BAPTIST.

(Darnbrough MS. xxviii.)

Rog. fil. Radulfi to the Chapel of St. John the Baptist in Asmunderby.

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Rogerus filius Radulfi, salutem. Noverit universitas vestra me Divinæ pietatis intuitu dedisse et concessisse et hac præsenti carta mea confirmasse Deo et capellæ Sancti Johannis Baptistæ in curia nostra de Asmunderbi, in puram et perpetuam eleemosinam, pro salute animæ meæ et Emmæ uxoris meæ et Rogeri de Abegni et antecessorum meorum et parentum et amicorum subsequencium, ad sustentacionem capellani et clerici in eadem capella honeste Deo et Beato Johanni ministrancium, unam bovatam terræ in Asmunderbi, exceptis tophto et crophto quem Toke tenuit. Et tophtum cum crophto quod Gerardus tenuit in excambio pro prædictis tophto et crophto. Et præterea totam medietatem molendini cum tota sequela sine omni retinemento de Stodlei Rogero. Et præterea servicium quatuor bovatarum terræ in Markingfeld quas Gaufridus filius Petri tenet, videlicet, sexdecim solidos annuatim, dimidium ad Pentecostem et dimidium ad festum Sancti Martyni. Et præterea pasturam ad iiij^or boves et ad duas vaccas prædicti capellani cum averiis meis in dominio meo et in bosco de Rishou. Et unam quadrigatam virgarum[4] singulis annis ad reparacionem domus

Asmunderby. Mill at Studley. Markenfield. Pasturage in Rishaw wood. A cartload

(1) The u thus, ū, then eu' (cum?), as a separate word.

(2) A word here quite unintelligible.

(3) So in MS.

(4) This mention of *virgæ* for repairs of the chaplain's house is curious, and not quite intelligible. Possibly it was a house of 'mud and stud.'

capellani. Et tres quadrigatas tam de spinis quam de ramis ad sepes eidem per annum. Hæc omnia, sicut superius scripta sunt et assignata, ego Rogerus et hæredes mei libere, quiete, et honorifice, cum omnibus pertinenciis et libertatibus et asiamentis, in omnibus locis infra villam et extra, contra omnes homines guarentyzabimus. Et præterea sciendum est quod statim infra quadraginta dies post decessum vel vitæ mutacionem capellani, ego Rogerus vel hæredes mei alium statuemus. Et si forte, quod absit, quod aliquis hæredum meorum huic facto aliquo tempore contraire attemptaverit, statim per capitulum Sancti Wilfridi de Ripon', simul cum consilio domini Abbatis de Gerevall', capellanus ibidem statuatur. Hiis testibus, domino Alano præposito Beverlaci; magistris Will. de Gillinge et Will. de Orleins, canonicis; Stephano, Hugone, Gileberto, Huberto, Guillelmo, Roberto, capellanis, et pluribus.

of rods, and three of thorns, etc.

Witnesses.

CX. CONFIRMATION OF THE ABOVE.

(Darnbrough MS. xxix.)

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, domina Emma de Asmunderby, salutem. Noverit universitas vestra me Divinæ pietatis intuitu, assensu et consilio capituli Riponensis, concessisse et hac præsenti carta mea confirmavisse Rogero, capellano de Ripon', totam illam porcionem absque retinemento quam Rogerus filius Radulfi, dominus et vir meus, dedit et assignavit capellæ suæ de Asmunderby, videlicet ad sustentacionem ministracionis capellani et clerici ibidem Deo et Sancto Johanni honeste serviencium; scilicet redditum sexdecim solidorum de dimidia carucata terræ in Markingfeld per annum quam Gaulfridus filius Petri Camerarii tenet: et totam medietatem molendini de Ferke, cum tota sequela de Stodley Rogero, et unam bovatam terræ cum omnibus pertinenciis cum tophto et crophto quem Toke tenuit, et præterea pasturam ad quatuor boves et ad duas vaccas, simul cum averiis meis in dominio meo de Asmunderby et in bosco meo de Rishou, et unam quadrigatam virgarum et tres quadrigatas ramorum et spinarum in bosco de Asmunderby per annum, sicut carta domini nostri Rogeri protestatur, quam ipse tradidit cautelæ (?) canonicorum de Ripon'. Hæc omnia præscripta habebit prædictus Rogerus capellanus quamdiu ipse vixerit, et eidem confirmata sunt per sigillum capituli Riponensis, simul cum sigilli mei apposicione. Hiis testibus, magis-

The Lady Emma de Asmunderby to Roger, the chaplain.

Markenfield.

Studley.

Rods and sticks in Rishaw wood.

Witnesses.

tris W. de Orliens, T. de Disce, et G. de Lardour, canonicis. Stephano, Willelmo, Gileberto, Herberto, Roberto, Rogero, capellanis, et pluribus.

CXI. GRANT OF LAND IN SKELTON.

(Darnbrough MS. xxvi.)

Matilda fil. Rob. fil. Godrici to Ric. fil. Huldredi.

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Matilda filia Roberti filii Godrici, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Ricardo filio Huldredi de Skelton, duas bovatas terræ in territorio de Skelton, cum uno tofto et pertinenciis in eadem villa, illas scilicet quas Robertus pater meus quondam habuit de dono Adæ de Bramton, eidem Ricardo, tenendum et habendum, sibi et hæredibus suis, sive suis assignatis, libere, integre, pacifice, et quiete, cum omnibus libertatibus et aysiamentis prædictæ terræ pertinentibus, tam infra villam de Skelton quam extra. Reddendo inde annuatim Matildæ filiæ Ricardi filii Walteri xijd. et ospitali Beatæ Mariæ Magdalenæ de Riponia, ij sol. scilicet medietatem ad Pentecosten et alteram medietatem ad festum Sancti Martini, pro omnibus serviciis, consuitudinibus, et demandis, faciendo forinsecum servicium quantum pertinet ad tantam terram. Pro anticæ cartæ donacione et cartæ meæ confirmacione dedit michi dictus Ricardus v marcas sterlingorum in meo magno negocio. Ego vero Matilda et hæredes mei warantizabimus et defendemus prædictam terram prædicto Ricardo et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes imperpetuum. In hujus autem rei testimonium sigillum meum huic scripto apposui. Hiis testibus, Ad. Ward, Willelmo Ward, Radulfo de Neuby, Gilberto de Mortimer, Simone filio Ricardi de Givendal, Willelmo . . . . Roberto filio Edmundi, Simone filio Aviciæ, Reginaldo clerico, et multis aliis.

Rent-charge of 2s. for Hospital of St. Mary Magdalene.

Witnesses.

CXII. VISITATION OF THE HOSPITAL OF ST. MARY MAGDALENE.

(P.R.O.—*Inquisitio ad quod damnum* (*Chancery*), 2 Edward II. no. 64.)

A.D. 1308.

Question as to patronage *sede vacante.*

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilecto et fideli suo Gerardo Salveyn, Escaetori suo ultra Trentam, salutem. Volentes certis de causis per vos certiorari utrum hospitale Beatæ Mariæ Magdalenæ de Rypon' nuper vacans erat tempore quo Archiepiscopatus Ebor. ultimo

vacans et in manibus celebris memoriæ domini Edwardi quondam Regis Angliæ patris nostri fuit: Ita quod idem pater noster custodiam dicti hospitalis racione vacacionis Archiepiscopatus prædicti, uni de clericis suis potuit contulisse necne, et similiter quis custodiam illam modo tenet, et ex cujus collacione, et qualiter, et quo modo, et quantum custodia illa valet per annum in omnibus exitibus, vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva vestra, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligentem inquisicionem super præmissis fieri faciatis. Et inquisicionem illam distincte et aperte factam nobis sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis, et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium, iiij[to] die Octobris, anno regni nostri secundo.

A jury to be formed.

Inquisicio capta coram Gerardo Salvayn, Escaetore domini Regis ultra Trentam, apud Wethurby, die Dominica proxima ante festum Natalis Domini, anno regni Regis nunc secundo.

The inquisition.

Dominus Rex mandavit Gerardo Salvayn, Escaetori suo ultra Trentam breve suum in hæc verba.

The king's mandate.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilecto et fideli suo Gerardo Salvayn, Escaetori suo ultra Trentam, salutem. Volentes certis de causis per vos certiorari, utrum hospitale Beatæ Mariæ Magdalenæ de Rypon' nuper vacans erat, tempore quo Archiepiscopatus Ebor. ultimo vacans et in manibus celebris memoriæ domini Edwardi quondam Regis Angliæ patris nostri fuit, ita quod dictus pater noster custodiam dicti hospitalis racione vacacionis Archiepiscopatus prædicti, uni de clericis suis potuit contulisse necne, et quis custodiam illam modo tenet, et ex cujus collacione, et qualiter, et quo modo, et quantum custodia illa valet per annum in omnibus exitibus, vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva vestra, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligentem inquisicionem super præmissis fieri faciatis; et inquisicionem illam distincte et aperte factam nobis sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis, et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium iiij[to] die Octobris, anno regni nostri secundo.

A jury to be formed.

Prætextu cujus mandati idem Gerardus Escaetor præcepit ballivo de Clarow, qui venire fecit Nigillum de Wethurby', Willelmum de Bilton', Rogerum de Lynton', Ricardum de Steneton', Johannem de Saxton', Johannem de Whytewell',

Names of the jurors.

Thomam le Chaumberleyne, Willelmum Sauvage, Willelmum de Blaburycroft, Robertum de Mikelewthayt, Elyam de Bland; et Robertum filium Ricardi de Lynton', qui dicunt super sacramentum suum quod prædictum hospitale vacans fuit tempore domini Edwardi quondam Regis Angliæ, eo quod quidam magister Thomas de Corbrige quondam Archiepiscopus prædictum hospitale contulit cuidam Patricio de Brafferton', tenendum ad terminum vitæ ejusdem magistri Thomæ. Et dicunt quod prædictus Edwardus quondam Rex potuit contulisse prædictum hospitale uni de clericis suis tempore vacacionis prædicti Archiepiscopatus. Et dicunt quod magister Willelmus de Grenefeld, nunc Archiepiscopus Ebor., prædictum Patricium privavit, eo quod idem Patricius prædictum hospitale non potuit tenere nisi ad terminum vitæ prædicti magistri Thomæ, nisi confirmacionem capituli Ebor. haberet, et ea racione prædictum hospitale contulit cuidam Nicholao de Bondegate, qui nunc prædictum hospitale tenet. Et similiter dicunt quod prædictum hospitale valet per annum in omnibus exitibus viginti marcas. In cujus rei testimonium præsenti inquisicioni sigilla juratorum sunt appensa.

Their evidence.

Dat. die et anno supradictis.

CXIII. CONFIRMACIO CARTÆ WILLELMI DE THORP', CUSTODIS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS RYPON', FACTÆ ET CONCESSÆ WILLELMO DE MEAUX.

(Reg. Greenfield, pars ii. fo. 41 a.)

A.D. 1313. Dec. 3. The archbishop's inspeximus.

Universis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint, Willelmus, etc. salutem in amplexibus Salvatoris. Noveritis nos cartam subscriptam non abolitam, non abrasam, nec in aliqua sui parte viciatam, de consensu nostro factam et concessam, vidisse, et inspexisse, tenoris et continenciæ infrascriptæ.

The charter.

'Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Thorp', custos hospitalis Sancti Johannis Baptistæ Rypon', de consensu venerabilis patris domini Willelmi, Dei gracia, etc. dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Willelmo de Meaux, et Matildi uxori suæ, ac eorum hæredibus, unum mesuagium cum curtilagio adjacente in villa Rypon', in vico qui dicitur Bondegate, illud videlicet mesuagium quod jacet inter dictum hospitale ex parte boriali, et mesuagium Gilberti le Chapman ex parte australi, tenendum et habendum dictum

mesuagium cum pertinenciis de me et successoribus meis imperpetuum, prædictis Willelmo de Meaux, Matild' uxori suæ, et eorum hæredibus, libere, quiete, bene, et in pace. Reddendo inde annuatim michi et successoribus meis qui pro tempore fuerint, sex solid' sterling' ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad festum Sancti Martini in yeme, et aliam medietatem in festo Pentecostes, pro omnibus sæcularibus serviciis, exaccionibus, et demandis. Et ego prædictus Willelmus de Thorp', dicti hospitalis custos, et successores mei, prædictum mesuagium cum omnibus suis pertinenciis, dictis Willelmo de Meaux, Matild' uxori suæ, et eorum hæredibus, contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus, et in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium sigillum meum præsentibus est appensum. Hiis testibus, dominis Simone Warde, Roberto de Coygners, militibus, Willelmo de Aldefeld, Willelmo de Shirwod de Rypon', Nicholao Huberd de eadem, et multis aliis.'

Nos igitur archiepiscopus supradictus præfatas donacionem et concessionem de consensu nostro, ut præmittitur, factas, quantum ad nos attinet, tenore præsencium confirmamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Confirmation.

Dat. apud Scroby, iij° Non. Decembr. Anno graciæ M° ccc^mo^ terciodecimo, et pontificatus nostri octavo.

CXIV. VISITATION OF THE HOSPITAL OF ST. MARY MAGDALENE.

(Dugd. Monast., vol. iii. (1673), p. 88.)

Veredictum juratorum super statu Hospitalis de Ripon, Anno decimo regis Edwardi Secundi.

Inquisitio capta die Dominicâ in Octabis beatæ *Mariæ* Virginis, apud Ribstan, coram Escaetore Domini Regis citra *Trentam*, anno regni regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* decimo, juxta formam Brevis et (*sic*) huic Inquisitioni annexam, per *Henricum Blome, Robertum* de *Haltone*, *etc.* juratos; qui dicunt super Sacramentum suum, quod in Hospitali beatæ *Mariæ Magdalene* in Brevi contento, debent esse imperpetuum, secundum formam fundationis ejusdem Hospitalis cotidie[1] duo Capellani divina celebrantes; unde, per totum tempus *Nicholai* de *Molyns* Custodis ibidem subtrahitur Cantaria unius Capel-

Ex bundello Brevium Regis de tempore Regis Ed. 3tii (*sic*), n. 64. A.D. 1317. Jury. They swear that there should be two chaplains, but the present

(1) Dugdale prints 'codidie.'

master has had one only. lani per eundem *Nicholaum*. Item, quoad Hospitalitates dicunt, quod si peregrini, vel Clerici mendici, seu cæteri indigentes, Hospitality neglected. per idem Hospitale forte itinerarent seu vagi migrarent, in eodem Hospitali per unam noctem haberent refugium, et hospicium, ut de victu et lecto, ita quod mane prætereant, unde nulli sibi habent refugium, victum nec lectum; sed vacuâ manu Alms withheld from the poor. recedunt. Quoad Elemosinas faciendas, dicunt, quod die beatæ *Mariæ Magdalenæ* annuatim imperpetuum, cuilibet pauperi venienti, debet distribui unus panis frumenti,[1] valens obolum, quarterio frumenti valente quinque solidos; et unum allec, unde per totum tempus dicti *Nicholai* Elemosina hæc per eundum *Nicholaum* subtrahitur; sed loco hujus dat pauperibus A saucer (?) of beans or flour. dicto die *Magdalenæ* venientibus, unum Salsarium Fabarum, seu farinæ plenum; sed major pars pauperum nichil inde possidebunt: Dicunt etiam, quod minuta opera caritativa, quæ ab The master seldom resides. hujusmodi Hospitali, et præcipue ab hoc deberent emanare nulla inde fuerint, occasione absentiæ suæ, quia raro ibi resideat; cum tamen residere teneatur, omnia hæc per *Nicholaum* de *Molyns* Custodem ibidem, per tempus suum integrum subtrahuntur, et adnichilantur.[2]

CXV. PROCEEDING IN THE KING'S BENCH RECITING PROCEEDING IN CHANCERY, WITH A ROYAL VISITATION OF THE HOSPITAL OF ST. JOHN THE BAPTIST.

(*Placita coram Rege.* 15 Edw. III., Trin. Roll 16, No. 108.)

A.D. 1341. Ebor. Dominus Rex mandavit Justiciariis suis hic, breve suum clausum in hæc verba:—

Writ to the King's Bench enclosing Record of Process in Chancery, May 16, 1341. Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ, et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Willelmo Scot et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Recordum et processum loquelæ quæ fuit coram nobis in Cancellaria nostra inter nos et Robertum de Otteleye possessioni hospitalis Sancti Johannis Ripon' indebite incumbentem, ut dicitur, de eo quod idem Robertus ostendat, si quid pro se habeat vel dicere sciat, quare a possessione hospitalis prædicti amoveri, et David de Wolloure clericus, cui hospitale prædictum per literas nostras patentes dedimus et concessimus,

(1) Dugdale has 'fratri'; the MS. probably had 'fri.' See *Reg. Pal. Dunelm.* (Rolls Series), Vol. IV., Pref. p. xiii. n.

(2) Not collated with the original MS., which has not been found. There are some notes from it in Torre's MS. M.A. (89).

ad possessionem ejusdem hospitalis admitti non debeat, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, mandantes quatinus, inspectis recordo et processu prædictis, ulterius in hac parte fieri faciatis quod de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum. Teste me ipso apud Westmonasterium, xvj die Maii, anno regni nostri Angliæ quintodecimo, regni vero nostri Franciæ secundo.

Recordum et processus de quibus in brevi prædicto fit mencio patent in hæc verba.

Record in Chancery, Easter Term, 1341.

Placita coram Cancellario domini Regis in Cancellaria apud Westmonasterium a die Paschæ in tres septimanas anno regni domini Edwardi Regis Angliæ et Franciæ videlicet quintodecimo et Franciæ secundo.

States King's writ for Robert de Otteley to show cause why, since the king has appointed David de Wolloure a clerk to the hospital, Robert should not be removed.

Dominus Rex præcepit per breve suum Vicecomiti Ebor. quod scire faceret Roberto de Otteleye possessioni hospitalis Sancti Johannis Ripon' indebite incumbenti ut dicitur, quod esset in Cancellaria dicti domini Regis a die Paschæ in tres septimanas ubicumque tunc esset, ad ostendendum, si quid pro se habeat vel dicere sciat, quare cum idem dominus Rex per literas suas patentes hospitale prædictum vacans, et ad donacionem ipsius domini Regis spectans, racione Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu ejusdem Regis existentis, David de Wolloure clerico dederit et concesserit, habendum cum suis juribus et pertinenciis quibuscumque ad totam vitam ipsius David, idem Robertus ab hospitali prædicto amoveri, et possessio ejusdem eidem David liberari non debeat, juxta formam literarum ipsius domini Regis prædictarum. Ac prædictus vicecomes ad diem prædictum retornavit quod mandavit Johanni de Clotherom, Ballivo libertatis de Ripon', qui sibi respondit quod scire fecit præfato Roberto essendi in Cancellaria prædicta ad diem prædictum, secundum formam brevis prædicti, per Johannem Walker et Johannem Frankish, ad quem diem prædictus Robertus, per Rogerum de Shirburn' attornatum suum in Cancellaria prædicta comparens, asserit ipsum ab eodem hospitali amoveri non debere, quia dicit quod Willelmus nuper Archiepiscopus Ebor., cui collacio ejusdem hospitalis tunc pertinuit, per literas suas patentes quas profert hic in Curia, hospitale illud præfato Roberto dedit et concessit, habendum quamdiu uxoratus non fuerit, et sic idem Robertus tenet dictum hospitale per collacionem prædictam. Et prædictus David, qui sequitur pro dicto domino Rege, dicit quod prædictus Robertus est laica persona, et ad dictum hospitale pertinent certæ decimæ exeuntes

Robert appears, and produces grant of hospital to himself by former Archbishop of York.

David says Robert is a layman, and that

the hospital has spiritual possessions.

de Manerio de Whitclif, et eciam oblaciones et alia spiritualia quæ laica persona aliquo modo percipere non potest nec debere, et sic de jure hospitale illud modo vacat, et ad collacionem ejusdem domini Regis ex causa prædicta pertinet, et petit ipsum David ad hospitale illud admitti et possessionem ejusdem sibi liberari juxta formam collacionis prædictæ sibi per dictum dominum Regem inde factæ.

Robert admits that he is a layman, but denies that the hospital has spirituals, but that it and its pertinent are temporal.

Et prædictus Robertus bene cognovit quod est laica persona, et dicit quod decimæ, oblaciones, seu spiritualia aliqua ad hospitale prædictum non pertinent, set quod idem hospitale et omnia ad illud pertinencia sunt temporalia, et de hoc ponit se super patriam, et prædictus David pro dicto domino Rege similiter, per quod datus est tam prædicto David, qui sequitur pro dicto domino Rege, quam præfato Roberto, dies coram Rege a die Sanctæ Trinitatis in xv dies ubicumque etc. ad faciendum et recipiendum quod Curia Regis consideraverit in præmissis.

Issue *venire* awarded.

Et præceptum est Vicecomiti Ebor. quod venire faciat coram Rege ad diem prædictum viginti et quatuor probos et legales homines de visinia de Ripon', qui nec præfatum David nec prædictum Robertum consanguinitate vel affinitate attingant, ad recognoscendum super sacramentum suum si decimæ, oblaciones, seu spiritualia aliqua ad hospitale prædictum pertinent sicut prædictus David dicit, vel non, sicut præfatus Robertus dicit, quia tam prædictus David quam præfatus Robertus posuerunt se super juratam illam. Et modo, scilicet a die Sanctæ Trinitatis in xv dies hoc anno coram domino Rege apud

Respite for want of jurors.

Westmonasterium venit tam prædictus David, qui sequitur pro domino Rege, quam prædictus Robertus de Otteleye per Rogerum de Shirburn' attornatum suum. Et Vicecomes retornavit nomina juratorum qui modo non venerunt, per quod jurata ponitur in responsionem usque a die Sancti Michaelis in xv dies ubi-

Nisi prius.

cumque etc., nisi Willelmus Basset et Thomas de Heppescote vel eorum alter prius apud Ebor. die Martis proxima ante festum Sancti Jacobi Apostoli venerint vel venerit per defectum juratorum quia nullus etc. Ideo vicecomes habeat corpora omnium juratorum coram Rege ad præfatum terminum etc. vel coram præfatis Willelmo Basset et Thoma de Heppescote vel eorum altero si prius etc. Et præter illos Vicecomes apponat tot et tales, etc.

In cedula.

David puts in examination of

Ad quem diem venerunt tam prædictus David, qui sequitur pro domino Rege et se ipso, quam prædictus Robertus de Otteleye per Thomam de Wylton' attornatum suum. Et Vice-

comes retornavit quod breve adeo tarde sibi liberatum fuit quod illud exequi non potuit, etc. Et super hoc idem David pro domino Rege et pro seipso dicit quod ad capcionem juratæ prædictæ procedere non oportet. Quia dicit quod prædictus Robertus postquam in juratam prædictam in Cancellaria domini Regis se posuerat, asserens decimas seu spiritualia aliqua ad prædictum hospitale non pertinere, etc., quod idem Robertus coram Abbate de Founteyns, Johanne de Wodhous, Francone de Barneby, et Thoma de Salcok, ad visitandum hospitale prædictum ex parte domini Regis sub certa forma deputatis die Mercurii proxima ante festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, anno regni ejusdem domini Regis Angliæ quintodecimo, et regni sui Franciæ secundo vocatus, juratus, et examinatus, cognovit quod decimæ et alia spiritualia prædicto hospitali pertinuerunt, in contrarium misæ suæ prædictæ, etc. Et protulit hic in Curia tenorem recordi et processus visitacionis hospitalis prædicti per præfatos abbatem et alios factæ virtute brevis domini Regis sibi inde directi, cujus tenor talis est.

Robert before Royal Commissioners admitting that tithes and other spirituals belong to the hospital.

David brought into Court record of the visitation of hospital.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Abbati de Founteyns; Johanni de Wodehous, Petro de Richemund', Franconi de Barneby, et Thomæ de Salcok, salutem. Quia datum est nobis intelligi quod in hospitalibus Sancti Johannis et Beatæ Mariæ Magdalenæ de Ryponia, quorum collaciones ad nos, racione Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis pertinent, pro defectu boni regiminis quamplures defectus iminent hiis diebus, et quod possessiones et bona eorundem hospitalium tam per custodes quam per fratres, sorores, et ministros eorundem hospitalium diversimode dissipata sunt, alienata, et vastata, in nostri contemptum et dampnum, ac destruccionem eorundem hospitalium et cultus Divini ac operum pietatis quæ ibidem fieri deberent, et ab antiquo stabilita fuerunt, diminucionem et subtraccionem manifestam; Nos, super præmissis remedium quod decet apponi volentes ut tenemur, assignavimus vos, quatuor, tres, vel duos vestrum ad statum hospitalium prædictorum ac custodum et fratrum, sororum, et ministrorum eorundem supervidendum, et ipsos custodes, fratres, sorores, et ministros super præmissis et omnibus aliis statum hospitalium prædictorum et personas eorundem concernentibus examinandum, et ea quæ corrigenda fuerint in statum debitum modo congruo reponendum, et ad omnia alia quæ officium visitatorum in hac parte concernunt faciendum et explendum: Ac eciam ad inquirendum si

Commission to visit hospital,

necesse fuerit per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu Ebor. tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas melius sciri poterit, super præmissis omnibus et singulis plenius veritatem, necnon ad omnes et singulos quos in præmissis culpabiles inveniri contigerit, juxta eorum demerita castigandum et puniendum. Et ideo vobis mandamus quod ad certum diem quem vos quatuor, tres, vel duo vestrum ad hoc provideritis ad hospitalia prædicta personaliter accedatis, et præmissa omnia et singula faciatis et expleatis in forma prædicta, et nos in Cancellaria nostra de toto facto vestro in hac parte certificetis. Mandavimus enim custodibus, fratribus, sororibus, et ministris hospitalium prædictorum, quod vobis quatuor, tribus, vel duobus vestrum in præmissis faciendis et explendis, pareant et intendant, et Vicecomiti nostro comitatus prædicti quod ad certum diem quem ei scire faciet, venire faciat coram vobis quatuor, tribus, vel duobus vestrum ad hospitalia prædicta, tot et tales probos et legales homines de balliva sua tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas in præmissis melius sciri poterit et inquiri. In cujus rei testimonium, has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xviij die Maii, anno regni nostri Angliæ quinto decimo, regni vero nostri Franciæ secundo.

dated May 18, 1341.

Cujus quidem commissionis tenorem dominus Rex misit hic per breve suum clausum in hæc verba.

Writ to the King's Bench enclosing commission, Oct. 15, 1341.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Willelmo Scot, et sociis suis Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Tenorem cujusdam commissionis nostræ dilectis et fidelibus nostris Abbati de Fontibus, Johanni de Wodehous, Petro de Richemund, Franconi de Barneby, et Thomæ de Salcok, ad hospitalia Sancti Johannis et Beatæ Mariæ Magdalenæ de Rypon' visitanda assignatis factæ, vobis mittimus præsentibus interclusum, ut in negocio inter nos et Robertum de Otteleye possessioni dicti hospitalis Sancti Johannis indebite ut dicitur incumbentem, coram nobis pendente, consulcius procedere valeatis, prout de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum. Teste me ipso apud Westmonasterium, xv die Octobris, anno regni nostri Angliæ quintodecimo, regni vero nostri Franciæ secundo.

Tenor recordi et processus visitacionis hospitalis prædicti patet in hæc verba.

Inquisition

Inquisicio capta coram Abbate de Founteynes, Johanne

de Wodehous, Francone de Barneby, et Thoma de Salcok, virtute commissionis domini Regis Angliæ et Franciæ, ad visitandum hospitale Sancti Johannis de Ripon' commissariis sub certa forma deputatis, die Mercurii proxima ante festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, anno regni dicti domini Regis Angliæ quintodecimo, regni vero sui Franciæ secundo, in dicto hospitali per Johannem de Shirewod, Ricardum de Tanfeld, Rogerum de Clotherom, Johannem le Walker seniorem, Bernardum Gille, Johannem Frankys, Ricardum le Shephird, Serlonem le Walker, Alanum Gotson', Ricardum de Couton', Ricardum de Stowe, et Johannem Waryner, juratos et diligenter requisitos. Qui dicunt per sacramentum suum quod dominus Thurstanus nuper Ebor. Archiepiscopus fundavit dictum hospitale Sancti Johannis, et quod collacio ejusdem pertinet ad Archiepiscopum Ebor. qui pro tempore fuerit, et, sede Archiepiscopali vacante, ad dominum nostrum Regem Angliæ racione temporalium Archiepiscopatus prædicti in manu ejusdem domini nostri Regis, sede ut præmittitur vacante, existencium. Dicunt eciam quod Robertus de Otteley est custos sive magister dicti hospitalis, ex collacione domini Willelmi de Melton, ultimi Ebor. Archiepiscopi jam defuncti, et quod Robertus est laicus. Item dicunt quod dictum hospitale dotatur ex antiquo de uno mesuagio et una carucata terræ arrabilis apud Havercroft, cum prato et bosco eidem mesuagio adjacentibus, et tribus acris terræ apud South Allerwyk, et quinquaginta acris terræ apud Stodeley, quæ valent annuatim octo marcas. Item dicunt, quod postea perquisitæ sunt eidem hospitali triginta acræ cum uno mesuagio in Staynley, quæ valent annuatim duas marcas. Item dicunt per sacramentum suum, quod perquisita est eidem hospitali una bovata terræ in Ecston', quæ valet per annum quinque solidos. Item, tres domus in Rypon' ex opposito dicti hospitalis situatæ, quæ valent per annum quindecim solidos. Item, una acra terræ juxta dictum hospitale, quæ valet per annum viginti denarios. Item, dictum hospitale dotatur de tercia parte decimæ garbarum duarum placearum terræ arrabilis manerio de Whitclif pertinencium, quæ vocantur Gerardleghes et Thikelond, ex antiqua fundacione, quæ valent anno quo dictæ placeæ seminantur duodecim solidos, quia quolibet tercio anno non seminantur. Item, de redditu triginta denariorum annuo de domo Willelmi Nevouth in Ripon' exeunte. Item, curtilagium dicti hospitalis valet per annum decem solidos. Item, dicti jurati per sacramentum suum requisiti ad quæ onera

taken Sept. 5.

Jury.

Verdict.

Robert de Otteley keeper or master of the hospital.

The hospital is endowed with tithes.

subportanda dictum hospitale tenetur, dicunt quod dictæ terræ, tenementa, redditus, porcio decimarum, et alia supra dicta collata fuerunt dicto hospitali primo, quando patriæ propinquæ juxta Ripon' fuerunt forestæ, ad hospitandum pauperes peregrinos ibidem. Et postea, quando patriæ prædictæ fuerunt assartatæ et ædificatæ, ad hospitandum pauperes clericos scolas Ripon' excercentes, videlicet quatuor vel quinque, et administrandum eis potagium quolibet die, et qualibet nocte lectos, et cuilibet dictorum clericorum bis in septimana unum panem, unde viginti sex panes de uno bussello frumenti poterunt fieri, et ad conferendum omnibus pauperibus ad dictum hospitale pro elemosina petenda venientibus potagium bis in septimana, videlicet una vice pisa et alia vice olera. Item, dictus custos non solvit decimas garbarum de terris prædictis pertinentibus ad mesuagium de Havercroft, nec de prato eidem adjacenti, nec de tribus acris terræ apud South Allerwyk. Item dicunt quod dictus custos sive magister, nec servientes sui solvunt multuram, set molunt libere ad molendinum quod dicitur Bisshopton Milne. Item, non est aliquis frater seu soror in dicto hospitali. Item dicunt quod custodes dicti hospitalis qui pro tempore fuerint solebant conferre cuilibet pauperi venienti in quolibet festo Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, certam porcionem elemosinæ, videlicet panis seu farinæ, quæ elemosina fuit et est soluta per custodem nunc existentem toto tempore suo, videlicet per triennium proximo elapsum. Item, dicti custodes sive magistri qui pro tempore fuerint et ipse qui nunc est, tenebantur, et ipse tenetur qui nunc est, invenire unum capellanum celebrantem Divina in dicto hospitali, et capella ejusdem dedicata est, et magister dicti hospitalis, qui ultimo fuit ante ipsum qui nunc est, sepultus fuit in eadem. Item dicunt quod pauperes peregrini et clerici non hospitantur ibidem tempore magistri qui nunc est, nec contulit dictis pauperibus potagium seu elemosinam tempore suo, hoc excepto, quod aliquando unum denariatum panis, aliquando duos denariatos panis solvebat in septimana, aliquando nichil. Item, quod aliquando est ibidem capellanus celebrans Divina, aliquando non. Item dicunt quod defectus prænotati sunt in dicto Roberto magistro hospitalis. Item dicunt quod jura, possessiones, et libertates dicto hospitali pertinencia, ac staurum domus, et alia ejusdem hospitalis, sunt bene custodita et munita, et non vastata nec alienata. Item dicunt quod persona dicti custodis est honesta et soluta, et reputatur bonæ famæ et conversacionis honestæ inter vicinos

suos. In quorum omnium testimonium dicti juratores sigilla sua præsentibus apposuerunt. Dat. Ripon', die et anno domini nostri Regis prædicti supra dictis.

In visitacione eciam prædicta comperitur sic.

Visitacio facta per dictos Abbatem, Johannem, Franconem, et Thomam, in dicto hospitali, die et anno prædictis. Vocato dicto Roberto magistro et jurato dicere veritatem super requirendis ab eodem, et diligenter requisitus super quibus elemosinis et operibus caritatis dictum hospitale fundatur, dicit quod ignorat. Non sunt ibi fratres neque sorores, et in omnibus cæteris articulis in inquisicione prædicta specificatis, concordat cum prædictis juratis. Item dicit quod antiquam fundacionem seu aliquam dicti hospitalis nuncquam habuit nec habet in præsenti, set dictum hospitale habuit ex dono et collacione domini Willelmi de Melton', nuper Archiepiscopi Ebor. defuncti.

Robert examined agrees with verdict of jury.

Quem quidem tenorem recordi et processus prædictorum, dominus Rex mandavit Justiciariis suis hic, sub pede sigilli sui, per breve suum, in hæc verba.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Willelmo Scot et sociis suis Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Tenorem recordi et processus visitacionis hospitalis Sancti Johannis de Ripon' per dilectos et fideles nostros Abbatem de Fontibus, Johannem de Wodehous, Franconem de Barneby, et Thomam de Salcok, quos ad hospitale prædictum visitandum, et quicquid ad visitacionem illam pertinuit faciendum, per literas nostras patentes assignavimus, factæ et coram nobis in Cancellaria nostra retornatæ, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, ut, inspecto tenore prædicto, consulcius in negocio inter nos et Robertum de Otteley possessioni hospitalis prædicti indebite incumbentem ut dicitur, coram nobis super amocione ipsius Roberti ab eodem hospitali pendente, procedere valeatis, prout de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum. Teste me ipso apud Westmonasterium x die Octobris, anno regni nostri Angliæ quinto decimo, regni vero nostri Franciæ secundo.

King's writ to King's Bench enclosing record of visitation, Oct. 10, 1341.

Quibus inspectis, examinatis plenius, et intellectis, quia curia nondum avisatur ad judicium inde reddendum etc., datus est dies partibus prædictis coram domino Rege in crastino Animarum ubicumque etc. ut de die in diem de audiendo inde judicium suum etc.

First day of Michaelmas Term assigned for appearance.

Appearance accordingly.

Ad quem diem coram domino Rege venit tam prædictus David per Johannem de Lincoln' attornatum suum, et qui pro domino Rege sequitur, quam prædictus Robertus de Ottele per prædictum attornatum suum. Et super hoc dominus Rex mandavit Justiciariis suis hic, breve suum clausum in hæc verba.

Writ to King's Bench reciting pleadings in Chancery and visitation.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Willelmo Scot et sociis suis Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Cum Robertus de Otteleye possessioni hospitalis Sancti Johannis de Ripon' indebite ut dicitur incumbens in placito inter nos et ipsum Robertum pendente, de eo quod idem Robertus ostendat si quid pro se habeat vel dicere sciat quare ab hospitali prædicto vacante et ad nostram donacionem, racione Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis spectante, quod dilecto clerico nostro David de Wolloure per literas nostras patentes dedimus et concessimus, habendum ad totam vitam ipsius David, amoveri non debeat, placitando coram nobis recognoverit ipsum esse laicum et asseruerit hospitale prædictum et omnia ad illud pertinencia temporalia existere et decimas seu spiritualia aliqua ad prædictum hospitale nullatenus pertinere, et de hoc in inquisicionem patriæ se posuerit, ac per quandam inquisicionem per dilectos et fideles nostros Abbatem de Fontibus, Johannem de Wodehous, Franconem de Barneby, et Thomam de Salcok, quos ad hospitale prædictum visitandum assignavimus, super fundacione hospitalis prædicti et diversis aliis articulis dictum hospitale tangentibus factam, et in Cancellaria nostra retornatam, sit compertum quod dictum hospitale dotatur de tercia parte decimæ garbarum duarum placearum terræ arabilis manerio de Whitclif pertinencium, et de certis aliis terris in Havercroft, de quibus custos ejusdem hospitalis decimas non solvit, dictusque Robertus coram eisdem visitatoribus constitutus juratus et requisitus super quibus elemosinis et caritatis operibus dictum hospitale fundatur, dixit se ignorasse, set quod non sunt ibi fratres neque sorores, et in omnibus aliis articulis in inquisicione prædicta specificatis concordaverit, sicut per recordum et processum visitacionis prædictæ coram nobis in Cancellaria nostra retornata, quorum tenorem vobis misimus sub pede sigilli nostri, plenius apparet; per quam quidem concordanciam idem Robertus dictum articulum dotacionis tercia parte decimarum prædictarum, et de dictis terris de quibus decimam non solvit recognovit, et licet vobis ex parte nostra

requisitum fuerit quod cum dictæ decimæ sint res spirituales, et de dictis terris in Havercroft, nisi spiritualia essent, decima deberet solvi. Idemque Robertus per hujusmodi concordanciam cognoverit contrarium misæ suæ prædictæ, ad judicium inde reddendum absque inquisicione inde capienda procederetis. Vos tamen, pro eo quod in inquisicione prædicta inseritur sic, quod idem Robertus coram eisdem visitatoribus requisitus de quibus elemosinis et caritatis operibus dictum hospitale fundatur, dicit quod ignorat, non sunt ibi fratres neque sorores, et in cæteris omnibus articulis in dicta inquisicione specificatis concordat cum prædictis juratis, asseritis ipsum ad dictum articulum, quod dictum hospitale de tercia parte decimarum garbarum de terris et tenementis prædictis eidem manerio pertinencium dotatur, minime concordasset eo prætextu, et eciam pro eo quod vobis non constat utrum nos dictum hospitale conferre an ad illud præsentare debeamus, et an ille custos debeat induci per ordinarios an per ministros nostros, ad judicium inde reddendum procedere differtis, ut accepimus. Et quia prædictus articulus 'non sunt ibi fratres neque sorores,' est articulus expressus in inquisicione prædicta, et prædictus Robertus in hoc et in cæteris omnibus aliis articulis in inquisicione prædicta specificatis, concordat cum prædictis juratis, sicut per recordum et processum prædicta plene liquet, videtur quod idem Robertus nullum articulorum eorundem dedicit, set quod cognovit omnes articulos prædictos, et nichilominus ipse qui custos hujusmodi hospitalis existit omnia elemosinas et caritatis opera, et alia onera eidem hospitali incumbencia, et omnia proficua et emolumenta ad dictum hospitale pertinencia de quibus hujusmodi elemosinæ et alia onera sustentari debent, et præcipue decimas et alia proficua quæ ipsemet sic percipit scire tenetur et non ignorare, et sic hoc quod prædictus Robertus sic dixit ignorasse ad aliquem articulorum prædictorum in dicta inquisicione specificatorum referri non potest nec debet, et eciam, scrutatis rotulis Cancellariæ domini Edwardi Regis Angliæ patris nostri et nostro, non invenitur quod prædictus pater noster seu nos racione alicujus vacacionis Archiepiscopatus prædicti dictum hospitale contulimus, seu ad illud præsentavimus, set quod prædictus pater noster hospitale Beatæ Mariæ Magdalenæ Ripon', quod, ut accepimus, est ejusdem condicionis, et quod, dicto Archiepiscopatu in manu ipsius patris nostri existente, vacavit per literas suas patentes, quarum tenorem vobis mittimus præsentibus interclusum, Henrico de Shirokes dedit et concessit;

Also question whether King or the Ordinary should give possession of the hospital.

King asserts that his father gave possession to a master by his own officers, and not by the Ordinary.

habendum ad totam vitam ipsius Henrici, per quod liquet quod illi quibus hujusmodi hospitalia conceduntur per ministros nostros et non per ordinarium debent induci; Nos, nolentes dictum negocium propter hujusmodi dubietates taliter retardari, vobis mandamus quod, habito super tenore prædicto et aliis præmissis avisamento pleniori, ulterius ad judicium super negocio prædicto reddendum cum omni celeritate qua poteritis procedatis, prout de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx die Octobris, anno regni nostri Angliæ quintodecimo, regni vero nostri Franciæ secundo.

Oct. 20, 1341.

Collation of the hospital by king's father, Edward II., to Henry de Shirokes, May 23, 1324.

Tenor collacionis hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ Ripon' factæ Henrico de Shirokes per dominum Edwardum, nuper Regem Angliæ, patrem domini Regis nunc, de quo in prædicto brevi fit mencio, patet in hæc verba.

Rex omnibus ad quos etc. salutem. Sciatis quod dedimus et concessimus dilecto clerico nostro Henrico de Shirokes, custodiam hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Ripon', vacantis, et ad nostram donacionem spectantis racione Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis, habendam cum omnibus ad custodiam illam spectantibus ad totam vitam ipsius Henrici. In cujus rei, etc. Teste me ipso apud Westmonasterium xxiij die Maii, anno regni nostri decimo.

Judgment of the Queen's Bench.

Prætextu cujus brevis, inspectis et dilige(nter) examinatis recordo et processu prædictis, et habito super eisdem avisamento pleniori, compertum est in eisdem quod prædictus Robert(us) de Otteleye coram domino Rege in Cancellaria sua, alias implacitando cognovit se esse laicum, asserens hospitale prædictum et omnia ad illud pertinencia temporalia existere et decimas seu spiritualia aliqua ad prædictum hospitale nullatenus pertinere, et de hoc se posuit in juratam patriæ ut prædictum est. Et postmodum, pendente jurata prædicta versus eum inde capienda, per quandam inquisicionem coram præfatis Abbate de Fontibus, Johanne de Wodehous, Francone de Barneby, et Thoma de Salcok, ad hospitale prædictum visitandum per dominum Regem assignatis, inter cætera compertum sit, quod prædictum hospit(ale) dotatur, de tercia parte decimæ garbarum duarum placearum terræ arabilis manerio de Whitclif pertinencium, quæ vocantur Gyrardleyes et Thikelond, et quod custos hospitalis prædicti qui pro tempore fuerit non solvit decimas garbarum de terris suis ad mesuagium de Havercroft, quod est prædicti hospitalis pertinens, nec de prato eidem

adjacente, nec de tribus acris terræ apud Southallerwyk, de quibus, nisi spiritualia essent, decima deberet solvi. Et prædictus Robertus coram præfatis visitatoribus vocatus, juratus, et examinatus in præmissis omnibus et singulis articulis, concordat cum juratoribus inquisicionis prædictæ, et sic per concordanciam illam, contrarium misæ suæ prædictæ, quam prius prætendebat, cognov(it), contra quam cognicionem jurata prædicta non est de jure capienda. Ideo consideratum est quod prædictus Robertus a possessione ejusdem hospitalis amoveatur, et eadem possessio hospitalis præfato David sine dilacione liberetur, habend. cum suis juribus et pertinenciis quibuscumque juxta formam literarum domini Regis prædictarum, etc. Et præceptum est vicecomiti Ebor. quod ipsum Robertum ab hospitali prædicto amoveri, et possessio ejusdem præfato David sine dilacione faciat liberari, et ipsum in eandem possessionem inducat in forma prædicta, et prædictus Robertus in misericordia pro injus[ta] occupacione, etc.

Writ of possession in favour of David.

CXVI. VISITATION OF THE HOSPITAL OF ST. MARY MAGDALENE.

(DUGD. MON. ii. 380 (ed. 1661). MS. P.R.O. *Esc.*, 15 Edw. 3, No. 73.)[1]

Inquisicio capta per Abbatem de Fountaynes, Johannem de Wodehous, Franconem de Barneby, et Thomam Salek'[2] in hospitali Beatæ Mariæ Magdalenæ Ripon', virtute commissionis domini Regis Angliæ et Franciæ, ad visitandum dictum hospitale commissarios sub certa forma deputacionis, die Mercurii prox. ante festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, anno regni dicti domini Regis Angliæ quintodecimo, regni vero sui Franciæ secundo, per Johannem de Shirewod, Ricardum de Tanfeld, Rogerum de Clotherom, Johannem le Walker seniorem, Bernardum Gille, Johannem Frankys, Ricardum le Shephird, Serlonem le Walker, Alanum (Watson?), Ricardum de Couton', Ricardum de Stowe, Johannem Waryner, et Petrum de Malton', juratos et diligenter requisitos super infrascriptis articulis. Et dicunt per sacramentum suum, quod quidam Archiepiscopus Ebor. fundavit dictum hospitale, cujus nomen ignorant; et Archiepiscopi Ebor. qui pro tempore fuerint, et dominus Rex Angliæ, sede archiepiscopali Ebor. vacante, sunt veri patroni dicti hospitalis. Et dictus Archiepiscopus prædicti hospitalis fundator, dedit dicto hospitali unam placeam terræ et bosci in

Commissioners.

A.D. 1341.

Jury.

They swear that an Archbishop of York founded the hospital, and the Archbishops are patrons,

(1) Some notes in Torre's MSS.—M_2.A. (380). (2) Salcok, p. 215, etc.

but the king *sede vacante*. The site, called Dunscewith. Fuel and common right in Northscogh. Grain worth 20*s*. per ann. out of Ripshire. To find a chaplain, and sustain lepers born in Ripshire.

Ripon', qui vocatur Dunscewith, sicut includitur fossatis, super qua fundatur hospitale prædictum, et valet per annum centum solidos. Item dedit dicto hospitali unam carectatam vel duas carectatas bosci de Northscogh, pro focali, qualibet septimana optinendas, et pasturam in parco de Northscogh ad octo boves, decem vaccas, unum taurum, quinque sues, cum sequela sua trium annorum; de precio tamen pasturæ nichil sciunt dicere. Item dictum hospitale dotatum fuit per eundem Archiepiscopum, ad percipiendum de qualibet carucata terræ arabilis in Ripschire, unam travam de quolibet genere bladorum, et valet per annum viginti solidos, quæ omnia collata fuerunt primo sororibus in dicto hospitali, quasi religiose viventibus, ad inveniendum quemdam capellanum, Divina in eodem hospitali celebrantem, et ad sustentandum omnes leprosos in Ripschire procreatos et genitos, ad dictum hospitale venientes, et ad ministrandum cuilibet leprosorum unum indumentum, quod dicitur *Bak*, et duo paria sotularium per annum, et quolibet die unum panem, pro sustentacione unius hominis sufficientem, dimidiam laganam cervisiæ, unam nocium [1] carnis die carnium, et tria allecia quolibet die piscium. Et postea, ad augmentacionem dictæ elemosinæ, datæ fuerunt per diversos homines dicto hospitali viginti quatuor acræ terræ in campis de Ripon', quæ valent per annum triginta sex solid. argenti, et annuus redditus sex marcarum in villis Ripon' et Neuby. Item, tercia pars villæ de Ilketone, cum pertinenciis data fuit dicto hospitali, ad inveniendum quendam capellanum celebrantem ibidem pro anima Willielmi de Homelyn, quæ pars valet per annum quatuor libras. Item, manerium de Mullewathe, cum pertinenciis suis, est adquisitum dicto hospitali, quod valet per annum duodecim marcas. Item dicunt, quod an capella dicti hospitalis dedicata fuerit, nesciunt, set sepultura hominum decedencium in dicto hospitali habetur ibidem, ex licencia tamen capituli Ripon'. Item dicunt, quod Johannes le Waryner, dedit eidem hospitali, tempore domini Regis, qui nunc est, manerium de Stodeley Roger, ad inveniendum duos capellanos in eodem hospitali celebrantes, ipso vivente, et post obitum suum, tres capellanos perpetuo celebraturos, set dictum hospitale oneratur eidem Johanni in duodecim marcis annuis, ad totam vitam suam. Item dicunt, quod magister dicti hospitalis, qui pro tempore fuerit, non solvit decimas de placea, nec de bosco de Dunscewith,

A leper's garment called *Bak*, etc. Flesh days and fish days for the lepers. Augmentations from Ripon Fields. Newby. Ilketon. Mulwath. Whether the chapel be dedicated? Burials there. Manor of Studley Roger. Tithes not

(1) Ducange suggests that this word may be connected with the English Nock or Notch, *incisura*.

neque de duabus acris terræ prædictis, eo quod magister dicti hospitalis et servientes sui in eodem, molunt libere aliquam multuram ad molendinum quod dicitur Northmylne Archiepiscopi. Dicunt insuper quod, defunctis dictis sororibus hospitalis prædicti, Archiepiscopus Ebor. qui tunc fuit, contulit dictum hospitale cuidam Roberto de Silkestone capellano, ad inveniendum et sustentandum elemosinam prædictam, videlicet cantarias et leprosos. Item dicunt, quod Johannes de Brideling' clericus, et in ordine accolitatus constitutus, est magister dicti hospitalis, ex collacione domini Willelmi de Melton, nuper Ebor. Archiepiscopi; et fuit per unum annum et dimidium proximo præteritum magister ibidem. Item, requisiti an elemosina prædicta alia onera dicto hospitali incumbencia sustentantur et supportantur, ut deberent, dicunt quod quidam capellanus est substractus toto tempore magistri qui nunc est, et nullus leprosus est ibidem, et per magistrum non stat, quia nulli venerunt, nec veniunt ibidem: non sunt ibi fratres nec sorores. Item, quod elemosina datur pauperibus quolibet festo Beatæ Mariæ Magdalenæ. Item, dicunt quod staurum domus, agricultura, et Divina officia ejusdem hospitalis, exceptis dicto capellano subtracto, et quadam domo in qua solebant leprosi manere, quæ prostrata fuit tempore Henrici de Shirehake, quondam magistri dicti hospitalis, et sic est adhuc; bene custodiuntur. Item, requisiti an facta sit alienacio, seu dilapidacio bonorum, possessionum, et jurium dicti hospitalis, dicunt quod dominus Willelmus de Melton, nuper Ebor. Archiepiscopus, spoliavit dictum hospitale, tempore dicti Henrici de Shirehakes, de tribus acris terræ, duabus acris prati, tota pastura pro animalibus prædictis, et focali prædicto, in dicto parco de Northscogh; et jam sunt ista subtracta in manu domini Regis qui nunc est. Item, requisiti an magister qui nunc est, prosecutus fuit jura prædicta, dicunt quod non potuit, propter brevitatem temporis sui et mortem ultimi Archiepiscopi. Item dictum hospitale non oneratur nisi in duodecim marcis, dicto Johanni le Waryner et duobus capellanis prædictis solvendis, ex causa prænominata. Dicunt eciam, quod magister et capellani sui prædicti sunt bonæ famæ et conversacionis honestæ, et sic reputantur in villa Ripon', et quod dictum hospitale fundatur de possessionibus temporalibus tantum.[1] In quorum omnium testimonium dicti jurati sigilla sua præsentibus apposuerunt.

paid for Dunscewith, etc.

The master is in acolyte's orders.

The charity is not duly administered.

The house-store is well kept, but a leper's house is pulled down.

Archbishop Melton has robbed the hospital of land, etc.

Evidence as to the master, etc.

(1) Videsis Esc. 26 Edw. III., n. 61, de statu similiter ejusdem hospitalis (see below).

Dat. Ripon' die et anno supradictis.

On a slip attached.

Examination of the master.

In Visitacione facta per dictos Abbatem, Johannem, Franconem, et Thomam, in hospitali prædicto, die et anno supradictis, vocato dicto Johanne magistro, et diligenter per ipsos super contentis in inquisicione prædicta requisitus, dicit quod non sunt ibi fratres nec sorores, nec credit quod tenetur ad inveniendum aliquem capellanum præter unum, nec prædecessores sui tenebantur. Quoad alia, credit quod dicti jurati bene dixerunt, excepto de precio manerii de Stodeley, quod dicit quod non valet nisi decem marcas.

CXVII. IN THE MATTER OF ST. MARY MAGDALENE'S.

(MS. P.R.O. *Placita coram Rege.* 19 Edw. III. Michs. roll 45.)[1]

A.D. 1345. July 15. The king's mandate for the prosecution of John le Smale.

Dominus Rex mandavit Willelmo Scot' et sociis suis Justiciariis, etc. breve suum hic in hæc verba.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Willelmo Scot' et sociis suis, Justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Quandam inquisicionem coram Thoma de Fencotes et Roberto de Midelham de mandato nostro captam et in Cancellaria nostra retornatam, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, mandantes ut, inspecta inquisicione prædicta, ulterius ad prosecucionem dilecti clerici nostri Johannis le Smale[2] fieri faciatis quod de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. Teste Leonello filio nostro carissimo, custode Angliæ, apud Suthwyk', xv die Julii, anno regni nostri Angliæ decimo nono, regni vero nostri Franciæ sexto.

An inquisition is sent with it, as follows:

Commission to the Abbot of Fountains and five others to make enquiry, dated Aug. 20, 1342.

Commissio directa Abbati de Fontibus, Ricardo de Aldeburghe, Johanni de Wodehous, magistro Johanni de Crakhale, Thomæ de Fencotes, et Roberto de Middelham, ad inquirendum, sequitur in hæc verba.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Abbati de Fontibus, Ricardo de Aldeburghe, Johanni de Wodehous, magistro Johanni de

(1) A few lines from this document are printed in the second volume of the *Monasticon* of 1661, p. 380.

(2) This clerical adventurer, being already a canon of Ripon and prebendary of Studley, had letters dimissory from Archbishop Melton to obtain both minor and holy orders, Oct. 28, 1324.—See *Reg. Melton*, below, at that date.

Crakhale, Thomæ de Fencotes, et Roberto de Middelham, salutem. Quia datum est nobis intelligi quod in hospitali Beatæ Mariæ Magdalenæ Rypon', quod de temporalibus Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis existit, pro defectu boni regiminis quamplures defectus iminent hiis diebus, qui necessarias reformacionem et correccionem exposcunt, et quod possessiones et bona ejusdem hospitalis, tam per custodem quam per fratres et ministros ejusdem diversimode dissipata sunt, alienata, et vastata, ac elemosinæ et alia pietatis opera quæ in eodem hospitali in fundacione ejusdem stabilita fuerunt subtracta sunt, in dicti hospitalis dampnum et depauperacionem, et cultus Divini diminucionem manifestam, Nos, in præmissis remedium volentes apponere oportunum, assignavimus vos, quinque, quatuor, tres, vel duos vestrum, ad statum custodis, fratrum, sororum, et aliorum ministrorum, ac possessionum et bonorum dicti hospitalis, necnon cartas et munimenta fundacionem ejusdem tangencia supervidenda, et dictum hospitale tam in parte quam in membris visitandum, dictumque custodem vel ejus in hac parte attornatum, ac fratres, sorores, et ministros prædictos super præmissis examinandos, ac eciam ad inquirendum si necesse fuerit per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu Ebor., tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas melius sciri poterit, super defectibus prædictis, et aliis articulis premissa contingentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies quos vos, quinque, quatuor, tres, vel duo vestrum, ad hoc provideritis, ad dictum hospitale personaliter accedentes inquisicionem prædictam faciatis in forma supradicta, et eam distincte et aperte factam nobis in Cancellaria nostra sub sigillis vestris, quinque, quatuor, trium, vel duorum vestrum, et sigillis eorum per quos facta fuerit, citra diem Mercurii proxime post festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis proxime futurum mittatis, et hoc breve. Mandavimus enim custodi, fratribus, sororibus, et ministris prædictis, quod vobis quinque, quatuor, tribus, vel duobus vestrum, in præmissis faciendis et explendis pareant et intendant, ac vicecomiti nostro Comitatus prædicti quod ad certos dies quos vos quinque, quatuor, tres, vel duo vestrum ei sciri faciatis, venire faciatis coram vobis quinque, quatuor, tribus, vel duobus vestrum, apud hospitale prædictum, tot et tales probos et legales homines de balliva sua, tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas in præmissis melius sciri poterit et inquiri. In cujus rei testi-

There were abuses requiring to be reformed.

Possessions and goods wasted.

The Commissioners were to hold a visitation.

The master, brethren, etc., to obey and attend to them.

monium has literas fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Turrim London', xx die Augusti, anno regni nostri Angliæ sextodecimo, regni vero nostri Franciæ tercio.

Inquisition held before two of the above Commissioners, Sept. 5, 1342.

Inquisicio capta apud Rypon' coram Thoma de Fencotes et Roberto de Middelham, prætextu mandati prædicti, sequitur in hæc verba. Prætextu hujus mandati, inquisicio capta apud Ripon' die Mercurii prox. ante festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, anno regni Regis Edwardi tercii a conquæstu sextodecimo, coram Thoma de Fencotes et Roberto de Midelham super fundacione hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ Ripon', et elemosinis et Divinis serviciis ibidem faciendis et sustentandis, et aliis in isto mandato contentis, per sacramentum Willelmi de Aldefeld, Rogeri de Clotherom, Johannis de Shirwode, Bernardi Gille, Willelmi le Littester, Johannis le Walker, Ricardi de Aiscanby, Willelmi de Munketon', Willelmi de Marton', Ricardi Colstane, et Roberti Colstane, qui dicunt super sacramentum suum quod quidam Thurstanus quondam Archiepiscopus Ebor. fundavit hospitale prædictum, et ibidem constituit primo fratres et sorores sæculares, et quod illi fratres et sorores haberent unum capellanum ibidem Divina celebraturum, et quod iidem fratres et sorores reciperent omnes presbiteros quando cæci essent et infra libertatem Ripon' natos, et eos tenerent infra hospitale prædictum in quadam camera, et cuilibet tali presbitero darent in qualibet septimana septem denarios pro sustentacione sua, et eciam quod iidem fratres et sorores ibidem semper haberent quandam domum pro omnibus leprosis infra prædictam libertatem natis sustentandis, videlicet quilibet leprosus capiens in septimana quartam partem unius *bussell* frumenti, et unum denarium pro potu, et cotidie potagium de dicto hospitali, et ad hospitand. extraneos leprosos ibidem venientes per unam noctem, inveniendo eisdem focale et literam. Postea quidem Willelmus Homell' dedit eisdem fratribus et sororibus unum mesuagium et unam carucatam terræ cum pertinenciis in Ilketon' ad inveniendum unum alium capellanum ibidem cotidie Divina celebraturum et moraturum. Et postea quidam Archiepiscopus successor ipsius Thurstani, cujus nomen ignoratur, in visitacione sua ibidem plures defectus in prædictis fratribus et sororibus inveniens, deposuit prædictos fratres et sorores, et statum eorundem adnullavit, et loco ipsorum composuit quemdam custodem, ita quod si ipse capellanus esset, alium capellanum sibi assumeret cotidie et ibidem celebrarent et morarentur continue ; et si ipse custos capellanus

The jury; only eleven names.

They swear that Archbishop Thurstan founded the hospital for secular brothers and sisters and one chaplain. The hospital is to receive blind priests. Also to have a house for lepers. Provision for the lepers.

Will. Homell provides for another chaplain.

Another Archbishop annulled the old foundation, and made new provisions.

non esset, quod ibidem inveniret semper duos capellanos divina cotidie celebraturos, et ibidem cotidie moraturos, ita quod prædictus custos annuatim in die Beatæ Mariæ Magdalenæ faceret quandam distribucionem quibuscumque pauperibus ibidem venientibus, videlicet cuilibet eorum de uno pane et uno allece, et quod faceret cotidie per totum annum elemosinas secundum facultatem suam, et eciam quod faceret omnia alia onera quæ prædicti fratres et sorores in prima fundacione facere consueverunt, et quod prædictus custos ibidem resideret. Dicunt eciam quod non sunt alia onera dicto hospitali tangencia ex prima fundacione sua. Requisiti si cantaria prædicta sustineat necne, dicunt quod non nisi per unum capellanum, qui quidem capellanus ibidem non residet. Requisiti si prædictus custos ibidem resideat necne, dicunt quod non, set quod custos alibi moratur et bona hospitalis dispendit, ubi, ignorant; Requisiti si prædicta distribucio fiat necne, dicunt quod sic. Requisiti si aliquæ aliæ elemosinæ ibidem fiunt per prædictum custodem, dicunt quod non. Requisiti si cæcis presbiteris fiat elemosina ut prædictum est, dicunt quod sic. Requisiti si prædictis leprosis tam intrincecis[1] quam extrincesis[1] fiat elemosina ut prædictum est, et si domus in qua morari debent sit reparata et debite cooperta et sustentata, dicunt quod domus illa per magnum tempus ablata est, et quod de illa elemosina hiis diebus nec per magnum tempus præteritum aliquibus leprosis fit: custos autem hospitalis prædicti absens fuit et non coram nobis comparuit, nec aliquis attornatus pro se qui nobis scripta vel munimenta fundacionis hospitalis prædicti demonstrare voluit. In cujus rei testimonium prædicti jurati sigilla sua huic inquisicioni apposuerunt. Dat. apud Ripon', die et anno supradictis.

Duties of the chaplains.

Distribution of alms by the master on St. Mary Magdalene's day.

Further liabilities as under the old foundation.

The chantry maintains only one chaplain, who does not reside.

Further evidence as to alms, etc.

The master has neither appeared nor sent an attorney to shew the muniments.

Brevia prædictis Custodi, fratribus, sororibus, et ministris hospitalis prædictæ, ac eciam Vicecomiti Ebor. de esse intendenda, remaneant affilata inter Recorda de anno decimo nono.

The briefs to be filed.

Et modo coram domino Rege venit prædictus Johannes le Smale, et dicit quod dominus Rex dedit et concessit eidem Johanni custodiam hospitalis prædictæ, et ostendit literas domini Regis patentes quæ hoc testantur in hæc verba.

John le Smale produces the letter of Edward III., dated July 10, A.D. 1342,

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod dedimus et concessimus dilecto clerico nostro Johanni le Smale custodiam hospitalis Sanctæ Mariæ

(1) So in MS.

appointing him master *sede vacante.*

Magdalenæ de Rypon', vacantem, et ad nostram donacionem spectantem racione Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis, habendum cum suis juribus et pertinenciis quibuscunque ad totam vitam ipsius Johannis. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, x die Julii, anno regni nostri Angliæ sextodecimo, regni vero nostri Franciæ tercio.

The Sheriff of York is to summon John de Bridlington to shew cause why he should not be removed.

Propter quod per breve de Cancellaria domini Regis præceptum fuit Vicecomiti Ebor. quod scire faciat Johanni de Bridlington' quod esset coram Rege ad hunc diem, scilicet a die Sancti Michaelis in xv dies ubicumque etc. ad ostendendum, si quid pro se haberet vel dicere sciret, quare ab hospitali prædicto amoveri, et possessio ejusdem præfato Johanni le Smale liberari non deberet, juxta tenorem literarum prædictarum, etc.

Et Vicecomes retornavit quod scire fecit præfato Johanni de Bridelyngton, quod esset coram Rege ad diem in brevi Regis contentum, secundum formam ejusdem brevis per Simonem de Aymondreby et Johannem Bradan de Eluele. Et prædictus Johannes de Bridelyngton', per præmunicionem ei inde factam, per Johannem de Wilton attornatum suum venit. Et dicit quod ipse tenet hospitale prædictum ad terminum vitæ suæ ex collacione Willelmi de Melton', nuper Archiepiscopi Ebor.,[1] et tenuit tota vita ipsius nuper Archiepiscopi, et post mortem ipsius Archiepiscopi, toto tempore quo temporalia ipsius Archiepiscopatus fuerunt in manu domini Regis nunc, et sic dicit quod ipse tenet hospitale prædictum in jure Willelmi La Zouche nunc Archiepiscopi Ebor., et dicit quod hospitale prædictum non fuit vacans tempore quo temporalia Archiepiscopatus prædicti fuerunt in manu ipsius domini Regis nunc. Et hoc paratus est verificare etc. si dominus Rex hoc velit dedicere. Et petit judicium si idem dominus Rex ipsum Johannem de possessione sua hospitalis prædicti per talem suggestionem minus rite factam velit impetire, etc.

He appears by attorney and says that he holds the hospital by collation of Will. de Melton, late Archbishop of York.

John de Lincoln, on behalf of the king, says that John de Bridlington was removed by the king, *sede va-*

Et Johannes de Lincoln', qui sequitur pro domino Rege, dicit quod post mortem Willelmi de Melton' nuper Archiepiscopi Ebor. omnia temporalia, feoda, et advocaciones archiepiscopatus Ebor. devenerunt in manum domini Regis nunc. Ita quod dominus Rex, temporalibus archiepiscopatus illius in manu sua existentibus, mandavit commissionem suam præfatis Abbati et aliis ad inquirendum super defectibus in hospitali prædicto

(1) He had been collated in 1339, after the removal of one Silkeston (*Torre*).

repertis, per quod per inquisicionem captam coram præfatis Thoma et Roberto compertum fuit, quod custos hospitalis prædicti, si capellanus esset, quod inveniret ibidem alium capellanum, ita quod semper forent ibidem duo capellani, et quod custos semper ibidem resideret, et ex quo per inquisicionem illam compertum fuit quod custos hospitalis prædicti in hospitali prædicto resideret, etc. et eciam per breve domini Regis mandatum fuit eidem custodi quod interesset coram præfatis Abbate et aliis, auditurus inquisicionem illam, et ad ostendend. cartas et munimenta dictum hospitale tangencia. Qui quidem Johannes coram eisdem Thoma et Roberto venire non curavit. Et per inquisicionem prædictam compertum est quod Custos semper in hospitali illo resideret, et eciam plures defectus in hospitali prædicto fuerunt reperti, quos quidem defectus idem Johannes non dedicit, et per illos defectus in hospitali prædicto repertos hospitale illud de jure vacuum tenetur, etc. unde petit judicium pro domino Rege, et quod prædictus Johannes de Bridlyngton' a possessione sua hospitalis prædicti amoveatur, etc.

conte, for not fulfilling the conditions of the master's office.

Et Johannes de Bridlyngton' dicit quod ipse virtute inquisicionis prædictæ ab hospitali suo prædicto, ad quam ipse non fuit præmunitus ad interessendum, amoveri non debet, quia dicit quod nunquam aliquod breve ei inde venit ad interessendum, etc. Et quoad hoc quod per inquisicionem, etc. compertum est quod Custos illius hospitalis debet esse residens, et idem Johannes tempore visitacionis non fuit residens, etc., dicit quod Custodes post tempus memoriæ non fuerunt residentes nisi ad voluntatem suam. Et quoad hoc quod compertum est etc. quod si Custos non sit capellanus, debet semper ibi invenire duos capellanos, dicit quod nec ipse nec aliquis prædecessorum suorum unquam de tali onere fuerunt onerati racione hospitalis prædicti, nisi solummodo de uno capellano qui ibidem residet, prout per inquisicionem etc. compertum est. Et quoad hoc quod compertum est quod Custos debet sustinere omnes leprosos natos infra libertatem Ripon', capientes per septimanam quartam partem unius busselli frumenti, et quod ipse reciperet omnes alios leprosos extraneos in una domo, etc., dicit quod quoad sustentacionem leprosorum infra libertatem prædictam natorum, quod nuncquam fuit aliquis leprosus natus infra eandem libertatem qui ibidem venit pro sustentacione prædicta percipienda postquam ipse Custos hospitalis prædicti extiterat, et quoad hospitandos leprosos extraneos etc. dicit quod nec ipse

John de Bridlington says he had no notice to be present at the king's inquisition, and defends himself against charges of maladministration.

nec prædecessores sui ad tale onus facere tenerentur nec onus illud fecerunt. Et quoad dictam domum pro mora leprosorum, dicit quod quædam domus est ibidem stans pro mora leprosorum ibidem veniencium et commorancium etc. Et hoc paratus est verificare, etc. Unde non intendit quod dominus Rex velit ipsum de possessione sua inquietare, seu ipsum a custodia sua prædicta amovere, etc.

John le Smale says that the king's brief came to John de Bridlington, and that the articles alleged against him were true.

Et Johannes le Smale dicit quod breve domini Regis eidem Johanni de Bridelyngton' ad interessendum coram eisdem visitatoribus prædictis die et loco venit. Et quod omnes articuli in inquisicione prædicta comperti pro domino Rege sunt veri, sicut in inquisicione prædicta reperitur, etc. Et hoc petit, quod inquiratur per patriam. Et prædictus Johannes de Bridelington' similiter, etc. Ideo preceptum est Vicecomiti quod venire faciat coram domino Rege a die Sancti Hillarii in xv dies ubicumque etc. xxiiij etc. per quos etc. Et qui nec etc. Ad recogn., etc. Quia tam, etc. Et super hoc idem Johannes le Smale posuit loco suo Ricardum de Kesburgh in placito prædicto. Postea, continuato hinc inde processu inter partes prædictas per juratas inter eas positas in respectum usque a die Sancti Michaelis in xv dies anno regni Regis nunc Angliæ vicesimo ubicunque, etc. Ad quem diem venerunt coram domino Rege tam prædictus Johannes de Bridelyngton per prædictum attornatum quam prædictus Johannes le Smale per attornatum suum prædictum; et idem Johannes de Bridelyngton' profert hic literas domini Regis patentes in hæc verba.

John de Bridelyngton and John le Smale appear by their attorneys.

John de Bridlington produces the king's letter of June 5, 1346, stating that John le Smale had represented him as dead,

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod cum nuper, suggesto nobis per Johannem le Smale, clericum, quod Johannes de Bridelyngton, clericus, Magister hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Ripon', diem clausit extremum, et quod collacio ejusdem hospitalis, ad quos pertinebat hospitale prædictum, præfato Johanni le Smale ad procuracionem suam contulerimus, per quod idem Johannes le Smale præfatum Johannem de Bridlyngton' super possessione sua hospitalis prædicti, quod a longo tempore pacifice tenuit, injuste et voluntarie molestavit. Nos, pro eo quod sumus certitudinaliter informati quod prædictus Johannes de Bridelyngton' corporali gaudet sospitate, et quod jus conferendi hospitale prædictum, prout nobis datum fuit intelligi, non habemus, collacionem nostram prædictam præfato Johanni le Smale de dicto hospitali sic factam tenore præsencium revocamus ex

whereas he was enjoying good health: the king therefore revokes his

causa supradicta, et statum quem idem Johannes de Bridelyngton' habet in hospitali prædicto ex collacione Willelmi nuper Archiepiscopi Ebor., quantum in nobis est, pro nobis et hæredibus nostris jam accipimus, ratificamus, et approbamus. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Porcestre, quinto die Junii, anno regni nostri Angliæ vicesimo, regni vero nostri Franciæ septimo.

letter to John le Smale.

Profert eciam hic breve domini Regis clausum quod hoc testatur in hæc verba.

The king's letter to his judges to the same effect, Nov. 7, A.D. 1346.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis et fidelibus suis Willelmo Scot, de sociis suis Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Cum nuper, suggesto nobis per Johannem le Smale, clericum, quod Johannes de Bredelyngton, clericus hospitalis Beatæ Mariæ Mâgdalanæ de Ripon' diem clausit extremum, et quod collacio ejusdem hospitalis ad nos pertinebat, hospitale prædictum præfato Johanni le Smale ad procuracionem suam contulerimus, per quod idem Johannes le Smale præfatum Johannem de Bridelyngton' super possessione sua hospitalis prædicti, quod a longo tempore pacifice tenuit, injuste et voluntarie molestavit, et nos, pro eo quod sumus certitudinaliter informati quod prædictus Johannes de Bredelyngton' corporali gaudet sospitate, et quod jus conferendi hospitale prædictum, prout nobis datum fuit intelligi, non habemus, collacionem nostram prædictam præfato Johanni le Smale de dicto hospitali sic factam revocaverimus ex causa supradicta, et statum quem idem Johannes de Bridelyngton' habet in hospitali prædicto ex collacione Willelmi nuper Archiepiscopi Ebor., quantum in nobis est, pro nobis et hæredibus nostris acceptaverimus, ratificaverimus, et approbaverimus, prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur; Vobis mandamus, quod placito quod pendet coram nobis per breve nostrum inter nos et prædictum Johannem de Bridelyngton' de hospitali prædicto ex causa prædicta supersedeatis omnino, ipsum Johannem de Bridelyngton', contra tenorem literarum nostrarum prædictarum non molestantes seu gravantes. Teste Leonello filio nostro carissimo, Custode Angliæ, apud Turrim London', vij die Novembris, anno regni nostri Angliæ vicesimo, regni vero nostri Franciæ septimo.

John de Bridlington is confirmed in his mastership, and is not to be molested.

Ideo consideratum est quod prædictus Johannes de Bridelyngton' ad præsens eat inde sine die etc. Salvo jure Regis, etc.

CXVIII. ROYAL VISITATION OF ST. MARY MAGDALEN'S.

(MS. P.R.O. *Esc.* 26 Edw. III., No. 60, 2nd numbers.)

A.D. 1352. Sept. 15. The king's order for a visitation by his commissioners.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, dilectis sibi magistro Willelmo de Langeton, magistro Adæ de Twyselyngton', et Roberto de Middelham, salutem. Quia datum est nobis intelligi quod in hospitali Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Rypon', quod de temporalibus Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis existit, pro defectu boni regiminis ejusdem hospitalis plures defectus reperiuntur hiis diebus, ac possessiones et bona dicti hospitalis dissipata sunt multipliciter et vastata, in ejusdem hospitalis dampnum et destruccionem, ac Divini cultus et pietatis operum, qui ibidem fieri deberent et fuerunt ab olim stabilita, diminucionem manifestam, Nos, statui hospitalis prædicti pie compacientes, ac relevacionem ejusdem intime cupientes, ut tenemur, assignavimus vos et duos vestrum ad supervidendum statum hospitalis prædicti, et ad Custodem, fratres, et sorores, ac ministros ejusdem hospitalis visitand. dictumque custodem ac fratres et sorores ejusdem super præmissis singillatim examinand., et ad inquirend. per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu Ebor. tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas melius sciri poterit, super defectibus hospitalis prædicti ac super gestu Custodis, fratrum, et sororum prædictorum, necnon si dissipaciones et consumpciones bonorum, rerum, et possessionum, aut alienaciones terrarum, tenementorum, seu reddituum ad hospitale prædictum pertinencium factæ fuerint necne, et si sic, tunc quo, quibus personis, quo tempore, qualiter, et quomodo, et de omnibus aliis articulis et circumstanciis præmissa tangentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certum diem quem vos vel duo vestrum ad hoc provideritis, ad hospitale prædictum personaliter accedentes, diligentem super præmissis faciatis inquisicionem, et eam, distincte et aperte factam, nobis in Cancellaria nostra sub sigillis vestris vel duorum vestrum, et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis, et hoc breve. Mandavimus enim custodi, fratribus, et sororibus hospitalis prædicti, quod vobis vel duobus vestrum in præmissis pareant et intendant, ac Vicecomiti nostro comitatus prædicti, quod ad certum diem, quem vos vel duo vestrum ei scire faciatis, venire faciat coram vobis vel duobus vestrum apud hospitale prædictum, tot et tales probos et legales homines de balliva sua, tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas in præ-

missis melius sciri poterit et inquiri. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, xv die Septembris, anno regni nostri Angliæ vicesimo sexto, regni vero nostri Franciæ terciodecimo.

BURSTALL.

Inquisicio capta apud Hospitale Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Rypon', die Lunæ proxime post Octabas Sancti Martini in yeme, anno regni Regis Edwardi tercii post conquæstum vicesimo sexto, per magistrum Adam de Twyselyngton et Robertum de Middelham, assignatos per commissionem domini Regis huic inquisicioni consutam, ad supervidendum statum hospitalis prædicti, ac custodem, fratres, et sorores ejusdem hospitalis visitand. et de statu et defectibus dicti hospitalis, ac gestu Custodis ejusdem inquirendi per sacramentum Johannis de Shirwod', Ricardi de Stowe, Ricardi Hosteler, Johannis de Ilketon', Willelmi Licester, Willelmi de Snayth, Symonis Fissher de Neuby, Johannis Bluther, Johannis Frankis, Willelmi Colstan de Thorp', Roberti de Nunwykthornes, et Johannis de Norton'. Qui dicunt super sacramentum suum quod fundacionem dicti hospitalis in scriptis nuncquam viderunt, set audierunt de antecessoribus et senioribus suis, quod dictum hospitale fundatum fuit pro sustentacione fratrum et sororum debilium a Thurstano, quondam Archiepiscopo Ebor. Et dicunt quod postea, tempore de quo non recolunt, ordinacio dicti hospitalis mutata fuit, videlicet quod loco fratrum et sororum essent ibidem Custos et capellani, videlicet unus pro dicti hospitalis terris et redditibus sibi adjacentibus, et alter pro tenementis in Mulwath, et tercius pro tenement. in Ilketon', et si Custos dicti hospitalis capellanus esset, celebrare possit pro uno trium prædictorum. Item pro tenementis de novo adquæsitis in Stodlaye de Johanne Warayner, tenetur Custos prædictus invenire tres capellanos singulis diebus celebrantes ibidem pro dicto Johanne Warayner et aliis. Et modo non sunt ibi nisi tres capellani et ipse Custos quartus, qui tamen non celebrat quod sciant dicti jurati. Item dicunt quod dictus Custos tenetur recipere omnes leprosos natos infra libertatem Rypon' et eos hospitare in hospitali prædicto, pro quibus ædifficata fuit quædam domus in hospitali prædicto, quæ tempore nunc Custodis prostrata est. Item idem Custos tenetur recipere singulos capellanos cæcos de eadem libertate natos, et illos hospitare in hospitali prædicto, dando cuilibet capellano singulis septimanis septem denarios et unum garnimentum per

Inquisition held on Monday, Nov. 19, A.D. 1352, by the royal commissioners.

Jury.

Evidence of jury, as to

Founder,

Keeper and chaplains,

Lepers,

Blind chaplains.

annum, et cuilibet leproso unum *pek* frumenti et unum denarium, quæ facere est paratus. Item tenetur singulis diebus festi Beatæ Mariæ Magdalenæ distribuere pauperibus ad dictum hospitale venientibus, videlicet cuilibet unum panem et duo allecia, vel valorem alleciorum, set dicunt quod per quatuor annos proxime elapsos, nulla allicia distribuit. Item invenit quando factus fuit Custos, magnam partem terræ hospitalis prædicti seminatam cum frumento et sufficiens semen cujuslibet generis bladi in grangia remanens[1] (pro) terra hospitalis prædicti seminanda, et unam carucam cum viij bobus, et unam carectam ferratam, cum iij equis. Et sic habetur in præsenti. Item dicunt quod plura domus et ædificia apud Stodelay tempore hujus Custodis sunt diruta et prostrata, et plura debilitata et ruinosa. Item dicunt quod similiter apud Ilketon vj domus tenencium quæ fuerunt ejusdem hospitalis sunt dirutæ et prostratæ. Item dicunt quod dictus Custos succidit et vendidit circiter quadraginta fraxinos quæ fuerunt dicti hospitalis prædicti[2] apud Stodlay precii sexaginta solidorum. Item dicunt quod Willelmus de Stopham debet eidem hospitali duas solidatas annui redditus pro firmacione stagni molendini apud Mulwath, et dominus Symon Ward iiij solid. annui redditus pro ten. in Newby, et Johannes Scayf ij solid. pro ten. in Rypon'. De quibus redditibus, excepto prædicto redditu, quem dictus Symon debet, dictus Custos non fuit seisitus, nec accionem inde prosequebatur. In cujus rei testimonium præfati jurati præsenti inquisicioni sigilla sua apposuerunt. Dat. die, anno, et loco supradictis.

Doles.

Corn, implements, and cattle.

Buildings.

Timber sold.

Rents due to the hospital.

Visitacio facta per magistrum Adam de Twyselington et Robertum de Mydilham, assingnatos per commissionem domini Regis huic visitacioni consutam, ad supervidendum statum hospitalis Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Rypon', ac Custodem, fratres, et sorores ejusdem hospitalis visitandum, et cætera facienda quæ in dicta commissione continentur, die Lunæ prox. post Octabas Sancti Martini in yeme, anno regni Regis Edwardi tercii post conquæstum Angliæ vicesimo sexto, apud hospitale prædictum. Cujus commissionis virtute, dicto die in præfato hospitali, domino Johanne de Briddelington', capellano et Custode ejusdem, singilatim examinato super sacramento suo inde præstito super veritate dicendi super statu dicti hospitalis, et aliis contentis in commissione supradicta: Qui dicit de verbo in

Visitation held as above, Nov. 19, A.D. 1352.

Examination of the keeper of the hospital, as to his tenure.

(1) Originally 'permanente,' but altered.
(2) 'Prædicti' marked with sign of erasure.

verbum prout inferius continetur. Inprimis examinatus et interrogatus quem statum habet in dicto hospitali, dicit quod habet illud hospitale ex colacione domini Willelmi de Melton' nuper Ebor. Archiepiscopi, fundatoris et patroni ejusdem hospitalis, ad terminum vitæ suæ, et confirmacionem domini nostri Regis nunc, quas quidem collacionem et confirmacionem ostendidit sub sera,[1] et dicit quod fundacionem dicti hospitalis nunquam vidit inscriptam. Dicit tamen quod audivit a multis majoribus et senioribus quod dictum hospitale erat fundatum pro sustentacione pauperum fratrum et sororum dicti hospitalis, nunc vero non sunt ibi fratres et sorores, set ex quadam alia ordinacione debent esse duo sacerdotes in eodem hospitali, quorum alter potest esse Custos ejusdem hospitalis si sit capellanus. Item quod alii tres sacerdotes deberent esse in dicto hospitali pro redditibus de Stodlay noviter adquæsitis, quorum quilibet annuatim recipere deberet quinque marcas argenti et habitacionem comppetentem in dicto hospitali. Ad præsens tamen non sunt in dicto hospitali nisi quatuor capellani, quorum unus idem Custos est, et hoc propter exilitatem fructuum et reddituum de Stodlay, qui non valent ad præsens ultra sex marcas. Examinatus super inventario omnium bonorum et statu dictæ domus tempore collacionis sibi factæ, dicit quod non invenit ibidem tunc aliqua averia, nec bona vel catalla dicti hospitalis, nisi libros et ornamenta capellæ ejusdem, sed modo sunt ibidem averia, bona et catalla ad valenciam quadraginta librarum, quæ omnia et singula decit (*sic*) esse sua propria catalla, et ad voluntatem suam, tam in morte quam in vita. Et dicit quod custos dicti hospitalis singulis annis die Sanctæ Mariæ Magdalenæ tenetur distribuere singulis pauperibus in dicto hospitale elemosinam petentibus, unum panem et duo alacia, et hoc fecit toto tempore suo et faciet ut dicit. Item dicit quod si esset aliquis leperosus de libertate Rypon', Custos dicti hospitalis tenetur ipsum recipere cum bonis suis si petat, et invenire sibi domum pro mora sua ibidem, et dare ei singulis septimanis unum pekum frumenti et unum denarium, et simili modo tenetur quemlibet capellanum cæcum de dicta libertate natum recipere, si petat, cum bonis suis, et ipsum hospitare ibidem, et similem elemosinam ut supra singulis septimanis eisdem tribuere, ad quæ omnia et singula facienda et implenda toto tempore suo fuit, est, et erit paratus, ut dicit. Item dicit quod tempore suo non sint aliqua bona dicti hospitalis vel ad

Abp. Melton a founder.

Objects of the foundation.

Goods and chattels.

Doles.

Lepers.

(1) So in MS., perhaps for *sub cera*, under seal.

ipsum pertinencia alienata, dissipata, vel destructa, nec quod invenit manerium de Stodlay dicto hospitali noviter adquæsitum ruinosum, et sic est adhuc. Et dicit quod non esset ad utilitatem dicti hospitalis illud manerium reficere. Examinatus super redditibus et valore annuis dicti hospitalis, dicit quod habet in Rypon' unum clausum seperali (*sic*) continentem circiter quadraginta acras terræ, prati, et bossi, cujus valor per annum cum aliis terris adjacentibus se extendit ad quinque marcas. Item habet redditus in villa Rypon' ad summam sex marcarum. Item habet apud Moulewath annuum redditum sex marcarum. Item apud Ilketon ad summam quatuor marcarum nunc. Item apud Stodlay noviter adquæsitum habet annuum redditum sex marcarum. Et dicit quod licet redditus isti pauci sint ad sustentacionem plurium quam quatuor sacerdotum, attamen diligenciam quam potuit fecit ut haberet duos alios capellanos in dicto hospitali celebrantes, non tamen potuit invenire aliquos capellanos honestos et abiles ad hospitale prædictum juxta statum ejusdem ut dicit. Dicit eciam quod ad illud hospitale pertinet recipere et habere garbas vocatas Beatæ Mariæ Magdalenæ Rypon' infra libertatem ejusdem ad valorem nunc viijs. et quatuor denariorum. Item dicit quod quædam domus quæ ædificata fuit juxta hospitale prædictum versus aquam de Yorr' pro leprosis hospitandis fuit valde ruinosa et a diu est quod aliquis leprosus ibi extiterat, et ipse prostravit dictam domum et de meremio illius ædificavit quandam cameram infra dictum hospitale: plura vel aliter nescit dicere ut dicit.

Evidence of the chaplains.

Item in dicta visitacione compertum est per capellanos juratos dicti hospitalis quod in dicto hospitali non est aliqua fundacio in script. set quod ab antiquo dicitur (quod) fuerunt in dicto hospitali fratres et sorores quales non sunt ibi modo, sed quidam custos capellanus et tres capellani sub eo. Item compertum est quod in dicto hospitali deberent esse tres sacerdotes Divina celebrantes, unus videlicet pro terris, tenementis, et redditibus Rypon', alius pro tenementis de Moulewath, et tercius pro tenementis in Ilketon. Item alii tres sacerdotes celebrantes in dicto hospitali pro terris et tenementis in Stodlayroger noviter adquæsitis. Nunc tamen non sunt in dicto hospitali nisi tres capellani celebrantes Divina, et dictus custos est quartus capellanus, sed non celebrat ut dicunt, et est communiter absens a dicto hospitali per magnam partem anni. Item dictus custos clamat habere dictum hospitale ad terminum vitæ suæ, et tamen compertum est quod non est

præfectus in custodem per eleccionem, nec ostendit fundacionem aliquam dicti hospitalis per quam appareat ipsum debere esse perpetuum.

In cujus rei testimonium prædicti Adam et Robertus huic visitacioni et compertis sigilla sua apposuerunt. Dat. die, anno, et loco supradictis.

Royal brief to the sheriff to call witnesses.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, Vicecomiti Ebor., salutem. Cum per literas nostras patentes assignaverimus dilectos nobis magistrum Willelmum de Langeton', magistrum Adam de Twyselyngton, et Robertum de Middelham, vel duos eorum, ad statum hospitalis Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Rypon', quod de temporalibus Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manu nostra existentis existit, supervidendum, et ad custodem, fratres et sorores ac ministros ejusdem hospitalis visitandum, et ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu prædicto, tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas melius sciri poterit, super defectibus hospitalis prædicti, ac super gestu custodis, fratrum et sororum prædictorum plenius veritatem, et ad quædam alia in literis nostris prædictis contenta facienda et explenda, prout in eisdem literis plenius continetur, tibi præcipimus quod ad certum diem, quem iidem Willelmus, Adam, et Robertus, vel duo eorum tibi scire facient, venire facies coram eis vel duobus eorum apud hospitale prædictum, tot et tales probos et legios homines de balliva tua, tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas in præmissis melius sciri poterit et inquiri. Et habeas ibi hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium, xv die Septembris, anno regni nostri Angliæ vicesimo sexto, regni vero nostri Franciæ terciodecimo.

BURSTALL.

Commissioners' order to the sheriff to empanel a jury.

Magister Adam de Twyslyngton et socii sui per commissionem domini Regis assignati ad supervidendum statum hospitalis Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Rypon', et ad custodem, fratres, et sorores ac ministros ejusdem hospitalis visitandum, et ad inquirendum super defectibus hospitalis prædicti, Vicecomiti Ebor. salutem. Ex parte domini Regis vobis mandamus, quod venire faciatis coram nobis vel duobus nostrum apud hospitale prædictum, viginti quatuor probos et legios homines de balliva vestra, tam infra libertates quam extra, quemlibet sub pœna decem librarum, die Lunæ prox. post Octabas Sancti Martini prox. futuri, pro inquisicione inde facienda, et aliis quæ ex

parte domini Regis eis injungentur. Et vos ipsi vel subvicecomites vestri vel alius sufficiens per vos et commissionem vestram inde factam scitis (*sic*) tunc ibidem coram nobis vel duobus nostrum, sub pœna viginti librarum, ad facienda ea quæ ad officium vestrum pertinent. Et habeatis tunc ibidem nomina prædictorum viginti quatuor hominum, breve clausum quod vobis inde venit, et hoc præceptum. Dat. apud Rypon' die Lunæ prox. ante festum Omnium Sanctorum, anno regni regis Edwardi tercii post conquæstum xxvj^{to}.

Endorsed. Responsum Petri de Nuttill Vicecomitis Ebor. patet in panello huic præcepto attachiato.[1]

CXIX. TAXATION OF THE HOSPITAL OF ST. MARY MAGDALENE.

(*Copy of a Record in the Public Record Office entitled 'Patent Roll* 30 Edw. III. p. 2.')

[m. 17.] A.D. 1356. *De exemplificacione.* Royal brief for examination of exchequer rolls.

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Inspeximus quoddam breve nostrum Thesaurario et Baronibus nostris de Scaccario nuper directum, ac certificacionem per eosdem Thesaurarium et Barones nobis in Cancellaria nostra inde missam in hæc verba.

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, Thesaurario et Baronibus suis de Scaccario, salutem. Volentes certis de causis certiorari utrum hospitale Beatæ

(1) This is followed by a list of the names of the jurymen with 'jur.' written against the twelve who were sworn, and a parallel list of their *manucaptores* (mainpernors or sureties for their appearing), to the following effect: — Manucaptores Johannis de Shirewod jurati, Robertus Fox, Willelmus Hardi; M. Ricardi de Stowe, jur., Will. Hardi, Rogerus Ward; M. Ricardi le Hostiler, jur., Johannes Roger; M. Johannis de Ilketon, jur., Joh. Roger, Will. Kemp; M. Willelmi Lister, jur., Joh. Kady, Will. Kank, Joh. Hardicors; M. Johannis le Warener, Joh. Hardicors; M. Will. de Snayth, jur., Joh. Hardycors, Will. Sibri, Joh. Sabbe; M. Simonis Fissher de Neuby, jur., Joh. Sabbe, Will. Anable; M. Joh. Blothre, jur., Will. Anable, Alanus de Tid; M. Joh. Frankys, jur., Al. de Tid, Galfr. Tote, Will. Crabbe; M. Will. Colstan de Thorp, jur., Will. Crabbe; M. Ricardi de Marton, jur. (this name is crossed out), Ric. Alayn, Joh. Lely; M. Joh. de Norton, jur., Ric. Alayn, Joh. Lely; M. Nicholai de Burton, Joh. Lely, Will. Snell, Ric. Holy; M. Roberti de Nunwikthornes, jur. (no sureties); M. Ricardi Colstan, Ric. Holy, Joh. Sageman; M. Symonis de Gyuendale, Joh. Sageman, Joh. Wald; M. Joh. de Carleton, Joh. Wald, Galfr. Mod; M. Joh. de Topclif, Galf. Mod, Nich. Sigrym; M. Nicholai Byndlowys, Alanus Dode, M. Larr, Flesshewer, Al. Dode, Will. Jakes; M. Benedicti Wright, Will. Jakes, Jacobus Elys; M. Roberti de Tanfeld, Jacobus Elys, Alanus Sage; M. Nicholai de Hoton, Alanus Sage, Johannes Drynges.

Mariæ Magdalenæ de Ripon' in Comitatu Ebor. ad decimam cum clero an ad quintamdecimam cum laicis in concessionibus hujusmodi decimarum et quintarum-decimarum nobis per clerum et comitatem regni nostri Angliæ ante hæc tempora factis taxari consuevit, et ad quam summam, qualiter et quo modo, vobis mandamus, quod, scrutatis rotulis compotorum taxatorum et collectorum decimarum et quintarum-decimarum prædictarum, ac aliis memorandis Scaccarii prædicti præmissa tangentibus, nos in Cancellaria nostra de eo quod inde inveneritis sub sigillo ejusdem Scaccarii distincte et aperte, sine dilacione, reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx die Junii, anno regni nostri Angliæ tricesimo, regni vero Franciæ decimo septimo.

Irrotulatus termino Sanctæ Trinitatis, anno xxx° Regis primo.

Scrutatis rotulis Scaccarii prætextu hujus brevis, compertum est quod hospitale Beatæ Mariæ Magdalenæ inter bona temporalia cleri Ebor. diœc. anno regni Regis Edwardi avi Regis nunc xx° taxatum fuit ad xiij s. iiij d. Et anno regni Regis Edwardi patris Regis nunc xij°,[1] propter destruccionem Scotorum, taxatum fuit de novo ad v s. Et non est compertum quod idem hospitale oneratum extitit de aliquibus quotis cum laicis. Nos autem tenorem brevis et certificacionis prædictorum, ad requisicionem magistri Johannis Crakhale, custodis hospitalis prædicti, tenore præsencium duximus exemplificandum. In cujus, etc. Teste Rege apud Westmonasterium, quinto die Julii.

Old taxation.

New taxation on account of Scots.

CXX. INQUISITION CONCERNING THE HOSPITAL OF ST. JOHN THE BAPTIST.

(*Inquis.* 36 Edw. III. p. 2. 2nd numbers, No. 54.)

Edwardus, Dei gracia Rex Angliæ, dominus Hiberniæ et Aquit', dilecto sibi Willelmo de Nessefeld Escaetori suo in Comitatu Ebor., salutem. Præcipimus tibi quod per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva tua, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiras si sit ad dampnum vel præjudicium nostrum aut aliorum, si concedamus dilecto clerico nostro David de Wollore et Johanni de Shirwode de Ripon', quod ipsi quatuor mesuagia, unum toftum cum crofto, unam bovatam, et triginta duas acras terræ et dimidiam, quatuor acras et tres rodas prati et viginti et quinque solidatas et octo

A.D. 1361.

Royal brief to the escheator to make enquiry *ad quod dampnum.*

(1) A.D. 1318–19. See above. p. 78.

denaratas redditus cum pertinenciis in Ripon', Bondegate, Sharhowe, Merkyngton', Thorp', et Wallerthwaite, dare possint et assignare cuidam capellano Divina pro animabus ipsorum David et Johannis, ac patrum et matrum suorum, et omnium fidelium defunctorum, in capella sive hospitali Sancti Johannis Baptistæ Ripon' singulis diebus celebraturo: Habendum et tenendum eidem capellano et successoribus suis capellanis Divina ibidem sicut prædictum est celebraturo, juxta ordinacionem inde faciendam imperpetuum, et si sit ad dampnum vel præjudicium nostrum aut aliorum, tunc ad quod dampnum et quod præjudicium nostrum, et ad quod dampnum et quod præjudicium aliorum, et quorum, qualiter, et quo modo, et de quo, vel de quibus, prædicta mesuagia, toftum, terra, pratum, et redditus tenentur, et per quod servicium, et qualiter, et quo modo, et quantum valeant per annum in omnibus exitibus, et quæ terræ et tenementa eisdem David et Johanni remanent ultra donaciones et assignaciones prædictas, et de quo vel de quibus tenentur, et quantum valeant per annum in omnibus exitibus. Et inquisicionem inde distincte et aperte factam nobis sub sigillo tuo et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittas, et hoc breve. Teste me ipso, apud Westmonasterium, xv die Augusti, anno regni nostri tricesimo sexto.

Enquiry before the king's escheator.

Inquisicio capta apud Ripon' coram Willelmo de Nessefeld Escaetore domini Regis in comitatu Ebor., die Lunæ prox. post festum Sancti Hillarii, anno regni Regis Edwardi tercii post conquæstum tricesimo sexto, virtute brevis domini Regis eidem Escaetori directi, per sacramentum Roberti de Brunhous, Willelmi le Littester, Johannis de Tanfeld, Willelmi de Scotton', Walteri de Ledes, Johannis del Grene, Johannis Jowet, Johannis de Morpath, Bernardi Wright, Johannis Teler, Johannis de Merkyngton, et Roberti Byndlowe, juratorum. Qui dicunt per sacramentum suum quod non est ad dampnum nec præjudicium domini Regis nec aliorum, si idem dominus Rex concedat dilecto clerico suo David de Wollore et Johanni de Shirwode de Ripon', quod ipsi quatuor mesuagia, unum toftum cum crofto, unam bovatam, et triginta et duas acras terræ et dimidiam, quatuor acras et tres rodas prati, et viginti et quinque solidatas et octo denaratas redditus cum pertinenciis in Ripon', Bondegate, Sharhowe, Merkyngton', et Wallerthwayt, dare possint et assignare cuidam capellano Divina pro animabus ipsorum David et Johannis, ac patrum et matrum suorum, et omnium fidelium

Jury.

Their evidence.

David de Wollore and John de Shirwode may assign four messuages, etc. for a chaplain.

defunctorum, in capella sive hospitali Sancti Johannis Baptistæ Ripon' singulis diebus celebraturo; Habendum et tenendum eidem capellano et successoribus suis capellanis, Divina ibidem sicut prædictum est celebrat(uris) juxta ordinacionem inde faciendam imperpetuum. Et dicunt quod unum mesuagium et quindecim solidatæ et sex denaratæ redditus in Ripon' et Bondegate de tenementis prædictis tenentur de Archiepiscopo Ebor. et successoribus suis per fidelitatem et per servicium xvj d. per annum, et idem Archiepiscopus ea tenet in servicio de domino Rege in capite, et dictum mesuagium valet per annum in omnibus exitibus ultra servicium prædictum xiij s. iiij d. Item dicunt quod unum mesuagium, quindecim acræ terræ et dimidia, una acra prati, et tres solidatæ et duæ denaratæ redditus in Ripon' et Bondegate de tenementis prædictis tenentur de Capitulo Sancti Wilfridi Ripon' per servicium unius rosæ per annum pro omni servicio, et dictum Capitulum ea tenet de Rege in capite in perpetuam elemosinam, et dicta mesuagium, terra, et pratum valent per annum in omnibus exitibus xxxiiij s. ij d. Item dicunt quod duæ acræ et una roda terræ, et tres rodæ prati in Ripon' et Bondegate, de tenementis prædictis, tenentur de dicto Archiepiscopo et successoribus suis per fidelitatem et per servicium xvj d. per annum, et idem Archiepiscopus ea tenet in servicio de Rege in capite, et valent per annum in omnibus exitibus ultra servicium prædictum iiij s. j d. Item dicunt quod tres rodæ terræ in Rypon' et Bondegate de tenementis prædictis tenentur de dicto Archiepiscopo et successoribus suis per fidelitatem, et ipse de Rege in capite, et valent per annum in omnibus exitibus xij d. Et dicunt quod tres acræ prati et septem solidatæ redditus in Sharrowe de tenementis prædictis tenentur de dicto Archiepiscopo et successoribus suis per fidelitatem, et ipse de Rege in capite, et dictum pratum valet per annum in omnibus exitibus vj s. xiij d. Et dicunt quod dimidia acra terræ in Merkyngton de tenementis prædictis tenetur de Nicholao de Burton' per servicium ij d. per annum et idem Nicholaus eam tenet in servicio de dicto Archiepiscopo et successoribus suis per fidelitatem, et ipse de Rege in capite, et valet per annum in omnibus exitibus viij d. ultra servicium prædictum. Item dicunt quod duo mesuagia, unum toftum, unum croftum, una bovata, et tresdecim acræ terræ et dimidia in prato pertinent. in Wallerthwayt de tenementis prædictis teneutur de prædicto Nicholao de Burton' per servicium prædictum. et ipse de prædicto Archiepiscopo et successoribus suis per

Evidence as to tenures.

One rose a year.

fidelitatem, et ipse de Rege in capite, et valent per annum in omnibus exitibus xvj s. Item dicunt quod non remanent præfato David terræ neque tenementa in comitatu prædicto, nec alibi in balliva ipsius Escaetoris ut intelligunt. Item dicunt quod remanent præfato Johanni de Shirewod ultra donacionem et assignacionem prædictas, diversa terræ et tenementa cum pertinenciis in Ripon' et Bondegate, quæ tenentur de dicto Archiepiscopo et successoribus suis per fidelitatem, et valent per annum in omnibus exitibus lxvj s. viij d. In cujus rei testimonium prædicti jurati huic inquisicioni sigilla sua apposuerunt.

Summa lxxv s. xj d.

CXXI. ROYAL CONFIRMATION OF A GRANT.

(PATENT ROLL, 28 Henry VI., part 2, Membrane 16.)

A.D. 1450, July 27. *Pro Magistro Hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Ripon'.* Nicholas Bowet has given lands, etc., in Mulwath.

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Sciatis quod cum Nicholaus Bowet, miles, remiserit, relaxaverit, et omnino pro se et hæredibus suis imperpetuum quietum clamaverit Thomæ Gyvendale, Magistro hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ in Rypon' in Comitatu Ebor. et successoribus suis ibidem, totum jus suum et clameum quæ habet et habuit, seu aliquo modo in futurum habere poterit, in duobus toftis, octo acris terræ, tribus acris prati, duabus acris bosci, et pastura ad septem averia, cum pertinenciis, in Mulwath' juxta Ripon' prædict. prout in quodam scripto sigillo armorum ipsius Nicholai Bowet consignato plene liquet; Nos, de gratia nostra speciali, scriptum illud approbamus, ratificamus, et confirmamus. Et ulterius, de ampliori gracia nostra, ad laudem Dei, et honorem Beatæ Mariæ Magdalenæ ac omnium Sanctorum, pardonavimus, remisimus, et relaxavimus præfato Thomæ Gyvendale, Magistro hospitalis prædicti, omnes donaciones, perquisiciones, accepciones, occupaciones, et alienaciones prædictorum duorum toftorum, octo acrarum terræ, trium acrarum prati, duarum acrarum bosci, et pasturæ ad septem averia, cum pertinenciis, in Mulwath' prædicta, necnon intrusiones et ingressus in eadem cum pertinenciis per ipsum Thomam et prædecessores suos, magistros hospitalis prædicti, ad opus, usum, commodum, et proficuum prædicti magistri et prædecessorum suorum, magistrorum hospitalis prædicti, ante datum præsencium factos, habitos, optentos, seu perquisitos, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquo alio statuto, actu, ordinacione, seu provisione ante hæc tempora in contrarium editos, factos,

ordinatos, seu provisos, vel aliqua alia re quacumque non obstante. In cujus, etc. Teste Rege apud Westmonasterium, xxvij die Julii.

Per breve de privato sigillo et de dat. etc., et pro dimidia marca soluta in Hanaperio.

CXXII. EXTRACT FROM SIR THO. HERBERT'S MS.,[1] PRINTED IN DRAKE'S EBORACUM (APPENDIX), pp. xciii. xciv.

A.D. 1544–5. Herbert's introduction.

In the thirty-sixth year of the reign of Henry ye 8, a Commission issued under ye great seal impowering ye Archbp. for ye time being to dispose of the governm^t of ye Hospitals of S^t. John Baptist and Mary Magdalens in and near unto ye town of Rippon, as also of all & singular ye Prebends and Canons of ye said Collegiate Church, as they should from time to time become void, & to visit & reform what should be found amiss, as by ye tenor of such part thereof as relates thereto, may appear, as followeth :—

Extract from royal commission.

'Sciatis etiam quod, cum archiepiscopi Eboracenses, in quorum provincia hæc ecclesia fundata et stabilita est, summi fautores et adjutores istius operis fuerunt et in posterum futuri sunt, maxime in perpetua donatione et collatione in usum prædictæ ecclesiæ magisterii sive custodis Hospitalii Mariæ Magdalenæ ac magisterii sive custodis Hospitalii S. Joannis Baptistæ in et juxta Ripon in prædicto comitatu Eborum, Nos pro nobis, hæredibus, et successoribus nostris, has eorum donationes et collationes factas et faciendas, per nostras has literas confirmamus et regia authoritate corroboramus ; ac ratione publicæ eorundem archiepiscoporum beneficentiæ in hanc ecclesiam continuandæ, nos pro nobis, hæredibus, et successoribus nostris, ex gratia nostra speciali et ex certa scientia et mero motu, per præsentes damus et concedimus archiepiscopo Eborum et successoribus suis, advocationem, donationem, liberam dispositionem et jus patronatus omnium et singulorum præbendarum et canonicatuum præbendarum in eadem Ecclesia [quæ][2] vacare contigerit ; ad ejusmodi canonicatus, sive præbendarum aliquam illarum e tribus illis quæ per prædictum decanum et capitulum paternitati nominati seu commendati fuerint, conferre, eidemque litteras collationis ad hoc sufficienter et jure validas facere, sigillare, et tradere, ut personam hujusmodi in canoniæ sive præbendæ illius possessionem facere et exequi, faciendum et

The archbishops confirmed in their patronage in the hospitals and canonries.

(1) Trin. Coll. Camb., O. 3. 2. (2) Not in MS.

exequendum: Habendum dictam advocationem, donationem, liberam dispositionem et jus patronatus, et cætera præmissa eidem archiepiscopo per præsentes præconcessa [1] eidem archiepiscopo et successoribus suis in perpetuum, Tenendum de nobis et hæredibus nostris in pura et perpetua Eleemosyna.

To be visitors of the Collegiate Church.

'Et sciatis ulterius, quod nos de meliore gubernatione et regimine ejusdem ecclesiæ collegiatæ de Ripon, de gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris, volumus et concedimus quod idem archiepiscopus Eborum et successores sui pro tempore existentes,[2] visitatores Ecclesiæ Collegiatæ de Ripon prædicta exstiterint; eidemque Archiepiscopo et successoribus suis licentiam, potestatem et authoritatem damus per præsentes, quoties et quandocunque prædicto archiepiscopo vel successoribus suis viderit [3] necessarium, visitare, reformare, corrigere, et emendare omnes et omnimodos errores, excessus, abusus, delicta, negligentias et contemptus eorum decani et capituli [et] [4] aliorum in eadem ecclesia existentium, et omnia alia agere et exequi in et circa ecclesiam Collegiatam prædictam, quæ [visitatores] [5] alicujus Collegii in academia Oxoniæ aut Cantabrigiæ agere aut exequi valeant, aut de jure debeant,' [6] etc.

Enjoying not only that but all other its antient endowments and immunitys untill ye reign of K. Edward ye 6, in whose minority was y^t^ law enacted in Parliament concerning chantrys and colledges, by force whereof this church (with several other Collegiate Churches which at that time depended upon the Archiepiscopal sea (*sic*) of York) was dissolved, & in y^t^ sad condition lay gaping,[7] untill through the pious commiseration & princely favour of King James of glorious memory, it got some respiration, such as with all due thankfulness it now holds and acknowledges, albeit much short of those primitive rights it formerly enjoyed.

(1) Præconcessis, MS. (2) Existente, MS.
(3) So in MS. for 'videtur.'
(4) Not in MS. (5) Not in MS.
(6) The Editor has not been able to find the *original* MS.
(7) So in MS., qu. for *gasping*?

VIII. FOUNTAINS ABBEY.

CXXIII. COMPOSITION BETWEEN RIPON AND FOUNTAINS.

(Ripon Chapter MS.)

C Y R O G R A P H V M.

Hæc est composicio facta pro bono pacis et concordiæ, Anno ab Incarnacione Domini m° cc° xvj°, inter ecclesiam de Ripon' et ecclesiam de Fontibus, scilicet quod utraque ecclesia concessit alteri adinvicem spiritualem fraternitatem, commune beneficium, et participacionem omnium bonorum quæ fient in ipsis ecclesiis in perpetuum, in missis, vigiliis, et oracionibus, et in omnibus aliis caritatis obsequiis. Et quod ecclesia de Fontibus terras vel reditus de præbendis canonicorum de Ripon' sine consensu eorundem canonicorum in posterum non capiet, salvis possessionibus et reditibus ante hanc composicionem ipsis monachis de Fontibus collatis. Et hoc idem canonici de Ripon' versus præfatos monachos de Fontibus observabunt. Sciendum eciam quod si dicti monachi de Fontibus terras arabiles in parochiis beati Wilfridi de Ripon' de cætero acceperint vel adquisierint, ipsi easdem terras malo animo pascuis non exponent, ut hac occasione canonici de Ripon' de percepcione decimarum suarum bladi maliciose priventur. Ut autem hæc composicio rata sit in perpetuum et inconcussa permaneat, utriusque capituli sigillo roboratur. Hiis testibus, magistro P. de Sireburn', magistro W. de Aurelian', magistro G. de Larder, canonicis; Herb', Gileb', Will', Rog', capellanis de Ripon'; Will' Ward, Joh' Aleman', Rogo' de Nonewic, Will' de Sallay, Rob' de Monketon, et aliis pluribus.

A.D. 1216. — Spiritual fraternity, etc. — Lands and rents. — Arable lands not to be turned into pasture. — Witnesses.

Oval seal in red wax: abbot with crosier and book: insc. . . . IGILLVM ABBA . . . .

Endorsements.—Composicio inter ecclesiam de Fontibus et Rip. de mutua fraternitate, et quod terras non capient sine assensu capituli, nec terras dimittent incultas ut auferantur decimas (*sic*).

De Fontibus.

Some notes in later hands.

CXXIV. COMPOSITION BETWEEN RIPON AND FOUNTAINS.

(Ripon Chapter MS.)

C Y R O G R A P H U M.

Hæc est composicio facta et perpetuis temporibus observanda inter ecclesiam Sanctæ Mariæ de Fontibus et ecclesiam

A.D. 1216.

Sancti Wilfridi de Ripon', scilicet quod ecclesia de Fontibus immunis erit a præstacione decimarum in perpetuum de omnibus terris quas ipsi monachi de Fontibus propriis laboribus vel sumptibus aliquando excoluerint in territorio de Sleningford, et de omnibus terris ad grangiam suam de Callache spectantibus quas habuerunt in territorio de Winskesleya, anno ab Incarnacione Domini, m° cc° xvj°. Sciendum autem quod monachi de Fontibus de omnibus terris, tam in territorio de Winkeslay quam alibi extra territorium de Sleningford in parochia ecclesiæ de Ripon', in posterum sumendis, integre et plenarie dictæ ecclesiæ de Ripon' decimas bladi solvent in perpetuum. Et ne aliqua contencio vel discordia inter prædictas ecclesias super decimis de Sleningford vel de Calhache de cætero haberi possit, dicti monachi de Fontibus solvent annuatim pro bono pacis magistro Gaufrido de Larder ejusdem ecclesiæ canonico et successoribus suis in perpetuum, quinque marc' argenti, medietatem ad Pascha, et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Ut autem hæc composicio rata sit, et inconcussa permaneat, utriusque capituli sigillo roboratur. Hiis testibus, H. thesaurario Ebor., magistro P. de Sireburn', magistro R. de Insula, magistro W. de Wisebech, magistro J. Roman', canonicis Ebor. magistro Rog' de Richem', magistro Will' de Aureliano canonico de Ripon', et aliis pluribus.[1]

Tithes of Sleningford and of Callache Grange.

Winksley.

Sleningford and Callache to pay five marks a year for tithes.

Witnesses.

Label, but seal lost.

Endorsed, Composicio inter ecclesiam de Ripon et ecclesiam de Fontibus de decimis de Sleniford.

CXXV. CONFIRMATION BY CHAPTER OF YORK OF A COMPOSITION BETWEEN RIPON AND FOUNTAINS.

(Ripon Chapter MS.)

C A R T A.

A.D. 1263.

Dean and Chapter of York.

Tithes of Sleningford and Winkesley.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsens scriptum visuris vel eciam audituris, Willelmus decanus et capitulum beati Petri Eboracensis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum dominus Thomas filius Briani, canonicus ecclesiæ Rypon', religiosos viros abbatem et conventum de Fontibus super quibusdam decimis et rebus aliis provenientibus de Sleningford et de Winkesley, locis monasterii antedicti, et super decimis servientum dictorum abbatis et conventus commorancium infra limites præbendæ suæ præ-

(1) There is an old copy of this in Ripon Chapter MS. II. 38.

dictæ, occasione ejusdem præbendæ traxisset in causam, tandem causa hujusmodi composicione amicabili conquievit, prout in quodam instrumento confirmatorio sigillo venerabilis patris domini Godefridi Archiepiscopi nostri plenius continetur. Quam quidem composicionem, in quantum tangit præbendam prædicti domini Thomæ in ecclesia Ryponense, et eciam ecclesiam Rypon', ad instanciam parcium confirmavimus. In cujus rei testimonium sigillum capituli nostri præsentibus est appensum. Dat. apud Ebor., Idus Novembris, Anno graciæ millesimo ducentesimo sexagesimo tercio.

Archbishop Godfrey de Ludham.

Nov. 13.

Oval seal of uncoloured wax; St. Peter, tonsured and nimbed, holding a large key.

Attached to the preceding is a slip inscribed.

Scriptum confirmatorium domini Godefridi Archiepiscopi Ebor., de quo præsens indentura facit mencionem, recitat plene de verbo ad verbum composicionem factam inter ecclesiam de Fontibus et ecclesiam de Ripon' tempore Galfridi de Larder, de percepcione quinque marcarum annuarum, et est sub dat. apud Cawode a° D'ni m° cclxj, et consecracionis dicti episcopi tercio.[1]

A.D. 1261. Memorandum of Archbishop's confirmation.

CXXVI. GRANT OF A RIGHT OF WAY.

(PHILLIPPS MS., 11122; FAIRFAX MSS. 136, p. 722.)

Capitulum Sancti Wilfridi de Ripun', omnibus has literas legentibus et audientibus, salutem. Sciatis quod abbas et monachi de Fontibus commodaverunt nobis unam viam ad carreiam nostram, per graciam suam. Et hoc per hoc signatam (*sic*) scriptum nostrum recognoscimus, ne quis de nostris de jure contendat, quod fuerunt per graciam, et quamdiu voluerint et placuerit eis.

Fountains Abbey to the Chapter of Ripon.

IX. COLLATIONS, etc.

CXXVII. COLLATION TO THE CHURCH OF STANWICK.

(RIPON CHAPTER MS.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Walterus, Dei gracia Eboracensis Archiepiscopus, Angliæ Primas, salutem in Domino. Noverit universitas vestra

A.D. 1226. Archbishop Walter Gray to

(1) Copied in Ripon Chapter MS. H. 38.—A composition between Fountains and Ripon respecting the oblations in the chapel of Michael Howe, is printed in Walbran's *Memorials*, i. 201.

Laurence, Canon of Aquileia. Lapse to Archbishop. nos auctoritate Concilii contulisse dilecto filio magistro Laurencio, canonico Aquilegensi, ecclesiam de Steinweg', cujus collacio ad nos per negligenciam Archidiaconi Richemund est devoluta, ipsumque in ea personam canonice instituisse, et in corporalem ejusdem ecclesiæ possessionem induci fecisse. Quod ut ratum et stabile perseveret in posterum, præsens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Witnesses. Testibus, magistris Rogero de Burton', canonico de Suwell, et Simone de Evesham', Will'o, et Ricardo, capellanis nostris, Will'o de Vescy, Henrico Walen', Reginaldo de Stowa clerico, et aliis. May 20. Dat. apud Siggeston', xiij kl. Junii, pontificatus nostri anno undecimo.[1]

Label and seal gone.

Endorsed.—Collacio de Staynwegges a domino Waltero Gray Ebor. Archiepiscopo. A. 6.

CXXVIII. NOMINATION OF A VICAR.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1456. Will. Scrope, canon, appoints p. r. Rob. Foster, Tho. Esby. Reverendis viris capitulo ecclesiæ collegiatæ Beati Wilfridi Ripon' Ebor. diœc., vester confrater magister Willelmus Scrop', canonicus et præbendarius præbendæ de Nunwyk, et residenciarius in eadem, reverenciam et honorem. Ad vicariam dictæ præbendæ meæ per liberam resignacionem Roberti Foster, ultimi vicarii ejusdem in manu . . . . factam vacantem et ad meam præsentacionem spectantem, dilectum michi in Christo Thomam Esby capellanum Ebor. diœc. vo(bis) intuitu caritatis, præsento, rogans quatenus dictum Thomam ad eandem vicariam admittere, ipsumque vicarium perpetuum canonice institure (*sic*) in eadem cum suis juribus et pertinenciis universis, cæteraque quæ vestro in hac parte incumbunt officio peragere dignemini. Valete in Jhesu. In cujus rei testimonium sigillum meum præsentibus est appensum. April 23. Data in manso meo Ripon', vicesimo tercio die Aprilis, Anno Domini m^{lmo} cccc^{mo} lvj^{to}.

Slip for seal, but seal gone.

Endorsed in later hand. A presentacion. Sir Willi. Scroop. Preb. of Nunwick of ye Vicaridge of y^{t} Preb^{d}. A^{o} 1450. B. 72.

CXXIX. APPOINTMENT OF PROCTORS BY A CANON.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1482. Notarial In Dei Nomine, Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod Anno Domini secundum cur-

(1) Gray's Register, p. 9.

sum et computacionem Ecclesiæ Anglicanæ millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, Indiccione prima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti, Divina providencia Papæ quarti anno duodecimo, mensis vero Januarii die nono, in quadam capella Sancti Spiritus vulgariter nuncupata *Long Chapell*, contigua ecclesiæ cathedrali Sancti Pauli London',[1] in mei Johannis Emlyn notarii publici subscripti et testium infrascriptorum præsencia, constitutus personaliter venerabilis vir magister Radulphus Shaw, Sacræ Theologiæ Professor ac canonicus, ut asseruit, ecclesiæ collegiatæ de Rippon', Ebor. diœceseos, ac præbendarius præbendæ de Sharow in eadem, dilectos sibi in Christo discretos viros dominos Henricum Warde, Ricardum Lucas, et Thomam Noble, capellanos dictæ diœceseos conjunctim, et eorum quemlibet per se, divisim et in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed quod unus eorum inceperit quilibet eorundem id libere prosequi valeat mediare pariter et finire, suos veros et legitimos ordinavit, fecit, et constituit procuratores, actores, factores, negociorumque suorum gestores ac nuncios speciales, deditque et concessit idem constituens præfatis suis procuratoribus conjunctim et eorum cuilibet per se, ut præfertur, divisim et in solidum, potestatem generalem et mandatum speciale pro ipso constituente et nomine suo, coram reverendissimo in Christo patre domino Archiepiscopo Ebor., ipsiusve commissario seu commissariis, necnon magistro sive custode ac canononicis tam residenciariis quam non residenciariis dictæ ecclesiæ collegiatæ, aliisque personis quibuscumque in eadem ecclesia interesse habentibus, in eadem ecclesia collegiata vel aliis locis honestis et oportunis comparendis, inibique cum præfatis Archiepiscopo, commissario, seu commissariis, canonicis, et personis hujusmodi ac quolibet eorundem de et super omnibus et singulis reparacionibus, reformacionibus, commodisque et utilitatibus cancelli aliarumque domuum et locorum ejusdem ecclesiæ collegiatæ, vel ad eam quomodolibet pertinencium seu pertinere debencium, tractandis et communicandis, atque quibuscumque tractatibus et communicacionibus inibi factis, fiendis, seu faciendis, interessendis; necnon ordinacionibus, statutis, paccionibus, translacionibus, et apunctuacionibus quibuscumque circa comodum, utilitatem,

exemplification of date.

The 'Long Chapel' of St. Paul's, London.

Ralph Shaw appoints Henry Warde and two others, as his proctors,

to appear before Archbishop Rotheram, or his commissary,

concerning repairs of the Chancel, etc.

(1) This chapel was newly built 'at extraordinary costs' in 1364, when it was endowed for three chaplains, four more being provided for in 1376. It was near the north door, behind the cross.—Dugdale's *St. Paul's*, 1716; p. 39.

reformaciones et reparaciones hujusmodi necessaria seu oportuna in ea parte habendis sive faciendis nomine dicti constituentis consenciendi, ac consensum et assensum ipsius magistri Radulphi constituentis prædicti in hac parte pro eodem constituente dandi et probandi. Et si eisdem procuratoribus suis seu eorum alicui melius videbitur expedire, dissenciendi et eisdem contradicendi. Et generaliter omnia alia et singula faciendi, exercendi, et expediendi quæ in præmissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna. Et si mandatum de magis exigant speciale pro eisdem procuratoribus suis aut eorum aliquo, promisit insuper idem constituens michi notario publico subscripto publice et solemniter in hac parte stipulante et recipienti se ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores sui aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in præmissis vel aliquo præmissorum sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum suorum, et in ea parte exposuit caucionem. Acta sunt hæc prout suprascribuntur et recitantur sub anno Domini, indiccione, pontificatu, mense, die, et loco prædictis, præsentibus tunc ibidem domino Laurencio Aiston, capellano, et Roberto Levett, literato Coventren. et Lich. ac Ebor. diœc., testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

Witnesses.

Notary's certificate.

Notary's mark.

Et ego Johannes Emlyn, clericus Menevensis [1] diœceseos, publicus auctoritatibus apostolica et imperiali notarius, præfatorum procuratorum constitucioni et ipsorum potestatis dacioni cæterisque præmissis omnibus et singulis dum sic, ut præmittitur, sub anno Domini, indiccione, pontificatu, mense, die, et loco prædictis agebantur et fiebant, una cum prænominatis testibus præsens pariter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, aliunde occupatus, per alium scribi feci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium et singulorum præmissorum.

The notary's mark is, over a double square a double lozenge with a smaller one at each of its upper corners, its lowest resting on a stem with a knop on which is ıḫ·, *the stem rising from two steps on which is* Johannes Emlyn.

Endorsed.—Procuratorium M. Radulphi Shaw, *and in later hand*, The Procuration of Mr. Ralph Shaw, Prebend, to Henry Ward, Richd. Lucas, and Thos. Noble, to appear for him in the

(1) St. David's.

visitation of the Abp. 1582 (*sic* pro 1482) and 12th y[r] of Pope Sixtus 4. A. 34.

CXXX. NOMINATION TO THE CHANTRY OF ST. WILFRITH.

(Ripon Chapter MS.)

Andreas Newman, canonicus residenciarius in ecclesia collegiata Sanctorum Petri et Wilfridi Ripon', dilecto sibi in Christo domino Roberto Whixley, capellano, salutem in Domino. Ad cantariam perpetuam Sancti Wilfridi in ecclesia prædicta per mortem naturalem domini Willelmi Fox ultimi et immediate cantaristæ ejusdem vacantem, et ad nostram collacionem pleno jure spectantem, te admittimus, cum suis juribus et pertinenciis universis, teque cantaristam in eadem canonice instituimus cum præstito per te juramento corporali ad Sancta Dei Evangelia de observando fundacionem cujusdam cantariæ, et onera cujusdam incumbentis subeundo, inducendum in realem, corporalem, et actualem possessionem cujusdam decernimus et inducimus per præsentes, sigillo nostro sigillatas. Dat. octava die mensis Junii, Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

A.D. 1518. Andr. Newman to Rob. Whixley. June 8.

Small seal in red wax appended by slip: a rude representation of Virgin and Child.

Endorsed.—Collatio Cantariæ S. Wilfrid iper M[um] Newman canonicum Rob. Whixley, June 8, 1518. B. 44.

CXXXI. ADMISSION TO THE CANONRY AND PREBEND OF SHAROW.

(Ripon Chapter MS.)

Capitulum Ecclesiæ collegiatæ Beatorum Petri et Wilfridi Ripon', venerabili viro magistro Thomæ Marsar, clerico, salutem in amplexibus Salvatoris. Ad canonicatum ecclesiæ nostræ prædictæ et præbendæ de Scharow per liberam resignacionem domini Ricardi Robynson, clerici, ultimi canonici et præbendarii eorundem vacantem, et tibi per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Edwardum, permissione Divina Ebor. Archiepiscopum, primatem, et metropolitanum, auctoritate domini nostri regis Henrici, Ecclesiæ Anglicanæ capitis supremi munitum, collatum, te in personam tuam propriam admisimus, tibique stallum in choro et locum in capitulo dicto canonicatui et præbendæ antiquitus pertinentia assignavimus, ac te in corporalem possessionem dictorum canonicatus et præbendæ

A.D. 1539. The Chapter to Tho. Marsar, collated by Archbishop Lee, with royal authority.

cum juribus suis et pertinenciis universis in personam tuam propriam realiter induximus, juribus, libertatibus, et consuetudinibus ecclesiæ nostræ collegiatæ antedictæ in omnibus semper salvis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus

July 15. apposuimus. Dat. in domo nostra capitulari xv die mensis Julii, Anno Domini M^mo^ quingentesimo tricesimo nono.

Label with traces of red seal.

Endorsed.—Admissio Thomæ Marsar ad Præbend. de Sharow—Jul. 15, 1539. B. 79.

X. DOCUMENTS RELATING TO 'NATIVI.'

CXXXII. CONCERNING JOHN OF NEWBY.

(Ripon Chapter MS.)

Herb. de Neubi to Chapter of Ripon.

Sciant omnes (has liter)as visuri et audituri quod ego Herbertus filius Ricardi de Neubi conces(si et) carta mea quietum clamavi de me et hæredibus meis in perpetu(um Deo et) Sancto Wilfrido de Ripon', et canonicis suis, Johannem filium Nicolai de Neubi (cum cata)llis suis et cum tota sequela sua. Qui Johannes dedit michi pro hac quieta clamantia, duos stottos duorum annorum, et unum arietem, et vij gallinas, et xij denarios, et unum aratrum, et medietatem bladi sui quod habet hoc anno in terra mea de Neubi super Suale, anno scilicet in quo eum quietum clamavi. Et sciendum quod idem Johannes michi persolvit firmam meam, scilicet vj denarios de termino Sancti Martini. Et idem Johannes remanebit cum catallis suis in bene et in pace in prædicta villa sine omni impedimento vel dampno vel vexacione sui et catalli sui, quantum ad me vel ad meos, usque ad primum festum Sancti Martini. Tunc discedet quo voluerit cum catallis suis, libere et quiete, sine aliquo retinemento vel molestia. Et sciendum quod ego . . . .[1] illi auxilium ad bladum suum colligendum et metendum quod habet . . . . . .[2] villa hoc anno, cujus medietatem habebo. His testibus, (Ca)p(itul)o Sancti Wilfridi de Rip', Steph' fratre Aui(?) Roberti de . . eln, Ric' (Sureys?), Alex' de Aistanbi, et multis aliis.

John gives cattle, etc., for his release.

Witnesses.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed (in original hand).—Herb. fil. Ric. de Neubi quiet. clamav. Joh'em fil'm Nicoll. cum tota sequela sua—H. 22.

(1) A word gone here. (2) Perhaps *in prædicta.*

CXXXIII. CONCERNING RICHARD, SON OF OSBERT DE SALLEY.

(Darnbrough MS. xvii.)

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus de la Gressunerie, salutem. Noverit universitas vestra me pro salute animæ meæ et antecessorum meorum dedisse et manumisisse et quietum clamasse de me et de hæredibus meis in perpetuum, Deo et fabricæ ecclesiæ Beati Wilfridi de Ripon', Ricardum filium Osberti de Salley cum tota sequela sua et cum omnibus catallis suis. Et ut ipse et redeat et maneat quocumque voluerit, sicut liber homo. Ad majorem autem hujus rei securitatem præsens scriptum sigilli mei apposicione roboravi. Hiis testibus, Roberto de Bereford, tunc ballivo de Ripon', Gerardo clerico, Adam Ward, Alano domino de Aldefeld, David fratre ejus, Rogero de Evestan, et multis aliis.

Will. de la Gressunerie to the Church of Ripon.

Witnesses.

CXXXIV. CONCERNING SIMON, SON OF OSBERT DE STODLEI.

(Darnbrough MS. xviii.)

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos litteræ istæ pervenerint, Ricardus filius Rogeri de Stodlei, salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse et quietum clamasse Deo et Beato Wilfrido et canonicis ejus Riponensis ecclesiæ, Symonem filium Osberti de Stodlei cum tota sequela sua, de me et de hæredibus meis in perpetuum. Et ut hæc quieta clamantia a nemine in posteris temporibus possit infringi, eam sigilli mei impressione corroboravi. His testibus, Capitulo Sancti Wilfridi de Ripon', magistro Petro Blesensi,[1] magistro W. de Gilling, domino A. Capellano, Nicholao Murdac, Henrico de Pinkeni, Nigello, canonicis; Stephano, Hugone, Gilberto, Absalon, Waltero, capellanis; Willelmo de Orliens, Willelmo Parvo, Hugone, Nigello, Randulfo, diaconis; Willelmo, Gilberto, Rogero, Ricardo.

Ric. fil. Rog. de Stodlei to the Church of Ripon.

Witnesses.

CXXXV. CONCERNING WILLIAM, SON OF SIWARD.

(Darnbrough MS. xix.)

Omnibus has literas visuris et audituris, Johannes Ostiarius et Casandra uxor ejus, salutem. Sciatis nos dedisse et quietum clamasse Deo et Sancto Wilfrido, Willelmum filium Siwardi,

Joh. Ostiarius to the Church of Ripon.

(1) See above, p. 10, n. 4.

cum tota sequela sua, liberum et solutum a nobis et ab hæredibus nostris imperpetuum. His testibus, Capitulo Sancti Wilfridi; Absalone, Stephano, Gileberto, Hugone, Waltero, Willelmo, capellanis, Roberto de Lany, etc.

Witnesses.

CXXXVI. CONCERNING ALAN, SON OF SIMON OF STAINLEY.

(Darnbrough MS. xx.)

Rob. de Stainley to the Church of Ripon.

Omnibus hominibus hoc scriptum visuris vel audituris, Robertus filius Roberti, dominus de Stainlay, salutem. Sciatis me remisisse et quietum clamasse de me et hæredibus meis, Alanum filium Simonis de Stainlay, qui fuit nativus meus, cum tota progenie sua et sequela et posteritate sua, et cum omnibus catallis suis, Deo et Heclesiæ Beati Wilfridi Riponæ, et canonicis ibidem Deo servientibus. Ita quod nec ego Robertus nec hæredes mei, nec aliquis per nos erga dictum Alanum nec hæredes suos aliquid juris vel calumpniæ nativitatis alico tempore vitæ nostræ vendicare poterimus. Hic prædictus Alanus et hæredes sui libere, quiete, et solute, possint ire et redire quo voluerint sine impedimento mei vel hæredum meorum, et pro ista quieta clamancia prædicti canonici Riponiæ viginti solidos argenti michi tradiderunt, et ad majorem hujus quietæ clamanciæ securitatem præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, magistro Galfrido de Larder, Petro de Day, Willelmo ballivo Riponiæ, Patricio de Westwic, Waltero de Biscopton, Roberto fratre suo, Nicolao de Burt', Jacobo persona de Stainlai, Alano clerico de Brereton, et multis aliis.

Witnesses.

CXXXVII. CONCERNING ADAM, SON OF HUGH.

(Darnbrough MS. xxi.)

Ric. de Brereton to the Church of Ripon.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Ricardus filius Ricardi de Brereton, salutem. Sciatis me remisisse et imperpetuum quietum clamasse Deo et Heclesiæ Beati Wilfridi Riponiæ et canonicis ibidem Deo servientibus, Adam filium Hugonis præpositi de Brereton, qui fuit nativus meus, cum tota progenie sua et sequela, et cum omnibus catallis suis et facultatibus eorum, de me et hæredibus meis. Ita quod nec ego Ricardus nec hæredes mei nec assignati aliquid juris vel calumpniæ nativitatis erga dictum Adam nec hæredes suos alico tempore vitæ nostræ vendicare poterimus, et pro illa concessione prædicti canonici ecclesiæ Beati Wilfridi viginti solidos argenti

michi in mea necessitate dederunt, et ad majorem hujus rei securitatem præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Patricio de Westwic, Thoma, Willelmo de Plumtona, Galfrido de Larder canonico Riponiæ, Roberto de Stainlai, Ricardo de Bosco, Nicolao de Burt', Petro de Burt', Waltero de Hiltun, Roberto clerico filio suo, Alano clerico de Brereton, et multis aliis. Witnesses.

CXXXVIII. CONCERNING ALAN, SON OF RICHARD OF NORTON.

(Darnbrough MS. xxii.)

Rob. de Tautehill to the Church of Ripon.

Omnibus has literas visuris vel audituris, Robertus filius Radulfi de (Tautehill?), salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse et quietum clamasse et hac præsenti carta mea confirmasse Deo et canonicis ecclesiæ Sancti Wilfridi Riponiæ, Alanum filium Ricardi de Northona, quondam hominem meum, cum tota sequela sua et omnibus catallis suis, et totum jus et clamium quod (unquam [1] ?) habui nomine nativitatis vel habere potui, de me et hæredibus meis in perpetuum, pro xxiij. s. quos prædicti canonici ecclesiæ Sancti Wilfridi michi dederunt. Et in hujus rei testimonium cartam istam sigilli mei munimine corroboravi. Hiis testibus, Colm (?)—Maleverer de Northona, Marmeduk de Disforth, Ricardo fratre Hugonis de eadem villa, et multis aliis. Witnesses.

CXXXIX. CONCERNING ROBERT, SON OF SIMON.

(Darnbrough MS. xxiii.)

Tho. de Cressener to the Church of Ripon.

Omnibus hominibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Thomas quondam filius Willelmi del Cressener, salutem in Domino. Noveritis me, Divinæ pietatis intuitu, relaxasse et pro me et hæredibus meis quietum clamasse in perpetuum, et præsenti scripto meo confirmasse Deo et Sancto Wilfrido de Rypon', Robertum quondam filium Symonis filii Panoc, liberum, quietum, solutum ab omni servicio in perpetuum. Ita scilicet quod nec ego prænominatus Thomas, nec aliquis hæredum meorum, vel aliquis ex parte nostra, in dicto Roberto vel in hæredibus suis vel in eorum assignatis, aliquod juris vel clamei jure vel hæreditatis nomine servientis, de cætero exigere vel vendicare poterimus. Liceat eciam memorato Roberto et hæredibus suis vel eorum assignatis cum tota sequela sua et omnibus

(1) MS. 'meo.'

catallis suis, ire et redire ubinamque voluerint . . . . .[1] sine impedimento meo vel hæredum meorum. In cujus rei testimonium huic scripto præsenti sigillum meum apposui. Hiis testibus, etc.

CXL. CONCERNING STEPHEN AND ALAN.

(DARNBROUGH MS. xxiv.)

Tho. de la Wodehalle to the Church of Ripon.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Thomas dictus de la Wodehalle, salutem in Domino. Noverint universitas vestra me remisisse et quietum clamasse de me et hæredibus meis in perpetuum, Deo et ecclesiæ Sancti Wilfridi de Ripon', et canonicis ibidem Deo servientibus, totum jus et clamium quod habui vel unquam habere potui in Stephano et Alano filiis Alani filii Theophini[2] de Burton, ita scilicet quod nunquam prædictos Stephanum et Alanum nec hæredes eorum ego nec hæredes mei vendicabimus in curia Christianitatis vel laycali, set eisdem et hæredibus suis cum omni sequela et catell' eorum, ut liberis hominibus concessi pro me et hæredibus meis, quod eant et redeant et maneant ubicumque valeant, libere et quiete, sine aliquo impedimento, gravamine, contradiccione, et calumpnia mei vel hæredum meorum. Et ut hæc mea remissio et quieta clamacio et hujus cartæ meæ confirmacio perpetuæ stabilitatis robur optineat, præsenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Hiis testibus, domino Patricio de Westewic, domino Petro de Auille[3] (?) ballivo Ripon', Adā Ward, Roberto de Hilton, Willelmo de Bocland, Johanne Ebor', Willelmo le Sureys, et multis aliis.

Witnesses.

XI. PRIVATE GRANTS.

CXLI. GRANT OF TWO CARUCATES IN INGERTHORPE.[4]

(RIPON CHAPTER MS.)

A.D. 1154–1181. Archbishop Roger to Peter, his chamberlain.

Rogerus Dei gratia Eborum Archiepiscopus, omnibus hominibus suis Francis et Anglis, salutem. Sciatis nos donasse Petro camerario nostro pro servitio suo, et hæredibus suis, duas

(1) An unintelligible word here.

(2) Should be 'Thorfini.'

(3) Reading doubtful. Name followed in MS. by ēē.

(4) From an old transcript (circa 1600) on a sheet of paper, containing copies of charters, etc. Ripon Minster MSS. B. 21.

carucatas terræ in Ingeringthorp, quas emimus de Jordano nepote prædecessoris nostri bonæ memoriæ Henrici archiepiscopi, quas idem archiepiscopus emerat de Normanno filio Uctredi. Dedimus autem prædicto camerario nostro et hæredibus suis, antedictas carucatas terræ cum dimidio molendini quod ad eas pertinet, et cum omnibus aliis rebus ad eas pertinentibus in bosco et plano et aquis et pratis et pascuis et terris, libere, cum omnibus libertatibus et consuetudinibus in feodo et hæreditate, tenendas de nobis et successoribus nostris pro servitio x^æ partis unius feodi militis. Hiis testibus, Willelmo de Percy, Alano de Percy filio Willelmi prædicti, Willelmo de Clarafago, Thoma de ultra Usa, David Lardinario, Radulfo filio Rogeri, Thoma filio jam dicti Thomæ de ultra Usa, Hugone de Wigetot, Rolando Hagett, Gernagott filio Hugonis et Nicolao fratre ejus, Willelmo le Vavasour, Simone Ward, Suano de Thornton, Ernaldo de Mildby, Alexandro, Matheo de Runceroles, Bernardo de Ripon', Baldewino de Ostrener, Dolphino de Cluthrum, Uctredo de Stollena, Galfrido, Bernardo, Roberto de Monasteriis, Radulfo vic', Petro Pincerna, Waltero Dispensatore, Herberto servienti de Ripon', Bartholomeo de Haussier, Augustino de Camera, Humfr'o Coco, Wolnoto Hostiario, Willelmo Grom, Ricardo de Pincernaria, Henrico de Camera, Waltero Polchard, Uctredo filio Leisingi, Willelmo de Bidner, Roberto de Monte, Osberto de Ripon', Ricardo Harell.

Half-share of a mill.

Forty witnesses.

CXLII. QUIETACLAMACIO ALANI FILII THORFINI, FACTA ARCHIEPISCOPO SUPER TERRA IN STAYNLEIE.

(Registrum Magnum Album Ebor. Part II. fo. 56 v.)

A.D. 1172–3.

Alanus fil. Thorfin to Archbishop Roger.

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Alanus filius Thorfini filius Cospatrici, reddidi Rogero Ebor. archiepiscopo, totam terram quam pater meus et antecessores mei tenuerant in Stanleia de feodo archiepiscopi, et totum jus, quod ego in ea habebam, quietumclamavi eidem archiepiscopo et successoribus suis, ita quod ego vel hæredes mei nichil de cætero in ea clamare poterimus. Et quod prædictam (*sic*) donavit michi archiepiscopus xv marcarum (*sic*) argenti, et unum equum insellatum, et unam carucatam terræ in Biscopton' clamavi quietam ipsi archiepiscopo et successoribus suis de me et hæredibus meis, ita quod nec ego vel hæredes mei nichil ulterius in eadem terra de Biscopton' clamare poterimus. Et archiepiscopus ad peticionem meam dedit michi in escambium terram Rogeri fil. Sternolf, scilicet Chunegesland, quam idem

Rogerus tenuit de archiepiscopo, (fo. 57) reddendo inde annuatim xij. d. et alia quædam servicia faciendo. Dedit eciam michi archiepiscopus pro eadem escambio, terram quam de illo tenebat Willelmus de Segni' in Ripeshire, qua (*sic*) reddebat annuatim ij. s. et alia servicia faciebat. Has autem terras dedit michi archiepiscopus, liberas et quietas, pro servicio vicesimæ partis unius militis, sicut Symon Ward et alii milites illius in Ripsire tenent in feudo militis. Præter omnia ista, dedit michi archiepiscopus pro hac concessione duas marcas argenti. Et ego, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juravi me observaturum has convenciones, et quod hæredes mei id ipsum facient. Acta sunt hæc apud Ripon' in curia archiepiscopi, anno nonodecimo regni Henrici nepotis Henrici senioris, in tercio anno regni Henrici filii ejusdem regis,[1] Dominica ante Cathedram Beati Petri Apostoli.

Feb. 18.

Witnesses.

Testibus hiis; Simone Ward, Alexandro de Neweb', Gernegot' filii (*sic*) Hugonis, Ricardo de Wideuill, Radulpho de Cramauill et Willelmo fratre ejus, Roberto de Muschamb fil. Hugonis, Roberto et Andrea avunculis ejus, Malger de Stainton' cognato ejus, Anchtino de Fagernun, Ingenulph milite archiepiscopi; Gilberto Hareng', Willelmo Blundo, Roberto Pincerna, Johanne Hostiario, Willelmo Januar', servientibus archiepiscopi; Rogero de Thurlauill, Roberto de Wigetoft, Huthtredo, Ricardo de Spisemarais, pueris archiepiscopi; G. proposito Beuerlaci, Johanne archidiacono de Notingham, Radulpho, G., capellanis archiepiscopi; magistro Ansgot', magistro Luciano, Willelmo senescallo domini archiepiscopi.

CXLIII. GRANT OF LANDS IN RIPON FIELD.

(Ripon Chapter MS.)

Petr. de Merkynfeld to Juliana, his daughter.

Sciant omnes tam præsentes quam futuri, quod ego Petrus de Merkynfeld dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Julianæ filiæ meæ et hæredibus suis pro servicio suo, medietatem illius tofti quod de Beatricia Hoywyn quondam emi cum crofto ad medietatem dicti tofti pertinente, in longitudine et latitudine sicut dicta Beatricia medietatem alius tofti et crofti quondam tenuit, et totam terram quam habui in campo de Rypon' apud Geselyngryddyng', et totam terram quam habui

(1) Henry, son of Henry II., was crowned King of England in his father's lifetime, Sunday, June 14, 1170. He died before his father in 1183. He was addressed as King, and called Henry III. (Nicolas, *Chron. Hist.* 299, note).

in eodem campo apud Redhou quæ abuttat super le Cancegaite, et totam terram quam habui apud Caiuncros, (?) et totam terram quam habui in dicto campo apud Gyllyngbrig, et totam terram quam habui in eodem campo de Gyllygbrygg versus Yore ex utraque parte aquæ de Skell. Habendum et tenendum prædictæ Julianæ et hæredibus suis vel suis assignatis de me et de hæredibus meis vel de meis assignatis, libere, quiete, bene, et in pace, cum omnibus libertatibus (*et*) aysyamentis in omnibus locis ad totum prædictum tenementum pertinentibus in perpetuum. Reddendo inde per annum michi et hæredibus unum denarium argenti ad Nathale Domini pro omnibus serviciis sæcularibus, exaccionibus, et demandis, et pro omnibus rebus aliis quæ dicto tenemento pertinent vel pertinere possunt. Et ego prædictus Petrus et hæredes mei totum prædictum tenementum eidem Julianæ et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus, et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Willelmo de M'kynfeld, Symone de Munketon', Radulfo de eadem, Gilberto de Mortymer, Thoma Testifer, Willelmo Grym, Alano homine ballivi, Waltero de Rodham', et multis aliis. Witnesses.

Label and protecting linen, but no seal. Endorsed. H. 49.

CXLIV. GRANT OF A TOFT IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Omnibus præsentibus et futuris, magister Willelmus de Gilling, canonicus Sancti Wilfridi de Ripun, salutem. Sciatis me, assensu et consilio capituli de Ripun, concessisse et dedisse et hac præsenti carta confirmasse Hugoni ultra Schel et hæredibus suis, totum illud toftum in præbenda mea in Ripun inter duas aquas de Schel, quod Ricardus filius Accamanni tenuit, quod eciam idem Ricardus et Radulfus frater ejus michi resignaverunt et quietum clamaverunt de se et de hæredibus suis in perpetuum et coram capitulo nostro abjuraverunt, ipsi Hugoni et hæredibus suis, tenendum de me et de successoribus meis, libere et quiete, reddendo annuatim michi et successoribus meis duodecim denarios, scilicet, vj d. ad Pentecosten, et vj d. ad festum Sancti Martini, pro omni servicio, exaccione, et consuetudine. Præterea concessi eidem Hugoni et hæredibus suis habere furnum suum liberum in prædicto tofto. Et ut hæc donacio sit stabilis et firma, appensum est sigillum Sancti

Canon W. de Gilling to Hugh, over Skell.

The two waters of Skell.

Free bakehouse.

Seal of St. Wilfrid.

Witnesses. Wilfridi[1] huic cartæ in testimonium. His testibus, Capitulo Sancti Wilfridi; Stephano, Hugone, Roberto, Gileberto, Alano, Waltero, Willelmo, Rogero, capellanis; Willelmo Alamann, Mathæo Bailliuo, Mathæo Forestario, Ada' filio Nicolai, Willelmo fratre ejus, Ricardo Mortemer, Mascia, Reginaldo Palmer, Gospatric, Alano Tanur, Willelmo Biham, Simone filio Rogeri, Nigell et Galfrido de Schel.

Label and seal gone.

Endorsed. B. 67.

CXLV. GRANT OF A TOFT IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Capitulum Sancti Wilfridi de Ripun, omnibus præsentibus et futuris has literas visuris vel audituris, salutem. Sciatis quod magister Willelmus de Gilling, frater et concanonicus noster, assensu et voluntate nostra, concessit et dedit, et hac præsenti carta confirmavit Galfrido de Edena et hæredibus suis pro servicio suo, illud toftum in præbenda sua in Ripun quod jacet inter toftum Hugonis sutoris et toftum Bernardi, tenendum de eo et de successoribus suis in feodo et hæreditate, libere et quiete, reddendo inde per annum eidem canonico et successoribus suis octodecim denarios, scilicet, ix denarios ad Pentecosten, et ix denarios ad festum Sancti Martini, pro omni servicio et exaccione et consuetudine. Et ut hæc donacio sit stabilis et firma, appensum est sigillum Sancti Wilfridi huic cartæ in testimonium. His testibus, capitulo Sancti Wilfridi; Alexandro de Dorseta, Stephano, Hugone, Gileberto, Roberto, Willelmo, Herberto, capellanis; Alano, Roberto, Reginaldo, Rogero, Hugone, diaconibus; Willelmo Alamann, Mathæo Forester, Ricardo clerico, Willelmo de Azerlai, Walter Marschalde, Hugone de ultra Schel, Bernard de Hil, Roberto Riche, Bernard de Gilling, Herberto de Ulfschelf, Henrico Raem (?) et multis aliis.

Canon W. de Gilling to G. de Edena.

The seal of St. Wilfrid. Witnesses.

Label, but seal torn off.

Endorsed.—The grant of Mr. Wills. Prebend, of a toft in Ripon to Godfrey, pro 18*d.* per annum. The Chapter seale. B. 65.

CXLVI. GRANT OF A TOFT IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Will. Sureys

Sciant præsentes et futuri quod ego Willelmus filius Willelmi Sureys dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi

(1) See the frontispiece to the 'Acts of Chapter.'

domino Rogero Swayn, canonico Ripon', pro quadam summa pecuniæ quam michi dedit præ manibus, unum toftum cum pertinenciis in Ripon' jacens inter pratum de Elueshou [1] et viam quæ se exstendit de Staynbrugate usque molendinum domini Archiepiscopi quod vocatur Molendinum Orientale. Tenendum et habendum eidem domino Rogero et hæredibus suis vel suis assignatis de Deo et Ecclesia Beati Wilfridi Ripon' et vicariis ejusdem ecclesiæ, libere, quiete, bene, et in pace in perpetuum. Reddendo inde per annum prædictis vicariis et successoribus suis octodecim denarios argenti ad festum Sanctæ Scolasticæ Virginis, et hæredibus Matildæ Discy unum par albarum cirotecharum, ad Pascha, precii unius denarii, pro omni servicio sæculari, exaccione, et demanda, ad prædictum toftum pertinentibus in perpetuum. Ego vero prædictus Willelmus et hæredes mei prædictum toftum cum pertinenciis prædicto domino Rogero et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Johanne de Beniingwurth, canonico Ripon', Nicholao de Bondegate, Rogero de Caue, vicariis ejusdem, Willelmo de Clotherum, Willelmo Tinctore, Ricardo de Stowe, Roberto de Bischopton', Johanne de Stapilford, et aliis.

to Rog. Swayn. Elveshou. Rent-charge of 18*d.* A pair of white gloves. Witnesses.

Label and seal gone.

Endorsed.—Ripon', tenementum sub Elfsou. H. 44.

CXLVII. ANOTHER GRANT OF THE ABOVE.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Rogerus dictus Sweyn, canonicus Riponæ, concessi, dedi, et præsenti carta mea confirmavi Rogero de Molendino et Margaretæ uxori suæ nepti meæ, unum toftum cum pertinenciis in Ripon' jacens inter pratum de Elueshov et viam quæ se extendit de Staynbriggat usque molendinum domini Archiepiscopi quod vocatur Molendinum Orientale. Tenendum et habendum eeisdem Rogero, Margaretæ, et hæredibus de dicta Margareta legitime procreatis, de Deo et Ecclesia Beati Wilfridi Riponæ et vicariis ejusdem ecclesiæ, libere, quiete, bene et in pace in perpetuum, reddendo

Rog. Sweyn, canon. to Rog. de Molendino.

(1) Now called Ailcey Hill, in the Residence grounds. A similar hill near Falkirk is called Elf Hill. These hills were doubtless named from the elves or fairies by which they were supposed to be frequented. Elstow near Bedford was 'Elvestoue.'—Regin. Dunelm. cap. lxxiv. See above, p. 60, n. 3.

To revert in default of heirs.

(etc. *ut supra*[1]) in perpetuum. Et si contingat prædictam Margaretam in fata decedere sine hærede de corpore suo legitime procreato, totum prædictum toftum cum toto clauso et cum omnibus pertinenciis michi et hæredibus meis sine contradiccione et inpedimento alicujus libere revertatur. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Patricio de Brafferton' tunc ballivo Ripone, domino Nicholao de Bondegat, Roberto de Bischopton', Nicholao Hubert, Johanne de Ebor, Johanne Frere, Rogero de Bondgat, et aliis.

Label, but no seal.

Endorsement, none. This document is attached to the preceding one.

CXLVIII. GRANT OF PART OF A TOFT IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Margaret de Marton to John de Sallay.

Sciant omnes præsentes et futuri, quod ego Margareta, quondam uxor Willelmi de Marton, in mea viduitate et ligia potestate, dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Johanni de Sallay capellano, pro quatuor solid. sterlingorum quos michi dedit in gersum, quamdam partem tofti mei in Rypon' versus occidentem, continentem in latitudine juxta aquam de Scel septemdecim pedes, et ad capud versus domum ejusdem Johannis duodecim pedes, illi et hæredibus suis vel ejus assignatis, tenendum et habendum de me et de hæredibus meis in feodo et hæreditate libere et quiete, reddendo inde annuatim michi et hæredibus meis unum denarium ad Natale Domini pro omnibus serviciis, consuetudinibus, et exaccionibus. Et ego et hæredes mei prædictam terram prædicto Johanui et hæredibus suis vel ejus assignatis contra omnes in perpetuum

Witnesses.

warantizabimus. Hiis testibus, Walter de Clutherum, Willelmo de eadem villa, Johanne de Hilton', Willelmo de Byham, Johanne Lulterel, Galfrido de Gilling, Nicholao Catteloc, Symone fratre ejus, Ada filio Nicholai, Petro Aurifabro, et multis aliis.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed, H. 27.

CXLIX. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Aldehunus de Ripon to

Sciant præsentes et futuri quod ego Aldehunus filius Ricardi de Ripon', dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi,

(1) 'Cyrothecarum' here.

Willelmo filio Godardi Fabri et hæredibus suis pro homagio (et) servicio suo, unam acram terræ et dimidiam in territorio de Ripon', scilicet, unam acram in australi parte de Depegile intra terram Uctred Stute et Depegile . . . . . in orientali parte de Graueleia, inter terram Gileberti Tinctoris et terram Sauarii. Et præterea dedi etc. Willelmo et hæredibus suis, quandam partem tophti mei in Presteley, collateralem tophto ejusdem Willelmi, ad augendum ejus tophtum de quindecim pedibus in latitudine et de triginta et quinque pedibus in longitudine, eidem Willelmo et hæredibus suis, tenendum de me et de hæredibus meis in feodo et hæreditate, libere, quiete, et honorifice, reddendo inde michi et hæredibus meis annuatim duos denarios pro omnibus serviciis et consuetudinibus et exaccionibus, scilicet, unum denarium ad Pentecosten et unum denarium ad festum Sancti Martini. Hiis testibus, Capitulo Sancti Wilfridi de Ripon', Stephano, Hugone, Gileberto, Willelmo, Rogero, Roberto, capellanis, Mathæo, clerico, Willelmo Ward, Waltero Aleman, Rogero de Nunnewic, Sanis'(?) de Wigetot, Roberto de Munketon, Roberto filio Alexandri, Alano Fabro, et p(luribus?).

Will. fil. Godardi.

Witnesses.

Label and seal lost.

Endorsed, H. 57, *and a caricature of the profile of a man's face.*

CL. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant præsentes et futuri, quod ego Nicholaus de Byham dedi, concessi, et hac præsenti carta confirmavi, Alano de Eskelby, totam terram meam cum domibus omnibus et omnibus pertinenciis suis, quæ jacet inter terram Willelmi Campanarii et terram Symonis Hereman in villa de Rypon', illi et hæredibus suis et cuicumque assignare voluerit, de me et hæredibus meis in perpetuum, tenendum et habendum de capitulo Sancti Wilfridi Rypon', sicut carta quam Hosbertus pater meus habuit de eodem capitulo testatur, libere, quiete, pacifice, cum omnibus pertinenciis infra villam et extra, in bosco et plano, in pratis et in pascuis et pasturis, viis et semitis, et in omnibus aliis locis prædictæ terræ pertinentibus, reddendo inde annuatim sex denarios capitulo Beati Wilfridi de Rypon', scilicet tres denarios ad Pentecosten et tres denarios ad festum Sancti Martini, pro omni servicio et demanda et pro secta curiæ, et auxiliis, et omnibus ad terram pertinentibus. Et ego Nicholaus de Byham

Nic. de Byham to Alan de Eskelby.

Rent of 6*d.* to Chapter.

et hæredes mei totam prædictam terram cum domibus omnibus et universis pertinenciis dictæ terræ pertinentibus, prædicto Alano et hæredibus suis vel suis assignatis quibuscumque voluerit et quandocumque contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus, et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Alano de Aldefeld, domino Patricio de Westwyc, domino Philippo Cheuerel, tunc ballivo Rypon', Willelmo de Thornton', Johanne de Ebor', Roberto Dispensatore, Willelmo Aldrich, Rogero Hollyng, Symone Hereman, Willelmo Campanario, Johanne filio ejus, et multis aliis.

Label and seal lost.

Endorsed, H. 50. *A worm has penetrated the folded parchment so as to make twelve holes.*

CLI. GRANT OF LAND IN RIPON FIELD.

(Ripon Chapter MS.)

Ric. Carpentarius to Will. de Bernigham.

Sciant omnes tam præsentes quam futuri, quod ego Ricardus Carpentarius del Westegate in Rypona vendidi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Willelmo de Bernigham, pro quadam summa pecuniæ quam michi dedit, dimidiam rodam terræ cum pertinenciis in campo Rypona (*sic*) jacentem insimul apud Humbnel, et abuttat super terram quam Walterus Bernard prædicto Willelmo cum Elienora filia sua dedit in libero maritagio, habendum et tenendum prædicto Willelmo et hæredibus suis vel eorum assignatis, de me et hæredibus meis, libere et quiete, jure et hæreditarie in perpetuum, reddendo inde annuatim michi et hæredibus meis quatuor denarios argenti, medietatem scilicet ad Pentecosten et aliam medietatem ad festum Sancti Martini in hyeme, pro omnibus serviciis, consuetudinibus, et demandis. Ego vero Ricardus et hæredes mei prædictam terram cum omnibus pertinenciis prædicto Willelmo et hæredibus suis vel eorum assignatis contra omnes gentes warantizabimus, adquietabimus, et defendemus, et in omnibus, in perpetuum. Et ut hæc mea vendicio et concessio et præsentis chartæ meæ confirmacio rata et stabilis permaneat, huic scripto præsenti sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino Petro de Ayuill tunc ballivo Rypon', Roberto de Hyltona, Johanne de Ebor, Roberto Dispens', Symone serviente, Roberto Chykyn. Willelmo Campanario, Radulpho de Neuby, et aliis.

Label remaining, but seal lost.

Endorsed.—Terr. in campo de Ripon. H. 66.

CLII. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos litteræ istæ pervenerint, Capitulum Sancti Wilfridi de Rypon', salutem. Noveritis nos concessisse et dedisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse Radulpho Nuvel, quatuor bovatas terræ cum omnibus pertinenciis in Ripon', quas Gilebertus canonicus de Ripon' patruus prædicti Radulphi de nobis tenuit, tenendas sibi et hæredibus suis in perpetuum de nobis, in feodo et hæreditate, libere et quiete, infra villam et extra, cum omnibus eisiamentis et libertatibus et liberis consuetudinibus ad prædictas quatuor bovatas terræ pertinentibus, reddendo nobis annuatim inde duos solidos pro omni servicio et exaccione, scilicet xij d. ad Pentecosten et xij d. ad festum Sancti Martini. Hiis testibus, magistro Alano de Tawell; Stephano, Roberto, Ivone, Gileberto, Hugone, Ernisio, Osberto, capellanis; Henrico filio Henrici de Pikkeni, Willelmo de Orliens, Gileberto de Suwell, Reginaldo, Willelmo de Lestincgham, diaconibus; Willelmo Ward, Radulpho de Nunwic, Ricardo de Camera, Ranulfo de Munketon, Roberto de Latrum, Gileberto Marescall, Nicholao filio Aldredi, Ricardo de Merk't', Willelmo Crisp, Gileberto et Ricardo de Barnebi.

Chapter of Ripon to Rad. Nuvel.

Rent of 2s. to Chapter.

Witnesses.

Chapter Seal of St. Wilfrid and counterseal in green wax, attached by platted cord. See frontispiece to 'Acts of the Chapter of Ripon.'

Endorsed, B. 6.

CLIII. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus filius Symonis de Torp dedi et concessi et præsenti carta mea confirmavi Rogero filio Symonis, fabri, et ejus assignatis, unam rodam terræ et dimidiam in territorio de Ripon', jacentem in parte australi de Depegile inter terram Gileberti de Mortemer et terram Utringy de Torp. Tenendam de me et de hæredibus meis in feodo et hæreditate, libere et quiete, reddendo inde michi et hæredibus meis annuatim, unum denarium in die Sancti Petri ad Vincula, pro omnibus serviciis et pro omni re ad terram pertinente. Ego siquidem prædictus Willelmus et hæredes mei defendemus et warentabimus prædicto Rogero et ejus assignatis præscriptam

Will. fil. Symonis de Torp to Rog. fil. Symonis fabri.

terram contra omnes in perpetuum. Et huic scripto sigillum meum apposui in testimonium. Hiis testibus, Roberto de Munketon, Ranulfo filio ejus, Thoma de Clutherum, Gileberto de Mortemer, Gibun filio ejus, Torphino pellipario, Johanne de Ebor', Everardo Mercatore, Osberto de Rauthecliue, Petro de Midelton, Rogero filio Walteri de Sallaye, Ricardo inbreviatore, et multis aliis.

Witnesses.

Circular seal of green wax attached by a label retaining a string by which some other document has probably been attached. It seems to represent four wheat ears disposed crosswise, with diagonal lines between them.—Insc. + . . . LMI. FILII. SIMONIS.

Endorsement, none.

CLIV. GRANT OF LANDS OVER SKELL.

(Ripon Chapter MS.)

Walter fil. Hugonis ultra Skel to Aldusa, his daughter.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis has litteras visuris vel audituris, Walterus filius Hugonis ultra Skel, salutem. Noveritis me dedisse, concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, et in capitulo Riponiæ quietum clamasse in mea libera potestate, totum jus meum et clamium quod habui vel habere potero in terra mea jacente ultra Skel, scilicet in terra quam Constabularius tenuit, et in terra quam Galfridus de Gilling' tenuit, et in terra quam Acckeman tenuit, Aldusæ sorori meæ et hæredibus suis, vel cuicumque dare vel assignare voluerit, pro servicio suo quod michi fecit, tenendum et habendum eidem Aldusæ et hæredibus suis vel ejus assignatis de me imperpetuum, libere et quiete, pacifice et integre, reddendo inde annuatim domino canonico illius præbendæ quatuor solidos, videlicet pro terra quam Constabularius tenuit octodecim denarios, et pro terra quam Acckeman tenuit, duodecim denarios, medietatem ad Pentecosten, et aliam medietatem ad festum Sancti Martini, pro omnibus serviciis, consuetudinibus, exaccionibus, et demandis, et pro omni re ad præfatas terras pertinente. Præterea obligo me jurisdiccioni ecclesiæ et capituli Beati Wilfridi Ripon', omni appellacione remota, ad prænominatam donacionem et quietam clamanciam observandam, ita quod præfata Aldusa faciat de hiis terris prædictis quicquid voluerit, sicut de propria et perpetua donacione et possessione. Et ut illa mea donacio et quieta clamancia sive obligacio a nemine possit infringi in posterum, hoc præsens scriptum sigilli mei munimine corro-

boravi. Hiis testibus, Warino tunc ballivo de Ripon', Osberto de Rouhecliue, Johanne de Ebor', Nicolao Casteloc, Symone fratre ejus, Galfrido de Gilling', Gilberto Burman, Willelmo Mercatore, Johanne Roc, Petro filio Galfridi, et aliis. Witnesses.

Oval seal of green wax attached by a label retaining a strip of parchment by which some other document has probably been attached. It seems to represent three wheat ears disposed in the general form of a fleur-de-lys.—Insc. SI. WALTERI FIL. . . . .

Endorsed.—Skelgat.

CLV. GRANT OF HOUSES, ETC., IN RIPON AND MARKINGTON.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant omnes præsentes et futuri, quod ego Nicholaus filius Willelmi de Thornetona, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Willelmo tinctori de Rypona, unum mesuagium in Rypona cum ædificiis, quod jacet inter mesuagium Ricardi de Garmundewaye et mesuagium Hugonis Bernard; Et duo mesuagia cum ædificiis jacencia insimul ad exitum villæ de Markingtona versus orientem; Et viginti quatuor acras terræ cum pertinenciis in territorio de Markingtona, quarum septem acræ jacentes insimul vocantur Westflat, et quatuor acræ jacentes insimul vocantur Barnehaye, et quatuor acræ jacentes insimul in cultura quæ vocatur Ryg, et extendunt se super pratum de Markingtona in parte australi, et tres acræ jacent insimul in eadem cultura de Ryg, et se extendunt similiter super pratum prædictum versus austrum, et quinque acræ jacent insimul in Surhenderidding in parte aquilonari terræ monachorum de Fontibus, et extendunt se versus orientem super altam viam, et versus occidentem super le Stubbing, et una acra terræ quæ se extendit super Grishowe, versus aquilonem. Et totum pratum in pratis de Markingtona quod pertinet ad duas bovatas terræ quas Galfridus carectarius quondam tenuit. Et totum pratum in eisdem pratis quantum pertinet ad unam bovatam terræ jacens ex orientali parte prati Johannis filii Rogeri de Wallerthwayte. Et unum toftum cum dimidia acra terræ in Markingtona quod Gibel tenet. Et unum toftum cum crofto in eodem quod Stephanus Sutor tenet. Et unum toftum cum una acra terræ in eadem quod Bernardus Crine tenet. Et unum toftum in eadem quod Mathæus Carpentarius tenet. Et unum toftum cum crofto in eadem quod

Nic. de Thornton to Will., the dyer.

Lands in Markington.

Meadows.

Tofts.

Willelmus Bright tenet. Et unum toftum cum crofto in eadem quod Willelmus Bercarius tenet. Et unum toftum cum crofto in eadem quod Willelmus de Monte tenet. Et unum toftum cum gardino in villa de Thornetona Archiepiscopi quod Matilda Lotrix tenet. Et unum toftum cum gardino in eadem quod Alanus Mongoke tenet. Et unum toftum cum gardino in eadem quod Willelmus Sqwyry tenet. Et unum toftum cum gardino in eadem quod Radulphus filius Custanciæ tenet. Et unum toftum cum gardino in eadem quod Alanus Molendinarius tenet. Et unum toftum cum gardino in eadem quod Mathæus Faber tenet. Et unum toftum cum crofto in eadem quod Johannes Sutor tenet. Et unum toftum in eadem quod Sigereda vidua tenet. Et unum toftum cum crofto in eadem quod Henricus Rankepol tenet. Et annuum redditum . . . solidorum in eadem, percipiendum de tenentibus terrarum Rogeri Forestarii. Et annuum redditum sex denariorum in eadem percipiendum de tofto et terra quæ Johannes de Coppegrave tenet. Et annuum redditum novem denariorum in eadem percipiendum de uno tofto cum crofto quod Alanus Turfstac tenet. Et annuum redditum duorum solidorum percipiendorum de uno tofto cum crofto in Markingtona quod Siliot tenet. Habendum et tenendum eidem Willelmo et hæredibus suis vel eorum assignatis de capitalibus dominis feodi illius, libere quiete ab omnibus sæcularibus serviciis et sectis curiarum bene et pacifice cum omnibus libertatibus et aysiamentis in boscis, pratis, pasturis, viis, semitis, et omnibus aliis locis ad prædicta mesuagia, tofta, terras, et prata, infra villam et extra pertinentibus in perpetuum. Ego vero Nicholaus et hæredes mei et assignati prædicta mesuagia, tofta, terras, prata, redditus, cum omnibus pertinenciis suis ut prædictum est, eidem Willelmo et hæredibus suis vel eorum assignatis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus, et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium præsentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, domino Alano de Aldfelde, domino Patricio de Westwike, militibus; Roberto de Nunwe', Johanne de Braytotes, Nicholao Ward, Roberto de Deserto, Johanne de Bradelay, Petro de M'kingfeld, Willelmo de Surhende, Roberto Dispencer, Ricardo de Stowe, Johanne de Ebor, Rogero de Burtona, Stephano Chiken, et aliis.

Bishop Thornton.

Witnesses.

Label remaining, but no seal.

Endorsed.—H. 48.

CLVI. CONFIRMATIO CAPITULI SUPER TERRA QUAM ARCHIEPISCOPUS CONCESSIT JOHANNI DE BISCOPTON, UNDE ARCHIEPISCOPO iij MARC. iij SOL.

(Registrum Magnum Album Ebor. Part II. fo. 45 *v.*)

c. A.D. 1230. The Chapter of York confirm a grant of the Archbishop to John de Bishopton.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, R(ogerus) decanus, et capitulum Ebor', salutem. Noverit universitas vestra, nos ratam et gratam habuisse, (et) de communi assensu et consilio capituli nostri quantum ad nos pertinet, confirmasse, donacionem illam quam venerabilis pater noster Walterus Ebor. archiepiscopus fecit Johanni de Hilton' de illa carucata terræ in Biscopton quam Ricardus tenuit, cum omnibus pertinenciis, libertatibus, et aisiamentis suis, reddendo inde annuatim domino W(altero) archiepiscopo Ebor. et successoribus suis, tres marcas argenti; et similiter toftum cum crofto in Ryponia quod jacet inter terram Gilberti de Mortemer' et terram Torphini Parmentarii, reddendo inde annuatim tres solidos; et similiter quindecim acras terræ apud Thorneton' inter assartum Thomæ Forestarii et Bercland, sicque est divisio, inter forestam et communam de Thornton', cum tofto et crofto inter Willelmum Desert et Thorneton', reddendo inde annuatim unam libram piperis. (One pound of pepper.) Hæc omnia concessimus prædicto Johanni et hæredibus suis, tenenda et habenda libere et quiete, sicut in carta domini Walteri Ebor. archiepiscopi continetur, salvo eidem domino W(altero) et successoribus suis servicio suo quod de prænominatis terris habere tenentur. Et in hujus rei testimonium sigillum capituli nostri huic cartæ apposuimus. Hiis testibus, R(ogero) decano, G(alfrido) de Norwico, præcentore, W(illelmo) thesaurario, W.[1] archidiacono de Estriding', magistris Johanne Romano, G. pœnitenciario, Maur[ici]o Cornub', Roberto de Wichton', canonicis Ebor.;[2] W. de vestiario, magistro Nicholao, Ricardo succentore, Willelmo de Buggethorp', Johanne Salt', R. Duble, T. Wlsi, vicariis Ebor., et aliis.

CLVII. CONSENSUS CAPITULI SUPER DONACIONEM QUAM ARCHIEPISCOPUS FECIT WILLELMO DE OSENEIE DE TERRA IN THORP'.

(Registrum Magnum Album Ebor. Part II. fo. 67.)

c. A.D. 1235.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, G(alfridus) decanus et capitulum Ebor., salutem in

(1) Waltero or Willelmo. See Hardy's Le Neve.
(2) None of these three occur in the printed lists.

Domino. Concessionem et donacionem quam venerabilis pater dominus Walterus Ebor. archiepiscopus, Angliæ primas, fecit Willelmo de Oseneie pro homagio et servicio suo de quatuor bovatis terræ in villa de Thorp' infra manerium Riponiæ, tenendis et habendis eidem et hæredibus suis, reddendo inde annuatim eidem domino archiepiscopo et successoribus suis xij solidos, sicut in carta dicti archiepiscopi super hoc eidem Willelmo confecta plenius continetur, ratam habentes et gratam, ipsam concedimus, et præsentis scripti patrocinio sigilli nostri munimine signato communimus. Teste capitulo nostro.

CLVIII. GRANT OF LAND IN RIPON.

(RIPON CHAPTER MS.)

C Y R O G R A P H U M.

A.D. 1301.

Chapter of Ripon to Nich. de Bondegat.

Hæc carta cyrographata testatur quod Capitulum Rypon' unanimi consensu dedit, concessit, et confirmavit Nicholao de Bondegat, capellano, unum toftum et unam placeam terræ cum pertinenciis in Rypon', videlicet illud toftum quod jacet inter mesuagium prædicti Nicholai et mesuagium domini Willelmi filii Walteri Fullonis, capellani, in Rypon'. Et illam placeam terræ quæ jacet inter mesuagium Roberti de Holtby clerici, et mesuagium domini Willelmi de Roderham capellani, et abbuttat super aquam de Skel in Rypon'; habenda et tenenda, prædicto Nicholao, hæredibus suis, et suis assignatis, de capitulo prædicto, in perpetuum; reddendo inde per annum communæ prædicti capituli in tota vita ipsius Nicholai decem et octo denarios argenti, videlicet medietatem ad festum Sancti Martini in hyeme, et alteram medietatem ad festum Pentecostes pro omni servicio. Et post decessum ejusdem Nicholai, hæredes vel assignati dicti Nicholai pro dictis tenementis communæ ejusdem capituli annuatim reddent duos solidos ad terminos prædictos pro omni servicio. Et prædictum capitulum prædicta toftum et placeam cum pertinenciis prædicto Nicholao et hæredibus suis et suis assignatis contra omnes homines pro prædicta firma in perpetuum warantizabit. Et prædictus Nicholaus concessit pro se et hæredibus suis et suis assignatis, quod si prædictus redditus aliquo termino prænotato non fuerit solutus, bene licebit præfato capitulo ipsum Nicholaum, hæredes suos, et suos assignatos, tam in prædicto mesuagio ipsius Nicholai quam in prædictis tofto et placea prædicti Nicholai distringere, et districciones retinere, quosque de prædicto redditu ut prædictum

To pay 18*d.* a year.

His heirs to pay 2*s.*

Power to distrain.

est communæ prædictæ totaliter fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium tam prædictus Nicholaus quam prædictum capitulum huic cartæ cyrographatæ sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus, Philippo de Wylugby, magistro Willelmo de Grenefeld, Egidio de Audenarde, Johanne de Benstede, Rogero Swayn, Thoma de Sabaudia, Thoma de Corbrigg, canonicis ecclesiæ Rypon'; Ricardo de Beverlaco tunc ballivo Rypon', Patricio de Brafferton, tunc custode hospitalis Beati Johannis Baptistæ Rypon', Willelmo de Clouther', Willelmo Tinctore, Ricardo de Stowe, Johanne de Ebor, Alano Colstan, Willelmo de Schirwod, et multis aliis. Dat. Rypon' in festo Sancti Dionisii, Anno Domini Millesimo trecentesimo primo.

Witnesses.

Oct. 9.

Portion of chapter seal in white wax appended by label.

Endorsement, B. 3.

The counterpart is with this indenture; seal and label gone.

CLIX. GRANT OF A MESSUAGE IN RIPON.

(Darnbrough MS. xxxvii.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Patricius de Brafferton, clericus, concessi, dedi, et præsenti carta mea confirmavi Radulpho de Hussetwayt et Aliciæ uxori ejus, totum illud messuagium meum quod habui de dono et feofamento Elienoræ Broun, et quod jacet retro sepes juxta ecclesiam Beatæ Mariæ in villa Rypon'; habendum et tenendum, prædictis Radulpho et Aliciæ uxori ejus et hæredibus eorum vel eorum assignatis, cum omnibus pertinenciis suis, libere, quiete, bene, intigre, in pace, et in perpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et consueta. Et ego Patricius et hæredes mei prædictum messuagium cum omnibus pertinenciis suis prædictis Radulpho et Aliciæ uxori ejus et hæredibus eorum vel eorum assignatis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In hujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Willelmo de Clutherum, Willelmo Tinctore, Nicholao Huberd, Willelmo de Shirewode, Ricardo de Stowe. Dat. Ripon', die Sabati prox. post festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, Anno Domini M°ccc° quinto.

A.D. 1305.

Patr. de Brafferton to Rad. de Husse-twayt.

St. Mary's Church.

Witnesses.

June 26.

CLX. CARTA JOHANNIS DE WAREYNER, DE TRIBUS MESUAGIIS IN RIPON.

(Reg. Greenfield, Part I. 48 *v.*)

A.D. 1310.

The Archbishop of York to J. le Warenner.

Sciant præsentes et futuri, quod nos Willelmus, permissione Divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, concessimus, dedimus, et hac carta cirographata nostra confirmavimus Johanni dicto le Warenner, tria mesuagia cum pertinenciis in Allehalegate in Ripon', quæ fuerunt Johannis Traijnis, et quæ recuperamus per judicium Curiæ Regiæ, tenenda et habenda eidem Johanni dicto le Warenner, hæredibus suis et suis assignatis, libere et quiete, integre, bene, et in pace, de nobis tota vita nostra; reddendo inde per annum nobis, xs. bonæ et legalis monetæ, ad festa Sancti Martini in hieme, et Pentecostes, per æquales porciones. Et nos prædicta mesuagia cum pertinenciis prædicto Johanni le Warenner, hæredibus suis et suis assignatis tota vita nostra warantizabimus. In cujus rei testimonium tam nos quam prædictus Johannes le Warenner huic cartæ cirographatæ alternatim sigilla nostra apposuimus.

Witnesses.

Hiis testibus, dominis Simone Warde, Roberto le Coyners, Johanne le Gras, militibus, Willelmo dicto le Vausur, Willelmo de Schirwod, Adam Caperoun, Augero Frere, et aliis.

July 28.

Dat. apud Cawod, die Martis prox. post festum S. Jacobi Apostoli, Anno Domini M° ccc° decimo, et pontificatus nostri quinto.

CLXI. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1315.

Cecilia Vaza to R. de Dal.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Cecilia, relicta Willelmi Vaza de Ripon', carnificis, in viduitate et legia potestate mea, concessi, dedi, et hac carta mea confirmavi Ricardo de Dal de Ripon' et Alianoræ uxori ejus, unam rodam terræ et dimidiam insimul jacentes in territorio Ripon' ex parte australi bosci de Depgil, inter terram quam Bernardus Gil tenet et terram quam dominus Ricardus dictus Pa tenet de domino Archiepiscopo Ebor. Habendum et tenendum cum pertinenciis eisdem Ricardo de Dal, Alianoræ uxori ejus, et hæredibus suis vel suis assignatis, libere et integre, bene, in pace, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et consueta in perpetuum. Et ego dicta Cecilia et hæredes mei totam prædictam terram, cum omnibus pertinenciis suis, præfatis Ricardo de Dal et Alianoræ uxori ejus, hæredibus suis, et suis assignatis, contra

omnes gentes warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Dat. Ripon' die Lunæ in crastino Sancti Clementis, Anno Domini M° ccc° quinto decimo. Hiis testibus, Willelmo de Schirewode, Nicholao Hubert, Roberto de Schirewode, Johanne le Walker, Roberto Bindlowys, Thoma de Hoton', Radulpho de Sallay, et aliis. Nov. 24. Witnesses.

Label remaining, but seal gone.

CLXII. GRANT OF MESSUAGES AND LAND.

(RIPON CHAPTER MS.)

Sciant præsentes et futuri, quod ego Alianora filia Ricardi Milde de Rypon' in viduitate mea concessi, dedi, et præsenti carta mea confirmavi Johanni de Staynton', illa duo mesuagia cum pertinenciis in Staynbriggate in Rypon', quæ michi contingebant jure hæreditario post decessum Isoldæ matris meæ. A.D. 1317. Alianora Milde to Joh. de Staynton. Concessi eciam et dedi eidem Johanni, illam acram et dimidiam rodam terræ cum pertinenciis in Thorpp juxta Rypon' jacentes in hiis locis, videlicet tres rodas super Northlanggulandes, et unam rodam et dimidiam super Suthremarlanggelandes, et quæ michi contingebant jure hæreditario post decessum Roberti Milde fratris mei; Thorp'. Habenda et tenenda prædicta duo mesuagia et totam prædictam terram cum pertinenciis, eidem Johanni, hæredibus suis, et suis assignatis, libere, quiete, bene, in pace, et in perpetuum de capitali domino feodi illius pro servicia inde debita et consueta. Et ego Alianora et hæredes mei omnia prædicta mesuagia et terram cum pertinenciis suis, prædicto Johanni, hæredibus suis, et suis assignatis, contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Thoma de Eywill, tunc ballivo Rypon', Willelmo Lytester, Ricardo de Bromhous, Ad' Caperoun, Johanne Walker, et aliis. Witnesses. Data Rypon' die Sabbati in crastino Sanctæ Katerinæ, Anno regni regis Edwardi undecimo. Nov. 26.

Label remaining, but seal gone.
Endorsed, H. 63.

CLXIII. CARTA JOHANNIS LE BELLEGETERRE DE RYPON'.

(REG. MELTON, fo. 409.)

Universis pateat per præsentes indenturas, quod nos Willelmus de Melton, permissione Divina Ebor' Archiepiscopus, Angliæ A.D. 1321.

Grant of right of way. Primas, concessimus, pro nobis et successoribus nostris, Johanni le Bellegeter de Rypon', quod ipse et hæredes sui habeant imperpetuum liberum introitum et exitum ultra terram nostram quam habuimus de dono et concessione ipsius Johannis in villa de Rypon', usque ad mesuagium suum in eadem villa Rypon', cum carris et carrectis ad omnimoda cariagia facienda, et cum omnibus averiis suis tempore aperto. Open time for cattle. Habendum et tenendum prædicto Johanni et hæredibus suis, de nobis et successoribus nostris, libere et pacifice, in forma prætacta, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ipse Johannes et hæredes sui, unum denarium in festo Sancti Michaelis Archangeli. In cujus rei testimonium, nos partes prædictæ præsentibus indenturis sigilla nostra alternatim apposuimus. Witnesses. Hiis testibus, dominis Simone Ward, Roberto de Conigers, Rogero de Nunnewyk, militibus; Willelmo filio Willelmi de Aldefeld, Johanne de Merkington, Johanne le Warner, Thoma Deiguill, ballivo Ripon', et aliis.

Mar. 30. Dat. apud Thorp prope Ebor', iij Kaln. Aprilis, Anno Graciæ Millesimo ccc^{mo} xxj^{o}, et pontificatus nostri quarto.

CLXIV. GRANT OF LAND IN CLOTHERHOLME.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1323. W. de Clutherum to J. de Aula. Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus filius Emmæ de Cloutherum concessi, dedi, et hac carta mea confirmavi Johanni de Aula de Ripon', dimidiam acram terræ jacentem in territorio de Cloutherum, apud Crabrades, et abbuttat super le Lyttelleyg' inter terram Johannis filii Rogeri de Cloutherum, et terram domini Johannis Stoyl; tenendum et habendum dictam dimidiam acram terræ cum pertinenciis, dicto Johanni de Aula, hæredibus suis, et suis assignatis, libere, quiete, bene, in pace, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et consueta in perpetuum. Et ego dictus Willelmus et hæredes mei dictam dimidiam acram terræ cum pertinenciis præfato Johanni et hæredibus suis et suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic cartæ March 30. sigillum meum apposui. Dat. apud Cloutherum, die Martis in septimana Paschæ, Anno Domini M^{o} ccc^{o} vicesimo tercio. Witnesses. Hiis testibus, Johanne filio Rogeri de Cloutherum, Willelmo filio Willelmi de Cloutherum, Johanne Atteton'hend,[1] Thoma Gamel, Roberto Colstan, et aliis.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed.—Terris in Cloutherum.

(1) i.e. 'At the town end.'

CLXV. GRANT OF RENT IN RIPON AND LAND IN CLOTHERHOLME.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes de Aula, manens in Rypon', concessi, dedi, et hac carta mea confirmavi domino Simoni Sewal de Ripon' capellano, quatuor solidos annui redditus in Rypon' in Westgat, quos adquisivi de tribus filiabus Jermani de Laicche, et unam acram terræ quam habui de dono Willelmi Munkeman, in territorio de Cloutherum, tenendum et habendum eidem domino Simoni, hæredibus suis, et suis assignatis, libere, quiete, bene, in pace, de capitalibus dominis feodorum illorum per servicia inde debita et consueta in perpetuum. Et ego dictus Johannes et hæredes mei prædictum redditum quatuor solidorum, et prædictam acram terræ cum pertinenciis suis, eidem domino Simoni et hæredibus suis et suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. Dat. apud Rypon', die Veneris proxima post festum Sancti Oswaldi Regis, Anno Domini M°ccc° vicesimo septimo. Hiis testibus, Willelmo Hubert, Ada de Scotton', Johanne Frankys, Johanne de Snape, Johanne de Hoton', et aliis.

A.D. 1327. J. de Aula to Simon Sewal. Aug. 7. Witnesses.

Label remaining, but seal gone.

CLXVI. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant præsentes et futuri, quod ego Alianora, quondam uxor Ricardi de Dal de Ripon', in viduitate et legia potestate mea, concessi, dedi, et hac carta mea confirmavi Willelmo le Somunder,[1] de Ripon' et Ceciliæ uxori ejus, unam rodam et dimidiam terræ insimul jacentes in territorio de Ripon' ex parte australi bosci de Depegil, quam quidem terram prædictus Ricardus maritus meus et ego habuimus ex dono et concessione Ceciliæ relictæ Willelmi Vaza, carnificis; tenendum et habendum dictam terram cum pertinenciis eisdem Willelmo le Somundur et Ceciliæ uxori ejus, hæredibus suis et suis assignatis, libere, quiete, bene, in pace, et in perpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et consueta. Et ego dicta Alianora et hæredes mei totam prædictam terram cum perti-

A.D. 1328. Alianora de Dal to Will. le Somunder.

(1) Surname derived from the occupation of a Summoner, 'Sumpnour,' or Apparitor, one who cited men to appear in courts.

nenciis suis, prædictis Willelmo et Ceciliæ uxori ejus, hæredibus suis, et suis assignatis ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic
Feb. 23. cartæ sigillum meum apposui. Dat. Ripon' super dictam terram die Martis in vigilia Sancti Mathæi Apostoli, Anno Graciæ
Witnesses. M°ccc° vicesimo octavo. Hiis testibus, Johanne de Shirewode, Ricardo del Brunhus, Ricardo de Aystenby, Ricardo de Martan', Ricardo Dilbur, Ricardo Aldrech, Thoma Aldrech, et aliis.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed, H. 64.

CLXVII. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1346. Cecilia Somoundoure to Will. de Alhalghgate.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Cecillia quæ fui uxor Willelmi Somoundoure de Rypon' in pura viduetate et legia potestate mea concessi, dedi, et hac præsenti carta confirmavi Willelmo de Alhalghgate de Rypon', unam rodam et dimidiam terræ insimul jacentes in territorio de Rypon' ex parte australi bosci qui vocatur Depegyll, quam quidem terram habui ex dono et concessione Alianoræ quondam uxoris Ricardi de Dall; tenendum et habendum dictam terram cum omnibus pertinenciis suis, eidem Willelmo, hæredibus, et assignatis, libere, quiete, bene, in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et consueta. Et ego vero prædicta Cecillia et hæredes mei totam prædictam terram cum omnibus pertinenciis suis prædicto Willelmo, hæredibus, et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui. Hiis
Witnesses. testibus, Johanne de Schyrwod, Rogero de Cluther', Johanne Frankys, Willelmo Lyster, Ricardo de Aystenby, et aliis.

Mar. 13. Dat. apud Rypon' die Lunæ proxima post festum Sancti Gregorii Papæ, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo sexto.

Small oval seal of white wax attached by label: figure of the Blessed Virgin standing, crowned, with the Infant; Inscription illegible.

CLXVIII. DEED OF COVENANTS TO ACCOMPANY MORTGAGE BY WAY OF BOND AND FEOFFMENT.

(Ripon Chapter MS.)

A B C D E.

A.D. 1348. Hæc indentura testatur quod cum dominus Johannes de Bassyngham de Badlyngham, chivaler, teneatur per quoddam

statutum de Actoun Burnell, obligetur Willelmo de Acaster civi Ebor. in centum libris sterlingorum, solvendis eidem Willelmo, vel ejus ad attornatum apud Ebor. ad festum Paschæ prox. futurum post diem confeccionis præsencium, prout in dicto statuto plenius continetur. Et eciam cum prædictus Johannes feoffaverit prædictum Willelmum de manerio suo de Asmunderby cum omnibus pertinenciis suis, et de Willelmo le Grayne, nativo suo, cum tota sequela sua, habendum et tenendum præfato Willelmo de Acaster, hæredibus et assignatis suis imperpetuum, prout in quadam carta feoffamenti inde facta plenius est expressum, præfatus Willelmus de Acaster vult et concedit pro se, hæredibus, et executoribus suis, quod si idem Willelmus de Acaster, hæredes, et assignati sui, habeant, teneant, et gaudeant, libere, integre, bene, et in pace, sine aliquo impedimento, ejeccione, et calumpnia cujuscumque, totum prædictum manerium de Asmunderby, cum prædicto nativo, cum tota sequela sua, cum omnibus pertinenciis prædicto manerio qualitercumque spectantibus, prout continetur in carta prædicta, videlicet a die confeccionis hujus indenturæ, usque ad vicesimum octavum diem prox. post festum Sancti Martini in yeme, quod erit Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo nono; et si prædictus dominus Johannes eodem vicesimo octavo die solverit præfato Willelmo de Acaster vel ejus ad attornatum apud Ebor. in domo habitacionis ejusdem Willelmi de Acaster, quadraginta libras bonorum et legalium sterlingorum argenti, extunc prædictum statutum centum librarum ac prædicta carta feoffamenti, et seisina virtute ejusdem capta, nullius sint virtutis, et pro nullis omnino habeantur, vel si forte prædictus dominus Johannes defecerit in solucione prædictarum quadraginta librarum prædicto vicesimo octavo die prox. post prædictum festum Sancti Martini, et tunc dictus Willelmus de Acaster, hæredes et assignati sui, habeant, teneant, et gaudeant, libere, integre, bene, et in pace, totum prædictum manerium cum pertinenciis sicut supradictum est, sine aliquo impedimento, ejectione, et calumpnia cujuscumque, usque ad vicesimum octavum diem prox. post festum Sancti Martini in yeme, quod erit Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quinquagesimo, et si prædictus dominus Johannes eodem vicesimo die solverit prædicto Willelmo de Acaster vel ejus ad attornatum apud Ebor. in domo habitacionis ejusdem Willelmi quadraginta libras bonorum et legalium sterlingorum argenti, extunc prædictum statutum ac prædicta carta feoffamenti, et seisina per eandem capta, nullius sint

Recites bond in 100*l.* to secure 40*l.*

Recites feoffment of manor of Asmunderby and of a neif with wife and children.

Covenants for avoidance or repayment,

on the 28th day after St. Martin, 1349 (Dec. 9);

or in default,

then on the same day in 1350;

or in further default, virtutis et pro nullis omnino habeantur; vel si forte prædictus dominus Johannes defecerit in solucione prædictarum quadraginta librarum, modo et forma prædictis facienda, et prædictus Willelmus de Acaster, hæredes et assignati sui extunc habeant, teneant, et gaudeant, libere, integre, bene, et in pace, totum prædictum manerium cum pertinenciis sicut supradictum est, sine aliquo impedimento, ejeccione, et calumpnia cujuscumque, then on the same day in 1351; usque ad vicesimum octavum diem prox. post festum Sancti Martini in yeme, quod erit Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quinquagesimo primo, et si prædictus dominus Johannes eodem vicesimo octavo die solverit præfato Willelmo de Acaster vel ejus ad attornatum apud Ebor. in domo habitacionis ipsius Willelmi quadraginta libras bonorum et legalium sterlingorum argenti sine omni fraude et ulteriori dilatacione, extunc prædictum statutum centum libr. ac prædicta carta feoffamenti et seisina virtute cujusdam capta, nullius sint virtutis, et or, in final default, both to remain in full force and virtue for ever. pro nullis omnino habeantur. Alioquin prædictus dominus Johannes vult et concedit pro se, hæredibus, et executoribus suis, quod tam prædictum statutum centum libr. quam prædicta carta feoffamenti stent et remaneant in omnibus et singulis roboribus suis, sine contradiccione quacumque imperpetuum. In witness, etc. In cujus rei testimonium sigillum dicti domini Johannis ac sigillum præfati Willelmi de Acaster huic indenturæ alternatim York, 17 Dec., 1348. sunt appensa. Dat. apud Ebor., die Mercurii prox. post festum Sanctæ Luciæ virginis, videlicet decimo septimo die mensis Decembris, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo octavo, et regno regis Edwardi Angliæ vicesimo secundo, regni vero sui Franciæ nono.[1]

Label with fragment of seal in uncoloured wax.—S. Willelmi. . . .

Endorsed.—H. 1.

(1) The Editor is indebted to his friend, the Rev. W. C. Boulter, M.A., F.S.A., for the following remarks on this document:—'Legally, it differs very little from what is common even at this day. John de Bassyngham, chivaler, being, for some reason, in a state of impecuniosity, applies to the well-to-do citizen of York, William de Acaster, for a loan of 40*l.* As a security he gives William a bond in the penalty of 100*l.*, and also gives him a feoffment of his manor of Aismunderby, "cum nativo et sequela etc." These are the "recitals" in this indenture, the object of which is to declare the covenants on which the feoffment was made: viz., that if John pays William the amount on the day named in 1349, then the feoffment is to be void; or, in case of default, to be in force until the same day 1350, and so in like manner to 1351. If default be made at the last date, the *carta*

CLXIX. QUITCLAIM OF MESSUAGE AND LAND IN SHAROW.

(RIPON CHAPTER MS.)

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Robertus filius Johannis de Sharow, salutem in Domino. Noveritis me remisisse, relaxasse, et omnino de me et hæredibus meis imperpetuum quietum clamasse domino Johanni de Snap' de Rypon', capellano, hæredibus et assignatis suis, totum jus et clameum meum quod unquam habui, habeo, seu aliquo modo habere potero, in illo messuagio et illis duabus bovatis terræ cum pertinenciis suis in villa et territorio de Sharou, quod quidem messuagium et prædictas duas bovatas terræ habui de dono et concessione Thomæ de Melton, clerici, in eadem villa. Ita videlicet quod nec ego prædictus Robertus nec hæredes mei nec aliquis nomine nostro aliquid juris vel clamei in prædicto messuagio et prædictis duabus bovatis terræ cum pertinenciis suis de cætero exigere vel vendicare poterimus in futurum, sed ab omni accione simus exclusi imperpetuum. Et ego vero prædictus Robertus et hæredes mei prædictum messuagium et prædictas duas bovatas terræ cum pertinenciis suis præfato domino Johanni de Snap', hæredibus et assignatis suis, ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus in futurum. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Nicholao Byndlowys, Nicholao de Hoton', Johanne de Idle, Johanne de Selby, Nicholao de Gyseley, Roberto de Nonwykthorns, Johanne de Blakwell, et aliis. Data apud Sharou, die Dominica prox. post festum Annunciacionis

A.D. 1353. Rob. de Sharow to Joh. de Snape.

Witnesses.

Mar. 31.

feoffamenti is to be in full force *imperpetuum*. In the case of a mortgage of copyhold land (the present survival of the old feudal tenure) the very same roundabout system of a "surrender" with an accompanying "deed of covenants" is the method in use at this moment. In a freehold mortgage the covenants or provisos are in the same deed. At this day a date is always fixed for repayment—the conveyance becoming absolute after that day if default be made, as it always is. The mortgagee would receive the rents and profits instead of interest (which was not allowed until Henry VIII.'s time, i.e. by law). The peculiarity of this indenture is the fixing of three days, peculiarly lenient to the mortgagor.

'At present the penalty in a bond is usually twice the amount to be ultimately paid; here, however, it is 2½ times: 100 for 40.

'A place was always fixed for the repayment, here the dwelling-house of William, but this is not now mentioned in modern deeds.

'In 1349, the very next year after this indenture, *nativi* began to rise in the world, through the Statute of Labourers.'

Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quinquagesimo tercio.

Label, but no seal left.

Endorsed.—H. 33.

CLXX. GRANT OF TENEMENTS IN SHAROW.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1353. Andr. de Scharowe to Joh. de Sawcery.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Andreas, filius et hæres Roberti de Scharowe, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni del Sawcery de Ripon', omnia illa tenementa, terras, et prata, cum suis pertinenciis, in villa et territorio de Scharowe juxta Ripon' quæ michi accidebant jure hæreditario post decessum prædicti Roberti in eadem: tenenda et habenda omnia prædicta tenementa, terras, et prata, cum suis pertinenciis, prædicto Johanni, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, et in perpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero prædictus Andreas et hæredes mei omnia prædicta tenementa, terras, et prata, cum omnibus suis pertinenciis, præfato Johanni, hæredibus et assignatis suis, ut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne de Cluther', Johanne de Faxton, Nicholao Byndlowys, Nicholao de Haton, Johanne Seriaunt, Johanne de Sallay, Johanne de Blakwell, et multis aliis. Dat. apud Scharowe juxta Ripon', primo die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo ccc^{mo} quinquagesimo tercio.

Witnesses. Mar. 1.

Label remaining: seal gone.

Endorsed.—H. 52.

CLXXI. GRANT OF A MESSUAGE IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

A B C D, Etc.

A.D. 1359. Rog. de Clothorum to Ric. de Wakefeld.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Rogerus de Clothorum de Rypon' concessi, dedi, et hac præsenti carta mea indentata confirmavi Ricardo de Wakefeld, vicario in ecclesia collegiata Ripon', totum illud messuagium cum suis pertinenciis in Rypon' quod jacet juxta aquam quæ currit usque le Walkemilne ex parte una, et quamdam portam fabricæ ecclesiæ prædictæ Rypon' quæ ducit a via regia usque prædictam aquam ex altera; tenendum et

habendum totum prædictum messuagium cum suis pertinenciis eidem Ricardo, hæredibus et assignatis suis, libere, quiete, integre, bene, in pace, et imperpetuum, de capitali domino feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta: reddendo inde annuatim michi, hæredibus vel assignatis meis, duos solidos argenti ad festa Pentecostes et Sancti Martini in yeme per æquales porciones. Et si contingat prædictum redditum duorum solidorum a retro esse in parte vel in toto ad aliquem terminum per quatuordecim dies, si de prædicto Ricardo vel hæredibus suis petatur, liceat michi, hæredibus vel assignatis meis in prædicto messuagio cum pertinenciis distringere, et districciones retinere quousque de prædicto redditu duorum solidorum et arreragiis si quæ fuerint plenarie fuerit satisfactum, et nichilominus in prædictum messuagium cum suis pertinenciis intrare, et michi et hæredibus meis imperpetuum retinere. Et ego vero prædictus Rogerus et hæredes mei totum prædictum messuagium cum suis pertinenciis præfato Ricardo, hæredibus et assignatis suis in scema prædicta contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium tam sigillum meum quam sigillum dicti Ricardi partibus istius cartæ indentatæ alternatim sunt apposita. Hiis testibus, Johanne de Clother', Johanne de Shirwod, Roberto de Brunhous', Ricardo de Richem', Thoma de Ledes, et multis aliis. Dat. apud Rypon', die Lunæ in festo Beatorum Apostolorum Simonis et Judæ, Anno Domini Millesimo ccc^mo^ quinquagesimo nono.

Rent of 2s. per annum.

Power to distrain.

Witnesses.

Oct. 28.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed.—Ric. de Wakefeld. H. 46.

CLXXII. GRANT OF HOUSES, ETC., IN SHAROW.

(Ripon Chapter MS.)

Sciant præsentes et futuri quod ego Robertus filius Johannis de Sharrow, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni filio Ricardi de Pokthorpe de Gifford, et Aliciæ filiæ meæ, omnia tenementa mea, terras, et prata, in villa et in territorio de Sharrow; tenenda et habenda omnia tenementa, terras, et prata, cum suis pertinenciis, et omnibus libertatibus et asiamentis dictis tenementis qualitercumque spectantibus, prædictis Johanni et Aliciæ et hæredibus eorundem legitime procreatis, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta, libere, quiete, bene, et in pace. Et

A.D. 1379-80.

Rob. de Sharrow to Joh. de Pokthorp.

Reversion to heir in default of issue.

si contingat dictos Johannem et Aliciam sine hæredibus de corporibus eorundem legitime procreatis obiere (*sic*), quod absit, tunc omnia tenementa, terræ [1] et prata, cum suis pertinenciis et rectis hæredibus mei [2] Roberti Jonsone integre revertentur et remaneant imperpetuum. Et ego vero Robertus Jonsone et hæredes mei omnia prædicta tenementa, terras, et prata, cum suis pertinenciis et omnibus libertatibus et asiamentis dictis tenementis qualitercumque spectantibus, prædictis Johanni et Aliciæ et hæredibus eorundem legitime procreatis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ meæ sigillum meum apposui. Hiis testibus, Roberto Byndlose, Johanne de Sallay, Ada Hawward, Ricardo Stayneton, Johanne Ward clerico, et aliis.

Witnesses.

Mar. 9.

Dat. apud Sharrow, nono die mensis Marcii, Anno rengni (*sic*) regis Ricardi secundi a conquæstu Angliæ tercio.

Label remaining, but seal gone.

Endorsed, in later hand, Concess. Joh'is de Sharrow Joh'i fil. Ric'i de Pokthorpe de Gifford, 3 R. 2^{di}. H. 11.

(See No. CLXXXII.)

CLXXIII. GRANT OF LAND IN RIPON.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1391
John Memersmith to John de Dene and John de Beld.

Sciant præsentes et futuri, quod nos Johannes Memersmyth et Beatrix uxor mea dedimus, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus Johanni de Dene et Johanni de Beld de Rypon', capellanis, unum toftum cum suis pertinenciis in Rypon' sicut jacet in Annusgate inter mesuagium Hugonis Glouer ex una parte et mesuagium Willelmi Fallan ex altera parte, quod quidem toftum nuper habuimus ex dono et concessione domini Johannis Ward, militis. Habendum et tenendum prædictum toftum cum suis pertinenciis, præfatis Johanni et Johanni, hæredibus et assignatis suis, pro tota vita prædictorum Johannis Memersmyth et Beatricis uxoris suæ et eorum alterius diucius viventi, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero prædicti Johannes Memersmyth et Beatrix mea (*sic*) et hæredes nostri, prædictum toftum cum suis pertinenciis per totam vitam nostram et nostri alterius diucius viventis, præfatis Johanni et Johanni, hæredibus et assignatis suis, contra omnes gentes

(1) MS. has 'terras.' (2) MS. has 'meis.'

warantizabimus. In cujus rei testimonium huic præfatæ cartæ sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Willelmo de Ledes, Willelmo de Fencotes, Ricardo de Sunnyng, Johanne del Grene, Johanne de Bruton, et aliis. Dat. apud Rypon' in festo Sancti Thomæ Martiris et Archiepiscopi; Anno regni regis Ricardi secundi post conquæstum Angliæ quintodecimo.

Witnesses.

Dec. 29.

Two labels, one retaining a small seal with something like a circular buckle.

Endorsed, in later hand.—A grant of a cottage in Agnesgaite A. R. 2, 15°.

CLXXIV. QUITCLAIM OF A GARDEN, ETC., IN ANNSGATE.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1405.

J. and R. Warde to R. de Skelton.

Noverint universi per præsentes nos Johannem Warde et Rogerum Warde, filios Johannis Warde, militis, remisisse, relaxasse, et omnino pro nobis et hæredibus nostris quietumclamasse Ricardo de Skelton, totum jus nostrum et clameum quæ habemus, habuimus, seu aliquo modo in futurum habere poterimus in uno gardino cum suis pertinenciis, jacente in Annsgate inter cotagium quondam Hugonis Glouer ex parte una, et cotagium prædicti Ricardi ex parte altera, ita quod nec nos prædicti Johannes et Rogerus nec hæredes nostri, nec aliquis alius nomine nostro aliquod jus vel clameum in prædicto gardino cum suis pertinenciis de cætero exigere seu vendicare poterimus in futurum, set ab omni accione juris et clamei inde simus exclusi imperpetuum per præsentes. Et nos vero prædicti Johannes et Rogerus et hæredes nostri prædictum gardinum cum suis pertinenciis prædicto Ricardo, hæredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium præsentibus sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus; Willelmo de Fencotes, Ricardo de Stowe, Thoma de Balderby, Johanne de Heton', Willelmo de Trame', et aliis. Dat. apud Ripon', vicesimo sexto die mensis Marcii, Anno regni regis Henrici quarti sexto.

Annsgate.

Witnesses.

Mar. 26.

Two labels, one retaining a small red seal with a crowned I *between two* P's.

Endorsed, in later hands, a deed of land in Annisgayte. A deed of a cottage in Agnesgate, May 26, A.R. Hen. 4, 6°.

CLXXV. QUITCLAIM OF A GARDEN, ETC., NEAR THE LADY KIRK.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1409. Will. de Cawode and others to John de Dene and others.

Noverint universi per præsentes, nos magistrum Willelmum de Cawodde, canonicum ecclesiæ Colligiatæ Riponiæ, Robertum de Grene, et Thomam de Fulforde, remisisse, relaxasse, et omnino pro nobis et hæredibus nostris inperpetuum quietum clamasse domino Johanni de Dene, canonico ecclesiæ colligiatæ Riponiæ, Roberto de Doram, et Johanni de Redenes, capellanis, totum jus nostrum et clameum quæ unquam habuimus, habemus, seu quovismodo habere poterimus in uno gardino cum suis pertinenciis, jacente in quadam venella juxta le Laydykyrk in Riponia, inter præbendam de Geuendale ex una parte, et gardinum prædicti Johannis de Redenes ex altera parte: ita quod nec nos prædicti Willelmus, Robertus de Grene, et Thomas, nec hæredes nostri, nec aliquis alius nomine nostro, aliquod jus vel clameum in prædicto gardino cum suis pertinenciis de cætero exigere seu vendicare poterimus in futurum, set ab omni accione juris et clamei inde simus exclusi in perpetuum per præsentes. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto nostro sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus Willelmo de Fencotes, Roberto de Tanfeld, Willelmo de Tanfeld, Willelmo de Stowe, Thoma de Baldirby, et aliis. Dat. apud Ripon' die Marcuriæ prox. post festum Decollacionis Sancti Johannis Baptistæ, Anno regni regis Henrici quarti post conquæstum Angliæ decimo.

A vennel near the Lady kirk.

Witnesses.

Sept. 4.

Two small seals in green wax remain attached by labels; the central one torn away. One has a capital R, *the other an eagle devouring a heart-shaped object on which is a cross.*

Endorsed, B. 2.

CLXXVI. GRANT OF A TENEMENT, ETC., IN BONDGATE.

(Darnbrough MS. xlii.)

A.D. 1415. Rob. Asmonderby and others to Alan Ladyman.

Sciant præsentes et futuri quod nos Robertus Asmondirby, Robertus Harwod, Johannes Weston', capellani, et Willelmus Haggar, dedimus, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus Alano Ladyman, unum tenementum cum gardino adjacente in quo Johannes Walter inhabitat, jacentes juxta tenementum Johannis Ayleon' in Bondgate juxta Rypon', quod nuper habuimus ex dono Thomæ de Merkyngfeld; Tenendum et habendum prædictum tenementum cum omnibus suis per-

tinenciis prædicto Alano, hæredibus et assignatis suis, integre, libere, et quiete imperpetuum; Reddendo inde annuatim Thomæ de Merkyngfeld domino de Merkyngfeld, hæredibus et assignatis suis imperpetuum, duodecim denarios ad terminos Sancti Martini in hyeme et Pentecostes per æquales porciones pro omni servicio sæculari, exaccione, et demanda. Et nos prædictus Robertus, Robertus, Johannes, capellani, et Willelmus et hæredes nostri prædictum tenementum cum suis pertinenciis prædicto Alano, hæredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ nostræ sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Willelmo Maleore, Christofero Maleore, Willelmo de Nethele, Willelmo de Thanfeld, Johanne de Whixley, et aliis. Dat. apud Rypon' primo die mensis Junii, Anno regni regis Henrici quinti post conquæstum Angliæ tercio.

Rent of 12*d.* to the lord of Markenfield.

Witnesses.

June 1.

CLXXVII. GRANT OF A MESSUAGE, ETC., IN SHAROW.

(Ripon Chapter MS. See No. clxxii.)

Omnibus ad quos præsens pervenerit scriptum, Johannes de Pokethorp' de Disseforth, et Alicia uxor ejus, salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse Rogero Crome et Johanni Pygot, unum messuagium, quatuor toftas, (*et*) sexdecim acras terræ in villa et territorio de Scharowe juxta Ripon', cum omnibus suis pertinenciis. Habenda et tenenda omnia prædicta mesuagium, tofta, et terram, cum suis pertinenciis, eisdem Rogero et Johanni, hæredibus et assignatis suis imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia inde debita et de jure consueta. Et nos prædicti Johannes de Pokethorp' et Alicia et hæredes nostri, prædicta messuagium, toftas, et terram, cum omnibus suis pertinenciis, præfatis Rogero et Johanni, hæredibus et assignatis suis, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ nostræ sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Alexandro Nowyll, Ricardo de Gren', Johanne de Gren', Willelmo Stowe, Ricardo Stowe, et Willelmo de Clotherom, et aliis. Dat. apud Scharowe, vicesimo sexto die Aprilis, Anno regni regis Henrici quinti post conquæstum Angliæ septimo.

A.D. 1419.

John de Pokthorp to Roger Crome and John Pygot.

Witnesses.

Apr. 26.

Two labels: seals gone.

Endorsed, in later hand, A° Regni Regis Henrici quinti 7°

pro uno messugio 4[or] toftis et sexdecim acris terræ in Sharow. Joha. de Pookethorpe de Disforth Rogero Crome et Johanni Pigoto. —H. 10.

CLXXVIII. CONCORDIA SUPER STAGNO MOLENDINI DE NORTON.

(RIPON CHAPTER MS. B. 21.)

Since Roger de Conyers has made a milldam to the injury of the chapter and of Rob. Brown, their tenant,

Universis ad quos præsens scriptum pervenerit, humile capitulum Sancti Wilfridi de Ripon, salutem. Cum gravis mota controversia inter dominum Rogerum de Cogniers et Robertum Browne de Stainley super stagno molendini de Norton, quod est præfati Rogeri de Cognyers, prædicto Roberto Brun asserente stagnum prænotatum in ejus gravamen factum fuisse, et injuste in terra sua firmatum, cum medietas fluvii ad nos de quibus tenet terram suam et ad ipsum de jure pertineat, dicta controversia sub hac forma conquievit. Videlicet, quod sæpedictus Rogerus de Cogniers et hæredes sui dabunt annuatim ecclesiæ nostræ unum cereum de duabus libris ceræ in festo Sancti Wilfridi proximo post festum Sancti Michaelis pro stagno ibidem imperpetuum duraturo, et de hoc dictus Rogerus de Cogniers nobis fecit fidelitatem, et nihilominus concessit sæpedicto Roberto Brun multuram de hospitio suo quietam imperpetuum, et hæredibus suis, de se et hæredibus suis, et quod prædictus Robertus Broun et hæredes sui molent proximo post bladum quod fuerit inventum in tremula,[1] ni forte bladum dicti Rogeri de Cogniers et hæredum suorum fuerit ibi ad molendum. Et hæc se fideliter observaturos [2] sæpedicti Rogerus de Cogniers et Robertus Broun affirmaverunt. In cujus rei testimonium tam sigillum nostrum quam sigilla dictorum Rogeri et Roberti apposita sunt. Hiis testibus : Nigello, Gilberto, Huberto, Galfrido, Helia, Rogero, capellanis ; Nicholao de Huick, Rogero de Nunwick, M[ro] Mathæo, Ricardo Imbreviatore, et a(liis) pluribus.

he is to give yearly to the church a wax candle of 2 lb.,

and to Rob. Brown free grinding from his house, and first turn after himself.

CLXXIX. CONCORDIA INTER TENENTES DE RIPON ET TENENTES DE BONDGATE ET ASMONDERBY.

(RIPON CHAPTER MS. B. 21.)

A.D. 1461.

Agreement as above.

Hæc concordia indentata, facta inter homines et tenentes de Ripon ex una parte, et homines et tenentes de Asmonderby et Bondgate juxta Ripon ex altera parte, per Johannem Danby et Willelmum Walworth, armigeros, commissionarios ex parte

(1) The hopper. (2) MS. has *observanda.*

domini Thomæ, Archiepiscopi Ebor. ex una parte, et Christophorum Kendall, capellanum, Subthesaurarium Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Wilfridi de Ripon', et Johannem Parcivall, Ballivum fèodi canonicorum, commissionarios ex parte Thomæ Markenfeld, militis, ex altera parte, testatur quod ordinatum et concordatum est consensu nostro, quod homines et tenentes de Asmonderby et Bondgate habeant annuatim, liberum ingressum et egressum cum omnibus bonis et catallis suis, cujuscunque generis sive speciei fuerint, in omnibus campis, pratis, et pasturis de Ripon prædicta ex parte australi aquæ de Skell, habendum et tenendum sibi in tempore ibidem solito et usitato sine impetitione[1] vel aliqua molestatione, sicut hactenus rationabiliter consuetum fuit. Reddendo inde annuatim plebiscito de Ripon, pro tempore existente, ad festum Sancti Martini in hyeme, quinque solidos, et magistro hospitalis Sancti Johannis in Bondgate ad idem festum, quinque solidos, per ipsum disponendos ad meliorem sustentationem pauperum sororum ibidem commorantium. Et, ulterius, solvendum communi imparcario ibidem, unum denarium totiens quotiens transgressi fuerint[2] contra antiquas pœnas prius positas. Et si contingat dictos homines et tenentes de Asmonderby et Bondegate in aliquo deficere, tunc hæc concordia sit vacua, et pro nullo[3] habeatur. In cujus rei testimonium, uni parti hujus concordiæ indentatæ penes dictum Thomam Markenfeld, militem, et tenentes suos in Aismonderby et Bondgate remanenti, nos præfati Johannes Danby et Willelmus Walworthe, armigeri, sigilla nostra præsentibus apposuimus. Alteri vero parti, penes dictum Thomam, Archiepiscopum Ebor. et tenentes suos de Ripon remanenti, dicti nos Christoferus Kendall et Johannes Parcivall sigilla nostra apponi fecimus.

Asmonderby and Bondgate to have common-right, etc., south of Skell,

paying to the town of Ripon 5*s.* and to the Master of St. John's hospital 5*s.* annually.

Dat. in capella Sancti Johannis in Bondgate, primo die mensis Novembris, anno regni Regis Edwardi quarti post conquæstum Angliæ primo. Hiis testibus: Johanne Walworth, forestario liberæ chaceæ de Thornton et Nitherdale, et Coronatore ibidem, Johanne Walworth juniori, et Ricardo Midleton de Westwick, cum multis aliis in præsentia existentibus.[4]

Witnesses.

CLXXX. GRANT OF NUNWICK THORNS.

(DURHAM TREASURY, 3ª 1æ *Sacristæ*, *No.* 3, 5437.)

Notum sit omnibus præsentibus et futuris Rodbertum de Nunewic dedisse Beato Cuthberto terram illam quæ dicitur

Rob. de Nunwick to Durham Abbey.

(1) MS. has *imperatione.* (2) MS. has *fuerunt.* (3) MS. has *nulla.*
(4) This and the preceding document are from a century transcript.

Nunewichethornes, liberam et quietam ab omni servitio et exactione, salvo jure Beati Wilfridi et consuetudinum suarum libertate. Hujus dationis testimonium peribet Capitulum Sancti Wilfridi.

Seal of Chapter of Ripon as in frontispiece of Act-book, in uncoloured wax, attached by a label.

Endorsed, C(*arta*) Rob. de Nunwic pro terra de Nunwyk thorns quæ data erat ab ipso Beato Cuthberto et monachis ejusdem.—3ª 1æ Sacrist. C. 1.

CLXXXI. EXCHANGE OF NUNWICK MILL FOR NUNWICK THORNS.

(DURHAM TREASURY, 3ª 1æ *Sacristæ, No.* 1, 5480.*)

Ralph de Nunwick and Durham Abbey.

Radulfus de Nunnewic, omnibus videntibus vel audientibus has litteras, salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse Deo et Sancto Cuthberto et monachis in Dunelmo eidem Sancto servientibus, molendinum de Nunnewic, in puram et liberam et perpetuam elemosinam possidendum, pro excambio unius carrucatæ terræ quæ vocatur Nunnewichethornes quam ex donacione patris mei prædicti monachi prius habuerant. Hiis testibus, Simone Camerario, Magistro Ricardo, Petro clerico de Dunelmo, Radulfo Haget, Willelmo de Kettun, Willelmo de Greneberne, Bernardo de Ripun, Roberto de Ripun, Adam de Walesende, Marmeduc, Gaufrido de Kettun, et aliis multis.

Witnesses.

Label for a seal, which is lost.

Endorsed, Rad. de Nunnew. de Molino ejusdem villæ, Sancto Cuthberto et ejusdem monachis dato. 3ª 1æ Sacristæ. C. 1.

CLXXXII. TESTIMONY OF CHAPTER OF RIPON.

(DURHAM TREASURY, 3ᶜⁱᵃ 1ᵐᵃᵉ *Sacristæ, No.* 5, 5563.)

Ralph de Nunwick has exchanged Nunwick Mill for Nunwick Thorns.

Capitulum Sancti Wilfridi de Ripun, omnibus videntibus vel audientibus has literas, salutem. Sciatis nos communi assensu testimonium perhibere, quod Radulfus de Nunnewic dedit Deo et Sancto Cuthberto de Dunelmo, molendinum de Nunnewic, in puram et liberam et perpetuam elemosinam possidendum, pro excambio unius carrucatæ terræ quæ dicitur Nunnewichethornes, quam pater suus prædictis monachis donaverat. Idem vero Radulfus hæredem suum hanc donationem concedere fecit. Capitulum vero Sancti Cuthberti de Dunelmo concessit eidem Radulfo, et suis hæredibus ipsum molendinum, tenendum de capitulo prænominato jure hæreditario, annuatim reddendo viij solidos ad festum Sancti Cuthberti in Septembre.

His heir has consented.

Durham Abbey to receive 8*s.* rent.

Fine seal of Ripon Chapter, as above.

Endorsed, T(*estimonium*) capituli de Ripun de Nunnewich. 3ª 1ª Sacristæ. D. 1.

CLXXXIII. CONFIRMATION OF FORMER GRANTS, AND OBLIGATION TO PAYMENT OF 8*s.*

(DURHAM TREASURY, 3ª 1æ *Sacristæ, No.* 7, 5481.)

Omnibus has literas visuris vel audituris. Rogerus de Nunwyc, salutem. Noveritis me omnes cartas quas antecessores mei Deo et Sancto Cudberto et monachis in Dunelmio eidem Sancto servientibus concesserunt, confirmasse. Obligo et me et hæredes meos imperpetuum de solvendo Sacristæ Dunelm. qui pro tempore fuerit, octo sol. ad festum Sancti Cudberti in Septembri, secundum monumenta quæ exinde habent dicti monachi. In hujus rei testimonium sigillum meum præsenti scripto apposui. Hiis testibus, domino Thoma de Hablyn, domino Ricardo le Chaunceler, Rogero de Waltham, Galfrido de Northamptona, magistro Johanne de Burntona, magistro Willelmo de Massam, Willelmo de Hyltona, Petro de Halywell capellano domini Prioris Dunelmiæ, et multis aliis.

Roger de Nunwyc confirms former grants.

To pay 8*s.* a year to the Sacrist of Durham.

Witnesses.

Small oval seal in white wax; a bird flying: S. ROGERI DE NVNEVIC.

Endorsed.—Confir. Rogeri Nunwyk de cartis suorum prædecessorum, et obligacio ejus de viij solidis sacristæ persolvendis.

Literæ octo solidorum in Nunwik. 3ª 1æ Sacr. O. 1.

CLXXXIV. OBLIGATION TO PAYMENT OF 8*s.*

(DURHAM TREASURY, 3ª 1æ *Sacristæ, No.* 16, 5482.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Robertus filius Rogeri de Nonewyk, salutem in Domino. Noverit universitas vestra me teneri Deo et Sancto Cuthberto, Priori et ejus successoribus, et monachis Dunelm. ibidem Deo servientibus, in octo solid. sterlingorum tantummodo annuatim Sacristæ Dunelm. qui pro tempore fuerit solvend. de quodam molendino quod de eis teneo et tenere clamo in villa de Nonewyk, videlicet ad festum Sancti Cuthberti in Septembri; ad quam quidem solucionem fideliter faciendam singulis annis termino præscripto obligo me et hæredes meos, et prædictum molendinum, in quorumcunque manibus devenerit, districcioni prædictorum Prioris et Sacristæ in perpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. His

Rob. fil. Rogeri de Nonewik to Durham Abbey.

Witnesses. testibus; domino Roberto de Coyners, domino Thoma de Burton, Willelmo Warde, Willelmo de Cloþerum, Waltero de Nonewicthornis, Roberto Bindelowys, et multis aliis.

Small circular seal in uncoloured wax: on a heater-shaped shield an eagle displayed. Insc. illegible.

Endorsed, Obligacio pro viij solidis sacristæ Dunelm. persolvendis de molendino de Nonewick. 3ª 1æ Sacrist. V. 1.

XII. MISCELLANEOUS DOCUMENTS.

CLXXXV. LITERA TESTIMONIALIS TANGENS ECCLESIAM BEATI WILFRIDI DE RYPON.

(Liber Albus Suthwellensis, p. 137.)

The Chapter of Ripon send a letter of recommendation.

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint, Capitulum Sancti Wilfridi de Rypon', salutem in Domino. Noveritis ab Adestano rege et successoribus suis regibus Angliæ imposterum concessum fuisse et confirmatum, et a pontificibus Romanæ Ecclesiæ corroboratum Deo et Sancto Wilfrido de Rypon' et omnibus legiis hominibus suis liberas consuetudines et regales infra leucam circa villam de Rypon', et quod nominatim ire debent per totam Angliam in qualibet negociacione sua sive per aquam sive per terram liberi et quieti ab omni paagio quod vocatur *thur tol.*[1] Ut autem homines Beati Wilfridi benignius et cum majori veneracione et sine omni vexacione sui vel catallorum suorum a vobis suscipiantur, scire vos volumus statutum esse in ecclesia nostra imperpetuum singulis diebus tres missas celebrari, scilicet unam missam pro salute vivorum, et duas missas pro refrigerio defunctorum omnium qui liberas ecclesiæ consuetudines et homines Beati Wilfridi manutenuerint, et aliqua beneficia ecclesiæ nostræ largiti fuerint. Hinc est quod fraternitatem vestram obsecramus et in Christo rogamus quatinus j clericum, ligium hominem Beati Wilfridi, et nutritum ecclesiæ nostræ, ob reverenciam Beati Wilfridi, in remissionem omnium peccatorum vestrorum, benigne suscipiatis in negociis suis expediendis, et in nullo vexari permittatis. Si quis autem

(1) i.e. 'through-toll.'

contra ecclesiæ nostræ statuta eundem clericum injuste vexare præsumpserit, vel aliquem ligiorum hominum Beati Wilfridi, sciat se involvi sentencia Romanorum Pontificum a tempore regis Aldestani data, et ter in anno in ecclesia nostra renovata. Valete in Domino.

CLXXXVI. PROVISION FOR THE DEBTS OF A DECEASED CANON.

(DARNBROUGH MS. iii.)

A.D. 1114–1140. Archbishop Thurstan to his successors.

Turstinus, Dei gracia Eboracensis Archiepiscopus, successoribus suis substituendis in perpetuum. Solet plerumque contingere, quod clerici, sicut et cæteri homines, pro aliqua necessitate vel humana fragilitate aliquibus debitis et delictis obligati de mundo transeunt. Considerantes igitur humanitatis et caritatis esse officium utrique impedimento aliquod præbere suffragium et remedium, statuimus in ecclesia Beati Petri,[1] et perpetuo jure tenendum firmamus quod, defuncto canonico, redditus præbendæ illius sequenti anno pro anima ejus, et quod,[2] si quid debebat persolvendum, distribuantur, totum quidem secundum capituli consilium et disposicionem. Id quoque in cæteris ecclesiis nostris Sancti Johannis de Beverlaco, Sancti Wilfridi de Ripun, Sanctæ Mariæ de Sutwella, Sancti Oswaldi de Gloecestra[3] præsentium attestatione firmum esse concedimus. Si quis vero hoc violare præsumpserit, judicet inde Deus secundum justitiam et bonitatem Suam, Amen.

A year's rent to be reserved.

CLXXXVII. GRANT FOR A LAMP AT MATINS ONLY.

(DARNBROUGH MS. vi.)

Adam Cuts promises a lamp

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Adam Cuts, clericus, præsentis chartæ attestacione et confirmacione promisi quod imperpetuum inveniam unam lampadem ardentem ad matutinas tantum in ecclesia Rippon', scilicet ante altare Sanctæ Trinitatis, pro anima Willielmi de Orlyen' canonici, et mea. Et ad hoc inveniendum, obligavi terram per sepes quam

for the soul of W. de Orleans and his own.

(1) Sc. Ebor. (2) MS. has 'et *ad* si,' etc.

(3) The Priory of Austin Canons, to which the relics of St. Oswald, the King of Northumbria and martyr, had been removed from Bardney. It was granted by William Rufus to the Archbishops of York, together with Selby Abbey, in lieu of claims to jurisdiction in the bishopric of Lincoln, and in consideration of a large sum of money paid to the King by the bishop elect of Lincoln.—See *Fasti Ebor.* 151, and the authorities there cited.

Willielmus de Orlyen junior michi dedit a me et assignatis meis qui prædictam terram tenebant, salvo domino Archiepiscopo servicio suo. Hiis testibus, magistris G. de Larder, Laurencio, Canonicis; Ranulfo, Roberto filio Gaufridi, Roberto Sartys, Capellanis.

Witnesses.

CLXXXVIII. LITERA CAPITULI RYPON' FACTA CAPITULO SUTHWELL PRO MUTUA CELEBRACIONE EXEQUIARUM.

(Liber Alb. Suthw. p. 136.)

A.D. 1239. The Chapter of Ripon to the Chapter of Southwell.

Viris venerabilibus et amicis in Christo dilectissimis Capitulo Suwell, humile Capitulum Beati Wilfridi de Rypon', salutem æternam in Domino. Cum misero data sit lux ut sibi possit providere ne corruat, ad hoc eciam valet si labatur ut resurgat. Ideo, Domino misericorditer dispensando, quem prædestinavit lumine Suæ claritatis illustrat, ut statum suum si ceciderit consideret, et non solum ad justiciam quam amisit anhelet,[1] verum eciam ut in ea perseveret, omni circumspeccione meritis intendat. Cum igitur ad hæc facilius consequenda specialiter valeant mutuarum oracionum devota suffragia et alterna beneficia, sæpe contingit ut quod possibilitas propria non optinet, aliorum intercessione donetur. Hinc est quod vestram caritatem attendentes, et quod pie postulatis vobis benigne concedimus, et ut idem nobis faciatis devote postulamus. Scilicet ut alterna sint ecclesiarum nostrarum imposterum beneficia, et maxime ut, scita alicujus canonicorum morte, quam cito se ingesserit oportunitas, plene fiat pro eo servicium in choro, dies obitus ejus scribatur in martilegio, et singulis annis anno revoluto cum Placebo et Dirige et Commendacione animæ et Missa in choro celebretur. Simili modo et fiat semel in anno, die ad hoc specialiter assignato, pro animabus vicariorum et aliorum clericorum Deo et Beatæ Mariæ de Suwell et Beato Wilfrido de Rypona ministrancium. Quod quidem necesse est ut tanto arcius custodiamus, quanto magis cujus res prius in judicium deduci debeat ignoratur. Ne igitur hoc tantum beneficium tanta caritate concessum communi assensu provisum posteritate temporum necligencia vel ignorancia frustrari vel tradi possit oblivioni, quod ore et mente vobis concedimus præsenti scripto, sigilli nostri apposicione roborato, quantum in nobis est, confirmamus. Actum Anno graciæ M° cc° xxxix°, in festo Michaelis. Valete semper in Domino.

Provision for obits of canons.

(1) MS. has 'hanelet.'

CLXXXIX. OBLIGATION TO REPAY A LOAN OF FIFTY MARKS.

(Durham Treasury, 4089.)

Universis præsentes literas inspecturis, Adam de Pinkeni, canonicus Ripon', salutem. Noveritis me ex causa mutui michi facti teneri domino Thomæ de Karleolo, burgensi ac Majori Novi Castri super Tynam, in quinquaginta marcis sterlingorum michi plene et integre numeratorum. Ad quas quidem quinquaginta marcas, sibi vel suo certo attornato seu procuratori fideliter et absque ulla cavillacione solvendas apud Dunelm. in festo Purificacionis Beatæ Virginis Anni Domini Millesimi ducentesimi septuagesimi, obligo me et omnia bona mea mobilia et inmobilia ubicumque fuerint inventa, subjiciendo me in hac parte jurisdiccioni ac cohercioni cujuscumque judicis ecclesiastici quem dictus dominus Thomas elegerit, ut possit me, juris ordine non observato, ad tocius dictæ pecuniæ solucionem quacumque censura seu cohercione compellere, renuncians in præmissis omni excepcioni, dilacioni, cavillacioni, et præcipue non numeratæ pecuniæ nominatim et expresse, regiæ prohibicioni, excepcioni doli, fori privilegio, omnibus literis inpetratis ac inpetrandis, et omni juris remedio quod michi prodesse, sibi vero obesse poterit in hac parte. Et ad majorem præmissorum securitatem eidem fidejussores inveni, dominum Henricum Spryng, militem, et Willelmum Gretheuidd, qui se, suos hæredes, executores, et omnia bona sua dicto domino Thomæ in forma prælibata una mecum penitus obligarunt, et in forma consimili omni remedio sibi competituro renunciarunt. In cujus rei testimonium dicti fidejussores sigilla sua una cum sigillo meo præsentibus apposuerunt. Actum in festo Sancti Johannis Baptistæ, anno supradicto.[1]

A.D. 1270. Adam de Pinkeni, canon of Ripon, to Tho. de Karleolo, mayor of Newcastle,

Candlemas, A.D. 1270.

All excuse renounced.

Two sureties.

Midsummer, A.D. 1270.

The lower margin cut into four strips: the uppermost serving to tie up the document; the second has a small oval seal in uncoloured wax with figures of St. Wilfrid and St. Peter in niches, and a kneeling figure below; S · ADE · DE · PINCONIG· . . . .; *the third, a small circular seal in green wax with a knight on horseback, holding up a sword;* + SIGILLVM. HENRIC . . . . . TVN; *the fourth, an Agnus Dei on a small circular seal of uncoloured wax;* + S. WILLELMI . . . GRETHEVD.

(1) From this time to Candlemas in the same *ecclesiastical* year would be a little over nine months.

CXC. ARCHBISHOP'S LETTER FOR RAISING A CAVALRY FORCE.

(Ripon Chapter MS.)

A.D. 1298. Archbishop Henry de Newark.

Henricus, permissione Divina Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, dilectis in Christo filiis, capitulo nostro Ripon', salutem, graciam, et benediccionem. Cum nuper, habito tractatu cum clero nostro in manerio nostro de Thorp', die Mercurii infra octabas Beati Andreæ Apostoli, super adjutorio pro defensione et salvacione ecclesiarum et bonorum ecclesiasticorum nostræ civitatis, diœceseos, et provinciæ, contra inimicorum regis invasionem et sæviciam faciendo, ingruente necessitate provisum extiterit et consensum quod sub condicionibus certis et modis, quinquies viginti equi cooperti apud Novum Castrum super Tyne infra duodecim dies postquam per dominum nostrum regem vel dominum Willelmum le Latimer patrem, ipsius ad id locum-tenentem, super hoc præmuniti fuerint, ejusdem cleri sumptibus mitterentur, ac, facta computacione in vestri et procuratoris ipsius cleri præsencia, apud Ebor. coram clericis nostris ad id . . .[1] ad ccc iiij^{xx} xv marcas taxaccionem ultimam se extendit compertum fuerit quod . . . .[2] inservit in adjutorium expensarum Archid. Richmund. pro porcione ipsas iiij^{xx} et xv marcas, contingente, invenire debetis, ccc^{tis} marcis pro equo hujusmodi assignatis, vobis firmiter injungendo mandamus quatinus de dicto equo curetis pro vobis omnibus celeriter providere, ita quod infra xij dies esse valeat apud Novum Castrum, cum super hoc præmuniti fueritis, ut superius est expressum. Et porcionem contingentem summam quæ restat superius annotatam levari sine cujuslibet moræ dispendio faciatis. In execucione præmissorum taliter vos habentes, quod de inobediencia, quam inpunitam relinquere nolumus, redargui non possitis, proviso quod super hiis nobis vel officiali nostro reddatis compotum cum fueritis requisiti. In quo vobis faciemus expensas racionabiles allocari. Valete. Dat. apud Cawod ij Idus Decembr., pontificatus nostri anno primo.[3]

Five score of horses to be at Newcastle within 12 days.

Dec. 12.

(1) Some eight or ten words destroyed here.

(2) Three or four words gone.

(3) Dec. 12, 1298. Edw. I. had taken Berwick Mar. 30th in the same year, and Balliol had surrendered himself in July. But Scotland was not conquered, hence the constant precautions against invasion. For the many services rendered by Abp. Newark to Edw. I., and the King's writing to the Pope begging him to give his friend the pall, see Raine's *Fasti*. For other documents relating to these Scotch wars, see 'Excerpts,' above, pp. 78–80, and the extracts from Archbishops' Registers to be given in vol. ii.

Remains of seal of red wax showing a flowing chasuble and pall, still attached to a slip of the parchment.
Endorsement . . . . ingruente . . . A. 36.

CXCI. LITERA MONITORIA.
(Liber Alb. Suthw. p. 123.)

Thomas, Dei gracia Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, dilectis in Christo filiis Capitulo nostro Suwell vel suum locum tenenti, salutem, graciam, et benediccionem. Moneatis et efficaciter inducatis M. Johannem de Ebroic' canonicum vestrum, quod dilectis filiis canonicis nostris Ripon' de tribus marcis et dimidio, in quibus pro arrerag' decimæ ad fabricam ecclesiæ Ripon' racione [1] præbendæ quam nuper in eadem optinuit [2] assignatæ tenetur, et de centum solidis eciam eidem capitulo racione cujusdam vestimenti a dicta ecclesia asportati per eum debitis sicut dicunt, et de una capa in qua eidem ecclesiæ juxta consuetudinem ejusdem tenetur, infra mensem a die monicionis hujusmodi sibi factæ satisfaciat competenter. Ad quod eum, racione prævia,[3] per censuram ecclesiasticam canonice compellatis, nisi aliquid canonicum seu racionabile pro se proposuerit coram vobis quare compelli non debeat ad præmissa. Super quo, et de die eciam recepcionis præsencium, et quicquam feceritis in hac parte, extunc per vestras literas harum continentes tenorem, distincte et aperte studeatis reddere certiores, ut nos quod justiciæ convenire viderimus ulterius, si opus fuerit, in præfato negocio faciamus. Valete. Dat. apud Munketon iij Non. Octobr. pontificatus nostri anno secundo.

A.D. 1301. Archbishop Corbridge to the Chapter of Southwell concerning John of Evreux, late canon of Ripon.

Monkton, Oct. 5.

CXCII. CARTA DE DIMISSIONE CULTURÆ DE BLAKEMANTOFTES CUM PASTURA DEL STRANDES IN TERRITORIO DE RIPON'.

(Reg. Corbridge, fo. 95 v. Ballivæ Archiepiscopatus.)

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Thomas, Dei gracia Ebor. Archiepiscopus, Angliæ Primas, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et ad terminum viginti annorum dimisisse domino Roberto de Nunnewik et hæredibus suis, totam culturam nostram, cum omnibus pertinenciis suis, in territorio de Ripon', quæ vocatur Blakeman-

A.D. 1303. Abp. Corbridge to Rob. de Nunwick.

(1) Copied 'accione.' The original cannot at present be consulted.

(2) He had lately resigned his stall at Ripon in July, 1297. Newark Reg. fo. 1.

(3) Reason being tried in the first instance. Copied 'prima,' perhaps 'priuia' for 'prævia.'

pottes (*sic*) sine aliquo retenemento ejusdem culturæ, una cum tota pastura adjacente, quæ vocatur le Strandes usque ad aquam de Yore in seperalitate. Concessimus autem eidem domino Roberto et hæredibus suis usque ad finem viginti annorum supradictorum, totam communam pasturæ pro animalibus suis pascendis ad voluntatem suam ex altera parte aquæ de Yore, incipiente a cultura nostra de Peniggescroft in longitudine usque ad exitum pasturæ ejusdem Roberti de Dippingholm,[1] et in latitudine a parco nostro usque ad aquam de Yore ubique; Ita quod nec nos nec successores nostri nec aliquis nomine nostro in erbagio dictæ pasturæ communicare poterimus. Salvo nobis tantum et successoribus nostris bosco in tota illa pastura crescenti. Tenendum et habendum eidem domino Roberto et hæredibus suis, libere, quiete, et pacifice, de nobis et successoribus nostris, usque ad terminum supradictum, in seperabilitate. Ita quod non liceat nobis, nec successoribus nostris infra terminum prædictum, cum averiis nostris seu alienis, ibidem communicare. Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris, ad scaccariam nostram de Ripon', quatuor libr. et duodecim denar. sterling, ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad Pentecosten, et aliam medietatem ad festum Sancti Martini in yeme, pro omni servicio sæculari, exaccione, et demanda. Nos vero dictus Thomas et successores nostri totam prædictam culturam, una cum pastura prædicta, ex utraque parte aquæ de Yore, dicto domino Roberto et hæredibus suis usque ad finem termini supradicti, contra omnes acquietabimus et defendemus. In cujus rei testimonium parti hujus scripti cirograffati penes præfatum dominum Robertum residenti sigillum nostrum est appensum. Hiis testibus, dominis Simone le Ward, et Roberto le Cuniers, militibus; Henrico de Eyvile, Johanne de Munketon', Nicholao de Dal, et aliis. Dat. apud Otteley, die Martis in septimana Penthecostes, anno regni regis Edwardi xxxj^{mo}.

Rent of 4l. and 12d. a year.

Witnesses.

Et fuit hoc scriptum cirograffatum, cujus altera pars residet penes dominum sub sigillo dicti militis.

CXCIII. LEASE OF TITHES OF NIDD TO THE VICAR.

(Ripon Chapter MS.)

A B C D E F G H I.

A.D. 1384. Chapter to

Hæc indentura testatur quod Capitulum ecclesiæ collegiatæ Rypon' concessit et ad firmam dimisit Johanni Cortis, vicario de

(1) Called Rob. de Nunnewik above.

Nidd,[1] decimam garbarum et fœni de Nidd, pertinentibus ad communiam canonicorum ecclesiæ prædictæ Rypon', a die confeccionis præsencium usque ad terminum sex annorum, prædicto capitulo vel ejus certo attornato partem hujus indenturæ ostendenti apud Rypon', quatuor libr. tresdecim solid. et quatuor denar. arg. in festo Invencionis Sanctæ Crucis, et Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ (*post datam præsencium prox. futuris* [2]) per æquales porciones, sine aliqua dilacione ulteriori. Præfatus insuper dominus Johannes vult et concedit per præsentes, quod si contingat ipsum vicariam de Nidd permutare, vel alio quocumque modo dimittere, quod tunc bene liceat dicto capitulo de prædicta decima garbarum et fœni libere diffinire et ordinare, præsenti dimissione in aliquo non obstante. Et prædictum capitulum prædictam decimam garbarum et fœni præfato Johanni modo et forma supradictis usque ad terminum prædictorum sex annorum contra omnes gentes warantizabit et defendet. In cujus rei testimonium sigilla parcium (*prædictarum* [2]) hiis indenturis alternatim sunt apposita. Dat. apud Rypon' duodecimo die mensis Maii, Anno Domini Millesimo ccc^mo octagesimo quarto. Vicar of Nidd. May 12.

Two slips, but seals gone.

Endorsed.—Indentura J. Cort' de dec. garb. et fœni de Nidd. B. 69.

CXCIV. LEASE OF TITHES OF NIDD TO THE VICAR.

(Ripon Chapter MS.)

A B C, etc., to O.

Hæc indentura testatur quod capitulum *etc.* A.D. 1390.

(Lease of tithes of Nidd to John Cortis in the same form, on the same terms, and for the same period, as that of 1384, q. v.)

Dat. apud Rypon' sexto die Maii, Anno Domini Millesimo ccc^mo nonogesimo. May 6.

(1) The Chapel of Nidd was confirmed to the Chapter of Ripon A.D. 1178. Ripon Chapter MS. H. 38, a seventeenth century paper book containing copies of, and references to, a number of documents, many of which are now lost. The reference to Nidd is as follows:—'Wheras ther was controversie betwixt the Chapter of St. Wilfrid of Ripon and Walter Nevyll, clerke, about the chappell of Nidd, by authoritie from the Pope it was awarded with the consent of the Archbishop of Yorke in whose diocess the said chappell ys sited, that the said Walter shall houlde it of the said chapiter under the rent of xs. in 1178°, and the said Walter was to houlde the same under their investiture.'

(2) Interlined.

Two slips, one retaining a small circular seal with a shield bearing, over a lion rampant, a bendlet. Insc. S. RICARDI : HE . . . VD . . (?)

Endorsed. Dec. de Nidd. B. 68.

CXCV. THE POPE'S LETTER FOR THE JUBILEE OF 1454.

(RIPON CHAPTER MS.)

A.D. 1454. Certificate of the Commissaries.

ROBERTUS BOTYLL, Prior Prioratus Sancti Johannis Jerusalimitani in Anglia, ac JOHANNES LANGSTROTHYR urbis Rodhi Castellanus, venerabilibus viris (*half a line left blank*) SALUTEM et sinceram in Domino caritatem. Literas sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicholai, divina providencia Papæ quinti, sanas, integras, non viciatas, nec in aliqua sui parte suspectas, cum cordula canapis[1] Romanæ curiæ more plumbatas nuper accepimus, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hæc verba :—

The letter of Nicholas V. to the Commissaries.

NICHOLAUS (episcopus), (*interlined*) servus servorum Dei, dilectis filiis ROBERTO BOTYLL, Priori Prioratus Angliæ, ordinis Sancti Johannis Jerusalimitani, ac JOHANNES LANGSTROTHYR, Castellano urbis Rhodi, salutem et apostolicam benediccionem. Ad providam vestræ circumspeccionis industriam, expertamque probitatis et fidelitatis sinceritatem, quibus personas vestras, tam fidedignis relatibus quam rerum experiencia clarere percepimus, dirigentes vestræ consideracionis intuitum, talia vobis confidenter committimus exequenda, in quorum execucione vos nobis et Apostolicæ Sedi obsequiosos ac religioni Sancti Johannis Jerosolomitani fructuosos reddere valeatis. Nuper siquidem in favorem dilectorum filiorum magistri hospitalis Jerusalimitani et conventus Rhodi quo sese, paterno Apostolicæ Sedis accedente suffragio, pariter et religionem prædictam, ab acerrimis et crudelissimis hostium et inimicorum Christiani nominis insultibus, et periculis plus solito ingruentibus, facilius tueantur, et de magnitudine contractorum debitorum propter guerras eis ab infidelibus hujusmodi dudum illatas valeant liberare, aliisque illis incumbentibus oneribus comodius supportandis, carissimo in Christo filio nostro Henrico rege Angliæ illustri superinde nobis devote supplicante, quasdam in regno Angliæ, principatu Walliæ, et dominio Hiberniæ, necnon insularibus et aliis locis ei

Henry VI. has asked for indulgences for England, etc.

(1) For *cannabis.* Ducange quotes a statute which mentions the use of a cord of hemp (*canapis*) for papal bulls.

subjectis, anni Jubilei indulgencias omnibus et singulis Christifidelibus in dictis locis existentibus, seu ad ecclesias in eisdem deputandas, sese a prima Dominica Quinquagesimæ Anni Domini proxime futuri usque ad octavas Resurreccionis Dominicæ ejusdem anni reperientibus aut declinantibus, ipsas ecclesias certis in ipsis literis assignatis diebus visitantibus, quibusdam ex personis hujusmodi tunc expressis, id quod eis et eorum consciencies dignum ac salubre videbitur, aliis vero quartam partem ejus quantitatis quam inveniendo ad hanc almam urbem stando offerendo et redeundo verisimiliter fecissent in capsa ordinanda ad opus et comodum dictæ religionis offerentibus et deponentibus, omnes illas indulgencias per summos Pontifices omnibus Christifidelibus, basilicas Sanctorum Petri et Pauli, ac Lateranensis, et Beatæ Mariæ Majoris in Urbe ecclesias anno Jubilei visitantibus, concessas et per nos innovatas, consequerentur et haberent perinde ac si hoc proximo elapso anno Jubileo ad dictam urbem accessissent, et basilicas ac ecclesias Urbis hujusmodi personaliter visitassent, apostolica auctoritate ac de Omnipotentis Dei misericordia devotissime confidentes pie concessimus, volentes inter cætera et eciam ordinantes, quod in qualibet ecclesiarum a præmissis visitandarum, una capsa pro recondendis pecuniis hujusmodi deputaretur in qua tres claves existerent, quarum unam vos dilecti filii Prior et Castellane prædicti seu per vos aut vestrum alterum deputati; reliquam vero venerabiles fratres nostri Metropolitani aut locorum Episcopi vel eorum vicarii in spiritualibus generales aut per eos substituti, terciam sacristæ aut rectores fabricæ ecclesiarum prædictarum teneant et conservent, prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur. Volentes igitur ut ipsa pia suffragia in dictam subvencionem cercius et fidelius convertantur, attento maxime quod superiori tempore diversas de redditibus dictæ religionis minus forte consulte expositis et consumptis querelas accepimus, vobis, de quorum fide et circumspeccione fiduciam in Domino maximam obtinemus, auctoritate Apostolica præsencium tenore injungimus, committimus, et mandamus, quatinus capsam ipsam in præfatorum claves gerencium præsencia, quociens vobis aut vestrum alteri seu per vos deputatis videbitur, aperiatis seu aperiri faciatis, ac, ipsis præsentibus, omnes et singulis inibi reconditas pecunias hujusmodi numeretis, et, retentis per vos seu deputatos vestros vice qualibet pecuniis ad opus execucionis ipsarum indulgenciarum, tam pro decenti salario quam aliis racionabilibus expensis oportunis, reliquam

Indulgences granted to those visiting the basilicas of SS. Peter and Paul, the Lateran, and St. Mary Major in Rome, may be obtained by sending money.

Chests with three locks.

Disposal of the money.

quantitatis partem in capsa repertam[1] transacto tempore prædicto, convocatis claves-gerentibus prædictis, et numeratis pecuniis et oblacionibus hujusmodi apodissis,[2] super singulis summis in singulis capsis repertis, manibus eorundem claves-gerencium subscriptis aut subsignatis, oblaciones et pecuniæ prædictæ ad manus vestras integraliter, (realiter *interlined*) et cum effectu recipiantur, in usus religionis hujusmodi convertendæ; super quibus omnibus et singulis ac aliis in prænarratis literis contentis; necnon eciam loco vestrum alios cum omnimoda vobis concessa facultate et potestate, quociens oportunum vobis videbitur constituendi et loco vestrum aut alterius ex vobis cum simili aut limitata potestate deputandi, ipsisque sic deputatis alios juxta formam et facultatem eis a vobis commissam eciam quandocumque substituendi, omniaque alia et singula circa totalem effectum et execucionem, tam prædictarum quam præsencium, et quarumcumque eciam aliarum literarum nostrarum quæ circa præmissa emanaverint seu in futurum forsitan emanabunt necessaria et oportuna, juxta eorum continencias et tenores, exequendi, disponendi, (faciendi *interlined*) et ordinandi, plenam, liberam, et omnimodam auctoritate Apostolica et ex certa sciencia tenore præsencium concedimus facultatem.

Power to appoint deputies.

Et insuper, ut nos condignis favoribus et auxiliis adjuti melius et tucius circa præmissa vacare possitis, carissimum in Christo filium nostrum (Henricum *interlined*) regem prædictum, et cæteros dilectos filios principes spirituales et temporales harum serie requirimus et in Domino exhortamur, quatinus vobis commissariis nostris prædictis et per vos deputatis et substitutis ut præfertur, in præmissis exequendis eorum præbeant auxilium, consilium, et favorem, quociens vos per vos aut alios, eos nostro nomine duxeritis requirendos, inde Sempiterni Dei in Cujus obsequiis versamur meritum et nostræ retribucionis graciam imposterum infallibiliter recepturi. DAT. ROMÆ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnacionis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, tercio nonas Decembres, pontificatus nostri anno octavo.

The King and the lords spiritual and temporal are to help the cause.

St. Peter's, Rome. Dec. 3, 1454.

CUMQUE nos Robertus et Johannes prædicti, aliis præpediti negociis, necnon propter locorum distancias et temporum qualitates, earundem literarum Apostolicarum execucionem personaliter vacare non possimus, de nostris et vestrum cujuslibet probitate, fide, et circumspeccione plenius confisi, auctoritate

The Commissaries send the Pope's letter to the Chapter.

(1) MS. has 'repartam.'

(2) Experiment or examination; ἀπόδειξις.

Apostolica nobis commissa vos et vestrum quemlibet absentes tanquam præsentes et unumquemque in solidum et omnia et singula quæ nos præinsertarum apostolicarum literarum vigore faceremus et facere possemus si personaliter interessemus agenda et exequenda deputamus, substituimus, et surrogamus; super quibus omnibus et singulis vobis et vestrum cuilibet ut præfertur plenariam auctoritate prædicta concedimus tenore præsencium facultatem, vestras devociones in Domino exhortantes ut omnia et singula vobis per nos commissa ita et taliter exequamini, ut coram Eo Cujus causam agitis in supremi judicii examine racionem reddituri debitas grates pariter et beatam vitam promereri valeatis. In quorum fidem et testimonium præsentes literas fieri fecimus, et nostrorum sigillorum appensione communiri. Dat. in Prioratu Sancti Johannis Jerosolomitani prope London', mensis Februarii die vicesima secunda, Anno Incarnacionis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Priory of St. John, Clerkenwell. Feb. 22. A.D. 1454–5

The seals remain in a broken condition. Both are circular, and in green wax. One has a shield couchée, with esquire's helmet and mantling, bearing the arms of Botyll, viz. [gu] a chevron between 3 *combs [arg]. Crest, a griffin's (?) head erased. Legend,* S. roberti botyll p)ri(or)is hospitalis ierlm in anglia. *The other has a shield bearing the arms of Langstrothyr, viz. erm, a chevron [sa] charged with an annulet. Legend, gone, except two words which are indistinct.*

Endorsed in old hand, Literæ S'ci Joh. Jerosolomitani in Anglia pro anno Jubileo, Jubileum 1454. E. 2.

CXCVI. BRIEF FOR OFFICE OF BANNER-BEARER OF ST. WILFRID.

(P.R.O. Privy Seal, 5630, vol. i. 6 N.S.)

Memorandum quod xxiiij die Novembris, anno subscripto, istud breve liberatum fuit dño Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequendum. A.D. 1514.

Henry by the grace of God, King of England and of Fraunce and Lord of Ireland; To the most Reverend fader in God, William Archebishopp of Canterbury, primate of alle England and of th' Apostolic see legate, our chauncellour, greting. We late you wite that in consideracion of the true and faithfull service which oure humble servant John Warde hath doon unto us and during his lif intendeth to doo, we have yeven and graunted unto hym th' office and rowme of baner berer befor

Henry VIII. to Archbishop Warham, chancellor.

John Warde to have the office.

Saint Wilfride, now voide by the deceasse of Thomas Edwardes late having the same, and in other handes and disposicion by reason of the nonage of the lord Nevell oure Warde, which office and rowme apperteigneth to our said warde by reason of certayn service which he owith to bere and doo by the tenure of his landes, with the wages and fees of fyve poundes by the yere for the exercising of the said rowme, to be had and percyved by our said servant of th'issues prouffites and revenues of certayn landes and tenementes within the town and lordship of Rypon in our Countie of York, like as it hath been hertofor accustomed, with al maner arrerage now remaynyng in the tenantes handes ther. To have hold and occupie the said Rowme and office to our said servant by hymsilf or his sufficient deputie, with the said fee of fyve poundes by the yere to be levied in fourme aforsaid at the termes there usuall, by even porcions from the fest of Estre the vj yere of our reigne, during the noneage of the said lord Nevill our warde, toguyder with al maner other prouffites, avantages, commodities, and emolumentes to the said office and rowme of olde tyme due and apperteynyng. That expresse mencion *etc.* Wherfor we wol and commaunde you that undre our greate seale ye doo make herupon our lettres patentes in due and effectual forme. Yeven undre our privie seal at our manour of Grenewyche the xvth day of November the Sixte yer of our Reyne. T. Robyns. H. R.

Patronage belongs to Lord Nevill, now a minor.

Greenwich, Nov. 15.

CXCVII. CAPITULUM PRO REPARACIONE CAMPANILIS ET MURI ECCLESIÆ, Anno 1546.[1]

(Walbran's MS. Collections.)

In Dei Nomine, Amen. Die Sabbati, videlicet penultimo die mensis Octobris, Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Nos Marmaducus Brodeley, Canonicus Residentiarius solus ecclesiæ collegiatæ Beatorum Petri et Wilfridi Ripon', ac præbendarius præbendæ de Thorpe in eadem, et Præsidens capituli ejusdem ; Richardus Dean, canonicus et præbendarius præbendæ (*de*) Stanwigge et præcentor in eadem, personaliter ; Anthonius Bellacyes, præbendarius de Givendale, per dominum Leonellum Batty, cantaristam ibidem, procuratorem suum literatorie constitutum ; Edmundus Haltman, præ-

A.D. 1546. Oct. 30. Marmaduke Bradley, residentiary, holds a chapter.

(1) From an imperfect copy made by Mr. Walbran very early in his experience. Several errors are here corrected. The original has not been found.

bendarius de Sharow, per dominum Thomam Blackberry cantaristam ibidem, procuratorem suum literatorie constitutum, et Antonius Coole, præbendarius de Monkton, per eundem Thomam Blackberry procuratorem suum ut supra literatorie constitutum, cæteri vero cantaristæ et vicarii chorales et inferiores ministri personaliter comparentes in domo nostra capitulari hora capitulari consueta ad effectum infrascriptum congregati, et capitulum inter nos facientes, exponentes tunc ibidem quod in ecclesia nostra prædicta sunt nonnulli defectus et ruinositates apertæ, tam campanilis quam muri lapidei insulæ borealis ejusdem ecclesiæ, qui irrumpuntur, et de verisimili cadent in terram nisi citius oportunum in hac parte remedium provideatur. Qui quidem defectus absque magna pecuniæ summa ad oneracionem confratrum nostrorum et aliorum ministrorum ejusdem ecclesiæ reparari non possunt. Unde, habita inter nos de et super præmissis, et quomodo, qualiter, et cum quibus tanta summa pecuniæ levari poterit diligenti et solemni tractatu, demum præfatus venerabilis confrater noster Marmaducus Brodley, advertens percipiensque quod pium esset et meritorium hujusmodi sumptus et onera alleviare, et canonicos et cæteros ministros ejusdem ecclesiæ quantum in se est exonerare, ex suo mero motu et spontanea voluntate vult et concedit, quod tota devidentia suis . . . pecuniæ ex communia ecclesiæ nostræ collegiatæ proveniens quæ solet sibi et aliis residentiariis ejusdem ecclesiæ pro canonicali residentia facienda tradi et persolvi, excepta summa quinque librarum pecuniæ de hujusmodi communia sibi in festo Sancti Marci Evangelistæ prox. futuro isto præsenti anno antehac dicto habita et facta pro hac vice tantum et non aliter, pro spacio sive termino trium annorum extunc proxime et immediate sequentium, in usum et fabricam et reparacionem prænominatorum defectuum et ruinositatum, ac alias reparaciones eidem ecclesiæ incumbentes, modo . . . cedat et applicetur per visum et discrecionem præfati Marmaduci Brodeley et Richardi Deane; proviso omnino, quod si idem Marmaducus posthac vel interim hujusmodi suam residenciam canonicalem incipere ac inchoare et perficere velit, id libenter faciet et ad suum libitum exercebit sine contradiccione vel excusacione canonicalis impedimenti, uti in suo pristino statu, præsenti actu et concessione, cæterisque in contrarium quibuscumque in aliquo non obstante.

The fabric much out of repair.

Bradley proposes to give up his dividend,

except 5*l.*

Quibus peractis, nos Capitulum antedictum nostris unanimis consensu pariter et assensu volumus et concedimus eidem

As a recompense

for this pious act, he is to be excused residence.

magistro Marmaduco Bradley recompensacionem tam piæ tamque devotæ benevolentiæ et concessionis, quod ipse per tempus prædictum saltem per tot tempus quo promittit hujusmodi dividentiam cedere ad usum prædictum et persolvi, et a sua residentia canonicali facienda exnunc totaliter et ad suam voluntatem et per beneplacitum exoneretur ac liber sit et immunis, præterea quod officium Præsidentis capituli nostri prædicti tenebit et excercebit, habebitque per idem tempus et excercebit totalem jurisdiccionem capituli nostri prædicti, et proficuum inde proveniens ad suum usum, commodum, et utilitatem.

Visitation.

ACTA IN QUADAM VISITACIONE.

Names of those present.

Willelmus Glew Ricardus Ricroft Radulfus Watson Johannes Bunter Edmundus Lowson	Thuri-buralii, perso-naliter.	Christoforus Batty Christoforus Watson Johannes Atkinson Ricardus Wardropp Leonellus Neilson	Choris-tarii, perso-naliter.

Dominus Radolphus Sigswick, Camerarius, Dominus Thomas Blackbury, Subthesaurarius, Dominus Johannes Percyvall, Clericus Fabricæ,	Officiarii.

Those absent pronounced contumacious.

Quibus peractis, dominus Commissarius pronunciavit omnes absentes contumaces in hujusmodi negotio et in pœnam contumaciarum suarum hujusmodi decrevit eos et eorum quemlibet fore mulctandos, et ad ulterius expediendum in hujusmodi visitacionis negotio, eorum absentia et contumacia non obstante. Quibus peractis, dominus Johannes Percyvall, Radulfus Sigiswick, et Thomas Blackbury exhibuerunt billam super ruinas

Bill for ruined prebends.

præbendarum de Sharow et Studley, et pro quanta summa hujusmodi ruinositates poterunt reparari. Quæ billa remanet apud Acta eorum manibus subscripta. Quo facto, dominus

Chantry priests to make inventories.

monuit omnes cantaristas ad conficiendum inventarium domorum et ornamentorum cantariarum suarum, et (ut) exhibeant citra horam terciam post meridiem istius diei. Et continuant ac prorogent hujusmodi visitacionis negocium in horam terciam post meridiem istius diei. Et monuit omnes et singulos ejusdem

Chantry priests and vicars cited.

ecclesiæ ministros ad tunc interessendos. Qua hora in loco prædicto coram magistro Roberto Davell Commissario comparuerunt omnes cantaristæ et vicarii. Et dictæ cantaristæ

Inventories shown.

exhibuerunt inventarium de ornamentis ad eorum altaria pertinentibus quæ remanent in capitulo ecclesiæ collegiatæ præ-

dictæ, prout sequitur, videlicet, de cantaria ad altare Sancti Jacobi, de cantaria ad altare Sancti Wilfridi, de cantaria ad altare Sancti Johannis Baptistæ et Sancti Johannis Evangelistæ, de cantaria Beatæ Mariæ super summum altare, de cantaria Assumpcionis Beatæ Mariæ, de cantaria Sancti Thomæ, de cantaria infra manerium domini Archiepiscopi, de cantaria Sancti Andreæ, de cantaria ad altare Sanctæ Trinitatis. Quibus peractis, dominus Commissarius continuavit et prorogavit hujusmodi visitacionis negotium usque ad et in crastinum diem inter horas octavam et undecimam ante meridiem ejusdem diei. Quibus die, hora, et loco prædictis, coram præfato magistro Roberto Davell Commissario antedicto, omnes vicarii chorales exhibuerunt inventarium ornamentorum ad altare Sancti Andreæ Apostoli pertinentium. Item, dominus Thomas Pratt exhibuit inventarium ad altare Divi Stephani. Item, dominus Ricardus Steele exhibuit inventarium ad altare Sancti Wilfridi. Dominus Johannes Watson exhibuit inventarium ad altare Divi Laurentii. Dominus Johannes Clifton exhibuit inventarium ad altare Sancti Johannis Evangelistæ. Dominus Johannes Steele exhibuit inventarium ad altare Beatæ Mariæ. Et ulterius dominus monuit omnes vicarios ad conficiendum inventarium de omnibus et singulis rebus ad eorum domos spectantibus, et (*ut*) exhibeant Præsidenti capituli citra festum Assumpcionis Beatæ Mariæ proximum. Et deputavit magistrum Marmaducum Bradley, residentiarium, dominum Thomam Blackburn, dominum Johannem Brownflete, et dominum Johannem Watson, vicarios chorales, ad recipiendum hujusmodi inventaria, ita quod semper remanerent in eorum domo capitulari. Et ulterius deputavit dominum Thomam Blackburn, Radulfum Sigiswicke, Johannem Brownflete, Leonellum Batty, Johannem Watson, et Egidium Webster, ad inquirendum de delapidationibus et ruinositatibus ecclesiæ prædictæ. Et de (*negligentibus?*) officia in choro, cæterisque criminibus excessibusque quibuscumque, et quod certificent citra festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis proximum, præfato domino Commissario. Et idem dominus Commissarius oneravit eosdem juramento corporali de fideliter inquirendo et certificando de eisdem omnibus et singulis etc. Et ulterius dominus decrevit citacionem poni et affigi super stallis præbendariorum de Sharow et Studley ad reparand. præbendas suas juxta statuta nuper in parliamento domini nostri Regis edita, citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ ad duos annos futuros, sub pœna privacionis, etc.

Vicars show their inventories.

Vicars to make inventories of house goods.

Dilapidations of the church.

Neglect of offices.

Citations for repairs of prebends posted on stalls.

Citations for repairs of church.

Et decrevit omnes præbendarios et dominum Præsidentem capituli prædicti, et dominum Johannem Brownflete, citandos fore ad contribuendum circa reparacionem et fabricam ecclesiæ prædictæ juxta limitacionem reverendissimi patris Edwardi Ebor. Archiepiscopi etc. Et tunc dominus Commissarius protestabatur quod præmissa faceret citra aliquod dampnum vel præjudicium capitulo vel jurisdiccioni ejusdem aut statutorum ordinacionum et laudabilium consuetudinum ejusdem.

Et hanc visitacionem continuavit et prorogavit in festum Divi Martini proximum, crastinum ejusdem, et quemlibet diem interim, facta publica monicione, etc. Et præsens copia taliter erat subscripta.

Facta collacione concordat cum originali; per me Thomam Clarke, Notarium Publicum.

CXCVIII. LETTER TO SIR RALPH SADLER ON THE STATE OF THE FABRIC AFTER THE RISING IN THE NORTH.[1]

(Ripon Chapter MS. G. 4.)

A.D.1571-2. Consultation with certain artificers.

Wyll^{a}m Tankerd, Jhone Norton, M'rmadouke Ellerkere gyttyllman, by verttue of ye quynes Mag'te Comesh'ars out of her hughnes Corte of her duche of Langcaster to vs and others dyrycttyd, the xvijth day of Janevery, in this p'sente xiij yere of yowre Magesty ryne, dyd repare to the Collegyate Churche in Rypon and thyne and there dyd calle be fore vs Ryc. Gillow and Cryst'er Hattkynson, plumers, Wyl^{a}m Wode Jhone Topayme, carpinters, Symond Thomson, glaisner, and Ranald Grene, smythe, and we by the adevesse of the sayd arteffesers dyd vu and sorvay the decad plases of the sayd church, and did fynd the coweryng of the sayd church beyng of led in gret decay in that in the layst Rebellone, beynge in the xijth yere of yowre Mageste Ryng[2] that the sollgers of (your *erased*) ye qynes magysty at the same tyme beyng in Rypone dyd take sertane webes of led of ye gutters of the medellayll of the sayd church for lacke whearof the water rynyth into walles of the said churche, and also did cut and hacke away certane pipes of leade wch did cōvey the water runnynge of the said churche frome the walles thereof; and that the leade beinge the coveringe of the thre broches of the seid churche is in great decay; and we do esteme that fower futhers of leade will do no more then repare

Rising in the North, A.D. 1569. Damage done by the Queen's soldiers.

(1) Entered on a blank leaf after the '*Oblaciones*,' etc.

(2) See Walbran's *Ripon Guide*: Historical Introduction.

suche places as is in decay now about the seid churche; and that ropes and other yngynes for the mendinge of the same must be bought, wch will cost iij li. vj s. viij d.; Decayed tymber of thre broches of the said churche, sawen bordes for coverynge vnder the seid leade, and makinge of xxij dores and divers wyndowes about the said churche and bares for the same beinge burned by the seid soldiers duringe their abode in Ripon, as we do esteme, will cost vj li. xiij s. iiij d.; Glase for the mending of the seid wyndowes wth leade and solder for the same will cost as we do estme v li.; Lockes, keyes, and bandes of yron, beinge broken and stollen awey by the said soldyers and newly to be maid, will, as we do esteme, will cost vj li. And we do estme the workemanship of the premisses to be to the some of xxvj li. xiij s. iiij d. And further we have accordinge to the seid comysscyon vewed the seid prebendes house of Nunwick and Mounketon, and do certyfye vnto this honorable courte that their is ten lode of sclait att the tyme of this o^r^ vewe vpon the seid prebend houses, wch is worth to be sold xxx s.; and that their is tymber of the seid decayed houses and free stone mete to be taken downe wch is worth to be solde viij li. x s.

Houses of prebends of Nunwick and Monkton.

Wyll'm Tanckard.
John Norton.
M^r^maduke Ellerker.

To the ryght honorable Sr Rauf Sadler, Knight, Chancello^r^ of the duche of Lancaster.

SANCTUARY RECORDS.[1]

EXTRACTS FROM DURHAM ABBEY REGISTERS.

(REGISTRUM IV. fo. 224v.[2])

A.D. 1484. *Peticio Immunitatis Johannis Hudson.*

Johannes Hudson, nuper de Rypon in comitatu Ebor., *shomaker*, nono die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo cccc^{mo} octogesimo quarto, in propria persona sua venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm., et ibi, pulsatis campanis,[3] instanter peciit immunitatem dictæ ecclesiæ et libertatem Sancti Cuthberti, pro eo quod ipse primo die mensis Augusti supradicti, anno Domini supradicto, juxta villam de Rypon prædictam, in quendam Stephanum Wylson de Ripon, *barker*, simul cum aliis, insultum fecit, et ipsum Stephanum ad tunc et ibidem cum quodam *Wallishbyll*[4] quod in[5] manu sua tenuit felonice in capite percussit, et dedit ei plagam de qua, ut credidit, cito obiit. Pro qua felonia dictus Johannes peciit immunitatem ecclesiæ prædictæ. Præsentibus ad tunc et audientibus, Willelmo Smyth,

(1) There are no records of the sanctuary of Ripon in existence, so far as we know. Mr. Walbran, however, mentions a case of a culprit who 'fled to the then insufficient sanctuary at Ripon' in 1539 (*Ripon Guide*, 12th ed. p. 31). 'To tak' Darnton trod' was a common Ripon saying for anyone who had absconded. Dr. Raine thought it alluded to the sanctuary runners who fled from Ripon to Durham by way of Darlington. The following extracts relate to men of Ripon who fled to Durham or to Beverley. Most of them were printed in the fifth volume of the present series. They are here corrected and completed from the original MSS. The Durham entries occur in the registers of the convent among those relating to other matters. Those of Beverley are in a Sanctuary Register which was kept separately, now MS. Harl. 4292, extending from about 1478 to 1539.

(2) Not in the volume 'Sanct. Dunelm. et Beverlac.'

(3) The Durham Cathedral bells were recast in 1693. But the tenor bell bears the inscription, 'Camp. S. Cuthberti olim Galalea, Dec. et Cap. Dunelm. refecerunt, A.D. MDCXCIII. T. Comber S.T.P. Dec., S. Eyre, S.T.P. thesaur. Chr. Hobson, artifice.'

(4) Mentioned six times in 'Sanct. Dunelm.,' and there said to be a Welsh bill or axe. It would seem from the next extract to have been the same as a 'forest bill' or 'wood axe.'

(5) MS. has 'quodam.'

Richardo Wryght, et Johanne Hudson, testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

(Registrum V. fo. 7v. Sanct. Dunelm. p. 14.)

Decimo octavo die mensis Decembris, Anno Domini M°cccc^mo^ octagesimo octavo, venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. Ricardus Wright de Dunelm., *glover*, ibique, pulsatis campanis, peciit immunitatem dictæ ecclesiæ, pro eo et ex eo quod idem Ricardus, simul cum aliis in territorio villæ de Monkton juxta Ripon in comitatu Ebor., præsens erat personaliter cum quodam Stephano Willson, circa festum Sancti Petri quod dicitur *Ad vincula* ad quatuor annos elapsos, deditque eidem Johanni opem et auxilium contra quendam Stephanum Willson, dum prædictus Johannes Hudson cum quodam *le Forest byll* præfatum Stephanum ad tunc et ibidem in capite percussit, et dedit plagam mortalem, ex qua cito post obiit. Quo facto, supradictus Ricardus Wright succurrebat præfato Johanni homicidæ ad evadendum manus circumstancium. Pro quo facto peciit immunitatem præfatæ ecclesiæ, et libertatem Sancti Cuthberti. Præsentibus dompno Georgio Cornfurth, sacrista ecclesiæ predictæ, Johanne Batmanson, notario publico, Thoma Riehop, et Ricardo Hanburgh, testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

A.D. 1488.
Peticio Immunitatis Ricardi Wright.

(Registrum V. fo. 28 (31). Sanct. Dunelm. pp. 25, 218.

Christoferus Easby et Willelmus Easby de Ripon, Ebor. diœc. in propriis suis personis venerunt ad Ecclesiam Cathedalem Dunelmensem primo die mensis Junii, Anno Domini Millesimo cccc^mo^ lxxxxv^to^, et ibidem, pulsatis campanis, instanter pecierunt immunitatem et libertatem Ecclesiæ Cathedralis prædictæ, pro eo quod ipsi vicesimo tercio die mensis Maii, anno Domini supradicto, insultum fecerunt in quendam Johannem Dixson de eadem villa de Ripon, ut in aristacione ipsius Johannis ad pacem, ut asserunt, et pro eo quod ipse Johannes nolebat obedire aristamento ipsius Christoferi ad tunc ibidem sub-ballivi, ideo ipsum Johannem Dixson prædictus Christoferus cum j *lę Bill* in scapula felonice percussit, et vulnus magnum imposuit, ex qua vero percussione idem Johannes incontinenter obiit. Pro qua quidem felonia prædicti Christoferus Easby, ut principalis actor, et Willelmus Easby frater ejus assistens ei, quia interfuit hujusmodi accioni, quamvis ei aliquod vulnus ad tunc non imposuit ut asseruit,

A.D. 1495.
Peticio Immunitatis Christoferi Easby et Willelmi fratris ejus.

pecierunt immunitatem et libertatem supradictas et hoc instanter, instancius, et instantissime illis impartiri. Coram testibus fidedignis, viz. Thoma Goldsmyth de Dunelm., Radulfo Porter de comitatu Lancastr., *yoman*, et Nicholao Lamberton de Darlyngton in comitatu Dunelm., ad hoc et in testimonium hujusmodi rogatis et requisitis.

(PARVUM REGISTRUM (1484–1538), fo. 122v. SANCT. DUNELM. pp. 32, 219.)

A.D. 1500. *Peticio Immunitatis Johannis Bulman.*

Johannes Bulman de Ripon, Ebor. diœc. venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. nono die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo quingentesimo, et ibidem, pulsatis campanis, coram testibus, viz. Hugone Wall et Christofero Easby, peciit immunitatem et libertatem Sancti Cuthberti et Ecclesiæ Cathedralis prædictæ, pro eo quod ipse super insulto super eum per quendam (*blank*) Wales de Stodeley[1] facto, ipsum (*blank*) Wales *le cowper* in gutture cum gestro, anglice *dagger*, percussit, viz. in crastino Sancti Wulfranni[2] episcopi, ex qua quidem percussione idem (*blank*) Wales incontinenter obiit; pro qua quidem felonia præfatus Johannes instantissime peciit immunitatem et libertatem prædictas.

(PARVUM REGISTRUM, fo. 143. SANCT. DUNELM. pp. 32, 219.)

A.D. 1500. *Peticio Immunitatis Ric. Goldthwate.*

Ricardus Goldtwhate, villæ de Rypon', Ebor. diœc. venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. xviij^{mo} die mensis Octobris, Anno Domini Millesimo quingentesimo, et ibidem, pulsatis campanis, instanter peciit immunitatem et libertatem Sancti Cuthberti et Ecclesiæ Cathedralis prædictæ, pro eo et ex eo quod prædictus Ricardus Goldthwate, cujusdam Ricardi More accessor, circiter festum Invencionis Sanctæ Crucis ult. præteritum, ad requisicionem dicti Ricardi More pariter iverunt in quandam clausuram vocatam Sutton Leys,[3] ubi ad Ricardum More cum dicto Ricardo Goldthwate insultum fecerunt in quendam Willelmum Bradethwate de Ascrley in comitatu de Kyrkby, ubi dictus Ricardus cum gladio super genu eum percussit, super quam quidem percussionem idem Willelmus Bradthwate ad festum Sancti Petri quod dicitur *Ad vincula* proxime ex tunc sequens obiit. Et prædictus Ricardus Goldthwet non fatetur se aliquod vulnus imposuisse, sed quod

(1) Over 'Ripon prædict.' erased.

(2) i.e. on Oct. 16.

(3) Sutton is about 2½ miles from Ripon, on the Azerley and Kirby Malzeard road; 'North Leys' is a mile east of Sutton, and just past the present episcopal palace.

interfuit cum dicto Ricardo More et accessor ei erat dum illud facinus perpetratum fuerat. Ideo timet pro eo indictari, quamvis non merito, nec reus accionis, ut asseruit. Pro qua quidem felonia præfatus Ricardus Goldthwet, ut accessor dicti Ricardi More, secum ibidem existens, cepit immunitatem et libertatem Sancti Cuthberti et ecclesiæ cathedralis prædictæ cum instancia debita. Præsentibus tunc ibidem, Ricardo Kendall, Hugone Wall, et aliis.

(PARVUM REGISTRUM, fo. 143. SANCT. DUNELM. pp. 39, 219.)

A.D. 1503. *Peticio Immunitatis* [Roberti Skafe].

Robertus Skafe parochiæ de Ripon venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. quinto die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo quingentesimo tercio, et peciit a dompno Georgio Corneforth, sacrista dictæ Ecclesiæ Cathedralis Dunelm. libertatem et immunitatem Sancti Cuthberti et Ecclesiæ Cathedralis Dunelm. antedictæ, pro eo et ex eo quod ipse Robertus Skafe cum Radulpho Blesdell accessore suo, xv° die mensis Januarii prox. prædict. in villa de Rypon' in alta via regia insultum fecerunt in quendam Reginaldum Middilton, ubi dictus Robertus Skafe dictum Reginaldum (graviter [1]) cum gladio super tibiam graviter percussit, ex qua percussione dictus Reginaldus obiit. Pro qua quidem percussione idem Robertus Skafe instantissime peciit immunitatem et libertatem Sancti Cuthberti et Ecclesiæ Cathedralis antedictæ. Et quia idem Radulphus, timens, ut asseruit, indictari et in carcerem tradi, pro et ex eo quod præsens fuit quando dictus Robertus Skafe dictum Reginaldum felonice percussit et vulneravit, peciit, ut supra, immunitatem et libertatem prædictas. Testibus dompno Nicholao Todd capellano, Willelmo Todd, Petro Steley, etc.

(PARVUM REGISTRUM, fo. 143v. SANCT. DUNELM. pp. 39, 219.)

A.D. 1503. *Peticio Immunitatis Roberti Middilton* [et aliorum].

Robertus Middilton, Willelmus Jakeson, et Johannes Joy, xv^{mo} die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo quingentesimo tercio, venerunt ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. pecierunt et eorum quilibet peciit immunitatem et libertatem Sancti Cuthberti et Ecclesiæ Cathedralis Dunelm. a dompno Georgio Corneforth, sacrista Ecclesiæ Cathedralis antedictæ, pro et ex eo quod ipsi complices, accessores, et præsentes fuerunt, quando quidam Robertus Skafe cum Radulpho Blesett [2] acces-

(1) Erased.

(2) Called 'Blesdell' in the former entry, which relates to the same affair.

sore suo insultum fecerunt in Reginaldum Middilton, et quando dictus Robertus dictum Reginaldum felonice percussit et vulneravit cum gladio super tibiam, ex qua percussione dictus Reginaldus obiit et ab hac luce decessit, timentes ipsos et eorum singulos racione præmissorum indictari et in carcerem trudi, et legis rigorem subire, pecierunt et quilibet eorum peciit immunitatem et libertatem ut supradictum est. Præsentibus dompno Ricardo Colenson, Willelmo Luen generoso, Johanne Vessy, Thoma Nesse, et Johanne Taylor.

(Registrum V. 142 (146). Sanct. Dunelm. pp. 60, 223.)

A.D. 1511. *Peticio Immunitatis Johannis Bulman.*

Johannes Bulman de Blakwell venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. vicesimo quarto die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo quingentesimo undecimo, et ibidem, pulsata campana, ut moris est, instanter peciit immunitatem Ecclesiæ Cathedralis prædictæ, et libertatem Sancti Cuthberti, pro eo et ex eo quod idem Johannes apud Rippon, in domo cujusdam Willelmi Bulman in eadem villa, ad xiij annos elapsos, quendam N. Wallez felonice percussit cum uno *le dager* in pectore super *le wythbone*,[1] de qua quidem percussione idem N. Wallez infra duos dies obiit. Pro qua quidem felonia sic perpetrata, idem Johannes Bulman instantissime petiit immunitatem et libertatem prædictas, præsentibus tunc ibidem et audientibus Johanne Florence, Nicholao Wynter, literatis, et Thoma Byrez, testibus ad præmissa vocatis et rogatis.

(Registrum V. 172 (175) v. Sanct. Dunelm. pp. 85, 226.)

A.D. 1519. *Peticio Immunitatis Thomæ Calvert.*

Ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. xvij die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo quingentesimo xix^{no}, venit quidam Thomas Calvert de Stanley, parochiæ de Rippon, Ebor. diœc., et ibidem, pulsatis campanis ut moris est, instanter peciit immunitatem et libertatem Sancti Cuthberti et Ecclesiæ suæ Cathedralis antedictæ, pro et ex eo quod idem Thomas Calvert ex insulto super eum facto vij^{mo} die mensis et anno Domini supradictis in quodam vico infra villam de Rippon prædict. juxta Monasterium,[2] quendam Johannem Luter, servum cujusdam magistri Malyerye militis, cum uno *le dager* in pectore sinistro felonice percussit. De qua quidem percussione idem

(1) The costal cartilages seem to have been called 'the white bone' from their remarkably white appearance and somewhat bony structure.
(2) The Minster.

Johannes Luter incontinenter obiit. Pro qua quidem felonia sic perpetrata idem Thomas Calvert immunitatem et libertatem supradictas instanter peciit, præsentibus tunc ibidem Johanne Clerk, notario publico, et Laurentio Toller, testibus ad præmissa vocatis et specialiter rogatis.

(REGISTRUM V. 172 (175) v. SANCT. DUNELM. pp. 86, 226.)

Vicesimo octavo die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo nono, venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelm. quidam Robertus Tennant, et instanter peciit immunitatem Ecclesiæ Cathedralis prædictæ, et libertatem Sancti Cuthberti sub forma quæ sequitur:— A.D. 1519. *Peticio Immunitatis Roberti Tennant.*

'I aske gyrth for Godsake and Saint Cuthberte's for savegard of my lyf and for savegard of my body from imprisonment concernyng suche danger as I am in enenst my lord of Northumberland for declaracion of accomptes, for the whiche myn answer was to Master Palmys, Master Stable, Survior to my said lord, Walter Wadland, Auditor, William Worme, Gentilman usher, and other moo of my lordes servanttes that was send to Ripon to examyne me in the presence of Master Newman, precedent [1] of the Chapitor of Ripon, that if it wold pleas my lordes good lordship to lett me have almaner of suche bookes of myn delyvered to me as belonged (173) to my charge, so that I myght have them within the precinct of the privilege that I myght perfyte them and make them up there. Whiche I wold doo in as convenient hast as I couthe possable, and that done declare accompt within the said santuary. And if it were founde that I were in any maner of dett to my lord uppon the determynacion of my accompt, I shuld ather content the same, orelles fynd seuirtie, orelles if I couth fynde no seuirtie I wold submitt me to my lord, to the whiche M. Survier demaunded of me what tyme and space I wold desire to have for the perfyting of my bookes. And I answerd that I couthe sett noo day but as sone as I possible myght, for the which cause I aske gyrth for Godsake and Saynt Cuthberte's in the presence of Maister Cuthbert Conyers, Sir Thomas Dowson, and John Clerke, et multis aliis, xxvj die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo nono.

Per me Robertum Tennant.

(1) President.

(REGISTRUM V. 180 (183) v. SANCT. DUNELM. p. 87.)

A.D. 1519. (*Peticio Immunitatis Milonis Stubs.*)

Milo Stubs de Ripon, Ebor. diœc. venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelmensem, 22° die mensis Decembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo nono, et ibidem, pulsatis campanis ut moris est, instanter peciit immunitatem Ecclesiæ cathedralis prædictæ, et libertatem Sancti Cuthberti, pro eo et ex eo quod ipse prædictus Milo est debens diversis personis diversa debita, et quia non habet unde satisfaciet, et timens se indictari aut in carcerem imponi pro non solucione et satisfaccione hujusmodi debiti, aut pro aliqua alia offensa sive felonia per ipsum aliqualiter perpetrata, instantissime peciit immunitatem et libertatem prædictas. Presentibus tunc ibidem Jacobus (*sic*) Hyen ' et Cuthbertus Strother.

(REGISTRUM V. 180 (183) v. SANCT. DUNELM. p. 88.)

A.D. 1522. (*Peticio Immunitatis Jacobi Knols.*)

Jacobus Knols de Ryppon, Ebor. diœc., venit ad Ecclesiam Cathedralem Dunelmensem ultimo die mensis Junii, Anno Domini Millesimo quingentesimo vicesimo secundo, et ibidem, pulsata campana ut moris est, instanter peciit immunitatem Ecclesiæ Cathedralis Dunelm. prædictæ, et libertatem Sancti Cuthberti, pro eo et ex eo quod ipse prædictus Jacobus est debens Johanni Middilton de Ryppon, Ebor. diœc. quædam debita, et quia non habet unde satisfaceret, et timens se indictari aut in carcerem imponi pro non solucione et satisfaccione hujusmodi debiti, instantissime peciit immunitatem et libertatem prædictas, præsentibus tunc ibidem Johanne Clerke in medicis magistro, et Willelmo Bernard.

EXTRACTS FROM BEVERLEY SANCTUARY REGISTER.

(MS. HARL. 4292, fo. 10 v. SANCT. BEVERLAC. 134.)

Petition of James Moulton.

Jacobus Moulton, nuper de Repon, generosus,[1] venit ad pacem Sancti Johannis Beuerl' xix die Junii, anno regni regis Henrici Septimi etc. xvj°, pro securitate corporis sui et membrorum suorum, pro omnimodis causis eum consernend.[2] Et admissus est, et juratus etc.

(IB. fo. 22. SANCT. BEVERLAC. 175.)

Petition of Henry Brown.

xxvj^{to} die Aprilis, anno regni regis Henrici Octavi decimo, Henricus Brown, nuper de Rippon' in comitatu Ebor., *fullor*,


(1) Wrongly 'tailour' in printed ed.
(2) So in MS. apparently for 'concernentibus.'

venit ad perpetuam pacem Sancti Johannis Beuerl' pro furto per ipsum facto, et pro omnibus aliis causis tangentibus securitatem corporis sui. Et admissus est ad libertatem prædictam, et juratus, prout, etc.

(IB. fo. 33. SANCT. BEVERLAC. 208.)

Memorandum quod Johannes Lemyng, nuper de Reppon in comitatu Ebor., *mercer*, duodecimo die Novembris, anno regni regis Henrici viij^{vi} tricesimo, venit ad libertatem et sanctuarium Sancti Johannis Beuerlac' pro debito tamen,[1] et pro omnibus aliis causis tangentibus securitatem corporis sui. Et admissus est ac juratus etc. **Petition of John Lemyng.**

(1) Wrongly 'tantum' in printed ed.



SANCTUARY CROSS AT SHAROW.

APPENDIX TO VOL. I.

The following extracts were found too late to be inserted in their proper places.

THE ABBAT CEOLFRITH AT RIPON.[1]

(Historia Abbatum Gyrvensium Auct. Anon.[2])

§ 3. Devote igitur susceptus a præfato cognato suo[3] Ceolfridus devotius est ipse conversatus; lectioni, operationi, et disciplina regulari per omnia studens. Nec multo post idem Cynifridus,[4] pestilentia longe lateque grassante, cum aliis quoque Anglorum nobilibus, qui gratia legendi Scripturas illi præcesserant, a morte transitoria perpetuam migravit ad vitam, et Tunberctus una cum Ceolfrido et non paucis e fratribus ejus monasterii invitatus a Wilfritho episcopo ad monasterium Hrypense secessit, ubi Ceolfridus juxta morem regulari subditus conversationi, tempore procedente, a præfato episcopo ad presbyteratum electus atque ordinatus est, annorum circiter viginti et septem. Qui mox ordinatus ob studium discendi maxime vitæ monasterialis et gradus, quem subierat, instituta, Cantiam petiit.

c. A.D. 660. Ceolfrith at Gilling.

Cynifrid dies in a pestilence.

Ceolfrith goes to Ripon, where he is ordained priest by Wilfrith, *c.* A.D. 669.

§ 4. Pervenit et ad Anglos Orientales, ut videret instituta Botulfi abbatis,[5] quem singularis vitæ et doctrinæ virum, gratiaque Spiritus plenum, fama circumquaque vulgaverat: instructusque abundanter quantum brevi potuit domum rediit, adeo ut nemo per id temporis vel in ecclesiastica vel in monas-

Starts for Kent, and profits by the instruction of Botolph.

Returns to Ripon.

(1) Should have come into p. 3.

(2) There are two lives of Ceolfrith, this one, which is printed in Stevenson's Bæda, *Opp. Minora*, 318–334, from MS. Harl. 3020, and one by Bæda himself, in his Lives of the first five abbats of Wearmouth and Jarrow.

(3) Tunbercht, afterwards bishop of Hexham.

(4) Brother of Ceolfrith, and abbat of Gilling before he handed over the rule to Tunbercht.

(5) Abbat of Ikanho, probably Botulfstun or Boston in Lincolnshire; he was afterwards known as 'St. Botolph.'

teriali regula, doctior illo posset inveniri; nec tamen vel gradus vel eruditionis, vel etiam nobilitatis suæ intuitu, ut quidam, ab humilitatis statu voluit revocari, qui in omnibus regulari se satagebat mancipare custodiæ. Siquidem tempore non pauco pistoris officium tenens, inter cribrandum clibanumque accendendum mundandumque, et panes in eo coquendos, presbyteratus ceremonias sedulus discere simul et exercere non omisit; quo tempore etiam regularis observantiæ magisterio fratribus præesse jussus est, quo pro insita sibi eruditione simul et zeli fervore divini et inscios instituere et contumaces redarguere deberet.[1]

Undertakes the office of baker, together with priestly duties.

WILFRITH'S WORKS AT YORK AND RIPON.

(FRIDEGODA, 437–480, *supra*, p. 12.)

I am indebted to my friend Mr. James Parker for some suggestions for a new punctuation, and for certain emendations of the text of this obscure passage, which make it more intelligible. He would print it as follows:—

A.D. 670. Wilfrith repairs York. Minster.

Redditus ergo suis, instabat promptius illis :
Ecclesiæ vero fundamina cassa vetustæ ;
Culmina dissuto violabant[2] trabe palumbes ;
Humida contrito stillabant assere tecta ;
Livida nudato suggrundia pariete passa ;
Imbricibus nullis, pluviæ quacunque vagantur ;
Pendula discissis fluitant laquearia tignis ;
Fornice marcebant cataractæ dilapidato.
His ita contuitis, exhorruit. Ilicet, alti
Viribus ingenii, reparare peribula templi
Incumbunt, fessi vasto sudore, ministri ;[3]
Nec minus approperant opicizi (?)[4] emblemata[5] proni
Arcus incultos hyalino claudere velo ;[6]

(1) About A.D. 674 Ceolfrith was induced by Benedict Biscop to go to Wearmouth as prior. He went back to Ripon, but returned to Wearmouth, whence Benedict and he went a journey to Rome. (Canon Raine, in Smith's *Dict. of Christian Biography.*)

(2) Query *volitabant.*

(3) The reff. (7, 8), p. 12, should be interchanged.

(4) A nominative plural, probably a corrupt reading of some word equivalent to *opifices.*

(5) Mosaics. See Ducange. The artists in mosaics may have worked in glass.

(6) A 'veil' of glass, not of linen, as previously.

Pondus et informes Atlantes ferre priores
Jussit :[1] et expletum lymphis perfunditur *albis*,[2]
Albanturque suis lustrata altaria peplis.
Exin glorifico persolvit *munera*[3] Christo.

For some suggestions with regard to the remainder of this extract, see below, in 'Smaller additions and corrections.'

William of Malmesbury thus speaks of Wilfrith's building operations :—

'Basilica quondam ab Eduino rege monitu beati Paulini in Eboraco facta tecto vacabat, parietes semiruti et ruinam plenam minantes solis nidis avium serviebant. Pro indignitate rei pontifex interno dolore commotus, maceriam solidavit, culmen levavit, levatum plumbeis laminis ab injuria procellarum munivit. Fenestris lucem dabant vel panni linei tenuitas vel multiforatilis asser, ipse vitreas fecit. Decorem maceriarum vetustas et multimoda tempestas obduxerat, ipse illas candida calce dealbavit. Sensit et Ripis industriam antistitis, edificata ibi a fundamentis ecclesia, miro fornicum inflexu, lapidum tabulatu, porticuum anfractu.'—*Gesta Pontificum Anglorum*, Rolls Series, pp. 216, 217.

A.D. 670. Wilfrith's repairs at York.

He builds a church at Ripon.

TESTIMONIUM WILLELMI DE STUTTEVILL DE IMMUNITATE ECCLESIÆ DE RIPON A SECTIS ASSISANDIS.[4]

(RIPON CHAPTER MS.)

A.D. 1228. Certificate after trial.

Omnibus ad quod præsens scriptum pervenerit, Willelmus de Stuttevill, salutem in Domino. Ut de hiis quæ vera esse scimus, veritatis testimonium perhibeamus, ne nostri taciturnitati immunitas Ecclesiæ Sancti Wilfridi de Ripon patiatur detrimentum, pro vero asserimus, sicut testimonio legalium virorum didiscimus (*sic*) et ipsius rei experimento nostrum temporibus comperimus, quod eadem ecclesia immunis et quieta sit de secta assisæ comitatus et wapentac, et de omnibus aliis indebitis consuetudinibus. Et in hujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum appendimus. Valeatis in Domino.[5]

(1) He bade the old uncouth masses of wall, Atlas-like, again to bear their burden.

(2) With whitewash. See p. 8, and cf. William of Malmesbury, p. 321.

(3) Term for the Eucharistic offering, borrowed from the Canon of the Mass : 'hæc dona, hæc *munera*, hæc sancta sacrificia illibata.'

(4) From the 17th century MS. B. 21.

(5) This certificate apparently refers to a case tried in the same year, and should have come in at p. 63.

CLAIMS OF ARCHBISHOP WICKWAINE.

At p. 65 read '8 Edw. I. York. N 1 9 } 2. (25) 9 (printed ed. p. 197).

A.D. 1279. Abp. Wickwaine's defence continued.

The MS. continues the claim as follows:—Clamat habere coronatores proprios in Beverlaco cum membris suis, videlicet infra feoda sua, et proprias tenuras suas in aqua de Hull infra chenellas aquæ ab introitu portus del Hull usque ad villam de Ake.[1] Eodem modo clamat habere coronatores proprios apud Ripon' infra propria feoda sua, et tenuras suas proprias, et hoc ante conquæstum Angliæ a tempore regis Aldestani, qui contulit ecclesiis de Beuerl' et de Rypon' terras suas proprias ita libere quod nullus minister regis illas intraret ad aliquod officium domino regi pertinens excercendum. Et postea beatus rex Edward easdem libertates carta sua confirmavit, adeo libere sicut oculus possit videre vel cor cogitare.[2] Et postea a tempore quo coronatores primo provisi fuerunt in Anglia, omnes prædecessores sui usque nunc habuerunt coronatores proprios in terris suis prædictis, et per illos faciebant omnia quæ ad coronatores proprios pertinebant.[3]

Franchises granted by Æthelstán, confirmed by Edward the Confessor.

CONFIRMATION OF ST. JOHN'S HOSPITAL TO DAVID DE WOLLOURE.[4]

(MS. P.R.O. Patent Roll, 17 Edward 3, Part 2, Membrane 36.)

A.D. 1343. *Pro David de Wolloure*

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Inspeximus cartam quam Thomas quondam Ebor. Archiepiscopus fecit Deo et hospitali Sancti Johannis Baptistæ de Rypon' in hæc verba:—

(1) Aike, in the parish of Lockington, about twelve miles N. of Hull.

(2) The rimed charter for Beverley contains the lines 'Swa mikel fredom give i ye Swa hert may think or eghe sée.' In Beverley minster is an old picture of a king presenting to an archbishop an open roll with the words 'Als fre make I the as hert may thynke or egh may see.' The same words are quoted in a patent-roll of 4 Hen. IV. printed in the Monasticon, and see above, p. 81.

(3) In p. 65, l. 22, after 'Regi,' MS. has 'de placito,' and l. 23 *et returnum,*' &c., and so in each clause; l. 26, 'aquæ de Hull'; l. 27, 'emendaciones panis,' &c.; l. 28, 'wreccum maris et wayft'; p. 66, l. 1, 'Et similiter quo waranto,' &c.; l. 3, 'Torp, et alibi in terris suis in comitatu Ebor. sine licencia et voluntate nostra et prædictorum nominatorum regum Angliæ, et quo waranto,' &c.; l. 6, 'dicit quod clamat habere furcas apud Schyreburn', Wylton', Beuerle, et Ripon', tali waranto,' &c. This extract should have come into p. 66.

(4) This most important document ought to have come in after No. CXVI. p. 226.

'Thomas, Dei gracia Eborac. Archiepiscopus, omnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis, salutem. Sciatis me concessisse terram de Suthalrewic et Hafurecrofte hospitali pauperum in Rypon', pro amore Dei et Sancti Wilfridi, ad commune proficuum omnium Christianorum, et supradictas terulas[1] ab omni consuetudine clamo quietas. Quicunque pauperibus istis auxilium fecerit et misericordiam, misericors sit illi Deus, et benediccionem Dei et Sancti Wilfridi et nostri senciat, et remuneracionem in die judicii a præmiorum largitore Deo percipiat, Amen. Præter hoc, concedo ut annona supradictorum pauperum in molendinis meis nullam reddat multuram. Valete.'

Magistro Hospitalis Sancti Johannis Baptistæ de Ripon' de confirmacione.

Charter of Abp. Thomas II.

Inspeximus eciam cartam confirmacionis quam Turstanus quondam Ebor. Archiepiscopus fecit eidem hospitali, in hæc verba :—

'Turstanus, Dei gracia Eborac. Archiepiscopus omnibus sibi in Eboracensi Ecclesia canonice successuris, salutem. Nos, auctore Deo, illibata censemus servari, et præsenti cartula confirmamus, ea quæ ab antecessore nostro Thoma Secundo hospitali peregrinorum de Rypoun collata sunt, scilicet Suthalrewic et Hauerecropft, quietas ab omni consuetudine, et ut annona prædicti hospitalis ad molendinos ejusdem villæ sine multura moliatur. Hæc imposterum servantibus sit pax et salus. Amen.'

Charter of Abp. Thurstan, confirming the above.

Nos autem concessionem et confirmacionem prædictas, necnon concessionem, donacionem, confirmacionem, et warantiam quas Iuo de Mortemer per cartam suam fecit eidem hospitali, de terra illa in occidentali parte viæ versus Asmunderby quæ vocatur Berleteran, libera, quieta, et soluta ab omni sæculari servicio, in puram et perpetuam elemosinam.

Confirmation by the Crown of the above, and of grants of several benefactors.

Concessionem eciam et confirmacionem quas Galfridus de Larder, quondam canonicus Rypon' et custos operis ejusdem ecclesiæ, de concensu capituli sui per scriptum suum fecit eidem hospitali, de illo tofto cum domibus quod est ex opposito domus Gilberti de Mortemer, et ducit a domo Patricii Carpentarii usque ad antiquam portam dicti hospitalis ; tenendum eidem hospitali imperpetuum. Reddendo inde annuatim Roberto de Walretheyt et hæredibus suis procreatis ex Elena de Skreuyn uxore sua, duodecim denarios, et operi ecclesiæ Sancti Wilfridi de Rypon', duodecim denarios, pro omni servicio, exaccione, et demanda.

Donacionem insuper, concessionem, confirmacionem, et warantiam, quas Rogerus filius Radulphi, assensu et conces-

(1) For *terrulas.*

sione Galfridi quondam Archiepiscopi Ebor. per cartam suam fecit eidem hospitali, de tribus acris terræ insimul jacentibus in longitudine inter fontem de Asmunderby et Aldewyke, et de pastura pro centum ovibus in terra sua de Asmunderby; Habendum imperpetuum in quolibet tercio anno, in puram et perpetuam elemosinam.

The spring of Aismunderby.

Donacionem insuper, concessionem, et confirmacionem, quas Willelmus clericus de Rypon' per cartam suam fecit eidem hospitali, de illis domibus ex opposito dicti hospitalis, cum tofto et crofto, et omnibus aliis pertinenciis, quæ fuerunt Gunnildæ filiæ Thorphini Parmentarii, in puram et perpetuam elemosinam.

Parminter or tailor?

Concessionem eciam, donacionem, et confirmacionem quas Petrus filius Wymundi et Hawisia uxor ejus per cartam suam fecerunt eidem hospitali, de Broclandis, in longitudine et latitudine sicut idem Petrus eandem terram tenuit, liberam et quietam ab omni servicio et exaccione, in puram ét perpetuam elemosinam.

Broclandis.

Concessionem insuper, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Robertus nepos Roberti de Lann' et Alicia uxor ejus per cartam suam fecerunt eidem hospitali, de dimidia acra terræ in Rypon' versus Asmunderby ad Haukepotes, in puram et perpetuam elemosinam.

Haukepotes or Hankepotes.

Donacionem eciam, concessionem, confirmacionem, et warantiam, quas Alicia filia Thori per cartam suam fecit eidem hospitali, de dimidia acra terræ super Benehill in Rypon', in puram et perpetuam elemosinam.

Benehill.

Concessionem insuper quam Johannes de Hilton' per cartam suam fecit eidem hospitali, de quatuor solidis annui redditus exeuntibus de duobus toftis in Rypon', videlicet tribus solidis de tofto quod jacet inter toftum quod Guido A(u)rifaber quondam tenuit et curiam Archiepiscopi, et duodecim denariis de tofto quod jacet propinquius tofto quod Thomas le Toller quondam tenuit ultra Esegerbrige [1] versus austrum.

Esegerbrige.

Concessionem eciam quam Gunnilda filia Torphini per cartam suam fecit eidem hospitali, de decem et octo denariis annui redditus ad luminare in capella Beati Johannis ibidem, exeuntibus de tota terra ipsius Gunnildæ ultra Scel, cum ædificiis et omnibus pertinenciis suis.

Light in St. John's chapel.

Donacionem insuper, concessionem, confirmacionem, et warantiam, quas Rogerus filius Rogeri de Stodlay per cartam suam fecit eidem hospitali, de uno tofto in Stodlay versus

(1) Called 'Esgelbrig' in Chapter Acts, p. 265.

aquilonem, juxta fontem qui dicitur Corkeskelde, et toto prato quod traversat eundem toftum versus aquilonem, et viginti et quatuor acris terræ infra campos ejusdem villæ, cum communi pastura ad tantum terræ pertinente in eadem villa, in puram et perpetuam elemosinam, liberis et quietis ab omni humano servicio, et ab omnibus sæcularibus exaccionibus. **Spring called Corkeskelde.**

Confirmacionem eciam et warantiam quas Ricardus filius Rogeri de Stodlaya per cartam suam fecit eidem hospitali, de prædictis tofto, prato, terra, et pastura, in puram et perpetuam elemosinam.

Confirmacionem insuper et warantiam quas Willelmus filius Ricardi de Stodlay per cartam suam fecit eidem hospitali, de eisdem tofto, prato, terra, et pastura, in puram et perpetuam elemosinam.

Remissionem eciam et quietam clamanciam quas Ricardus filius Rogeri per finem in curia domini Johannis, quondam Regis Angliæ, progenitoris nostri, levatum fecit eidem hospitali, de viginti et quatuor acris terræ cum pertinenciis in Stodlee, unde assisa mortis antecessoris summonita fuit inter ipsum Ricardum et fratres dicti hospitalis in eadem curia. **King John's *curia regis*.**

Confirmacionem insuper quam Nigellus de Mubray per cartam suam fecit eidem hospitali, de terra illa de feudo suo in Stodlay quam Rogerus filius Rogeri vendidit canonicis de Rypon' ad opus prænominati hospitalis, libera et quieta imperpetuum ab omni exaccione et consuetudine et ab omni servicio, cum omnibus liberis consuetudinibus et libertatibus quæ ad terram pertinent in omnibus locis.

Concessionem eciam, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Adam de We per cartam suam fecit eidem hospitali, de uno tofto et duabus acris terræ in Stodleya Rogeri, cum omnibus pertinenciis et aisiamentis in communia villæ, in omnibus locis infra villam et extra, liberis et quietis ab omni sæculari servicio et exaccione. **Studley Roger.**

Concessionem insuper, donacionem, et confirmacionem, quas Adam de Vado[1] per cartam suam fecit eidem hospitali, de una acra terræ in Stodley, ad focum inveniendum ad opus pauperum ipsius loci, in puram et perpetuam elemosinam. **Adam *de Vado.***

Concessionem eciam, confirmacionem et warantiam, quas Gilbertus filius et hæres Willelmi de Vado per cartam suam fecit eidem hospitali, de omnibus terris et tenementis cum suis pertinenciis, aisiamentis, et libertatibus, infra villam de Stodley

(1) Perhaps 'of Wath,' near Ripon.

Roger et extra, quæ Adam de Vado avus suus dedit prædicto hospitali, in puram et perpetuam elemosinam.

Osbert of Kirklington.

Concessionem insuper, donacionem, et confirmacionem, quas Margareta filia Osberti de Kirlynton' per cartam suam fecit eidem hospitali, de duabus bovatis terræ in Stodley Rogeri, cum toftis et croftis, et cum omnibus pertinenciis, libertatibus, et aisiamentis, in omnibus locis infra villam et extra, liberis et quietis ab omni consuetudine et exaccione, et ab omni sæculari servicio, in puram et perpetuam elemosinam.

Concessionem eciam et confirmacionem quas Willelmus filius Ricardi de Stodley per cartam suam fecit eidem hospitali, de illis duabus bovatis terræ in Stodleye Rogeri, cum toftis et croftis, et cum omnibus pertinenciis et aisiamentis, et cum communi pastura ejusdem villæ, quas præfata Margareta dedit eidem hospitali, in puram et perpetuam elemosinam.

Richard of St. Omer.

Donacionem insuper, concessionem, et confirmacionem, quas Simon filius Ricardi de Sancto Homero per cartam suam fecit eidem hospitali, de illis quinque particatis terræ de Stodley quas Berner præpositus prius tenuit de Ricardo patre suo, in puram et perpetuam elemosinam.

Concessionem eciam, confirmacionem, et quietam clamanciam, quas Ricardus filius Rogeri de Stodley per cartam suam fecit eidem hospitali, de Willelmo filio Hugonis, cum catallis suis et tota sequela sua, imperpetuum.

Concessionem insuper, donacionem, et confirmacionem, quas Robertus de Creueker per cartam suam fecit eidem hospitali, de Willelmo filio Ricardi de Stodlaya et Langusa uxore ejus, liberis hominibus suis, cum uno tofto et una acra terræ, et pastura unius bovatæ terræ, et cum omnibus aisiamentis et libertatibus in villa de Stodley et extra ad eam pertinentibus imperpetuum.

Manumission etc. of a neif.

Manumissionem eciam et quietamclamanciam quas Wawayn filius Arturi de Westwic per cartam suam fecit eidem hospitali, de Roberto filio Fyn, cum tota sequela sua imperpetuum.

Concessionem insuper, quietamclamanciam, et warantiam, quas Willelmus filius Radulphi de Aldefelde per cartam suam fecit eidem hospitali, de Uctredo filio Rogeri Kide, hominis sui, cum tota sequela sua, imperpetuum.

Concessionem eciam et quietamclamanciam quas idem Willelmus filius Radulphi per cartam suam fecit eidem hospitali, de Eda filia Tore de Aldefelde, cum omnibus rebus suis et tota sequela sua imperpetuum.

Eda filia Tore.

Concessionem insuper, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Adam Anglicus de Stanleya et Theophania uxor ejus per cartam suam fecerunt eidem hospitali, de uno tofto et una bovata terræ de dominicis suis in Stanley, cum omnibus pertinenciis et aisiamentis et libertatibus infra villam et extra, in puram et perpetuam elemosinam. Adam English.

Donacionem eciam, concessionem, confirmacionem, et warantiam, quas Simon filius Gospatricii de Stanleya per cartam suam fecit eidem hospitali, de dimidia acra terræ in crofto suo de Stanleya, in puram et perpetuam elemosinam. Simon son of Gospatric.

Remissionem insuper et quietam-clamanciam quas Ricardus filius Simonis de Staynley per scriptum suum fecit eidem hospitali, de illis duabus bovatis terræ quas Matheus Forester per cartam suam dedit eidem hospitali, et quas Simon filius Kospatricii, pater ipsius Ricardi, dicto hospitali per cartam suam confirmavit, tam in dominico quam in serviciis, sine aliquo retenemento imperpetuum.

Concessionem eciam, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Walterus de Cluy(er)um per cartam suam fecit eidem hospitali, de una acra terræ in Cluy(er)um; habendum libere et quiete ab omni sæculari servicio et exaccione, in puram et perpetuam elemosinam.

Concessionem insuper, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Walterus filius Gileberti de Cluthrum per cartam suam fecit eidem hospitali, de dimidia acra terræ in Cluthrum; habendum libere, quiete, et solute ab omni sæculari servicio, exaccione, et consuetudine, in puram et perpetuam elemosinam.

Concessionem eciam, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Alanus filius Roberti de Cluth(er)um per cartam suam fecit eidem hospitali, de dimidia acra terræ in Cluth(er)um quæ vocatur Halpenyg' sub Graueleye, in puram et perpetuam elemosinam. Graueleye or Graueley?

Concessionem insuper, donacionem, confirmacionem, et warantiam, quas Andreas filius Roberti de Cluth(er)um per cartam suam fecit eidem hospitali, de quadam parte terræ suæ in Cluth(er)um, quantamcunque habuit super Gretberghe, jacente ibidem per duas parcellas, in puram et perpetuam elemosinam. Gretberghe.

Donacionem eciam, concessionem, confirmacionem, et warantiam, quas Rogerus filius Herberti de Munketon de assensu Radulphi fratris sui per cartam suam fecit eidem hospitali, de

Eavestone. una bovata terræ in Euestoun cum omnibus pertinenciis et aisiamentis infra villam et extra, in bosco et plano, in pratis et pasturis, et omnibus aliis ad prædictam bovatam terræ pertinentibus, libera, quieta, et soluta ab omni sæculari servicio, exaccione, et consuetudine, et ab omni re ad terram pertinente, in puram et perpetuam elemosinam.

Concessionem insuper, ratificacionem, et confirmacionem, quas prædictus Rogerus filius Herberti per cartam suam fecit eidem hospitali, de uno tofto in Eueston', juxta toftum Willelmi Spilletre versus aquilonem, cum pastura et aisiamentis ad prædictum toftum pertinentibus, quod Juliana mater sua in testamento suo dedit eidem hospitali, in puram et perpetuam elemosinam.

Resignacionem eciam, quietam-clamanciam, et confirmacionem, quas Radulphus filius Radulphi de Munketon' per scriptum suum fecit eidem hospitali, de illa bovata terræ cum pertinenciis in Eueston', quam Rogerus de Eueston' dicto hospitali per cartam suam dedit et confirmavit.

Donacionem insuper, concessionem, confirmacionem, et warantiam, quas Ricardus Vnderwawve de Rypon' per cartam suam fecit eidem hospitali, de duabus acris terræ et dimidia in Biscopton', in puram et perpetuam elemosinam:

Confirming clause. Ratas habentes et gratas eas pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto clerico nostro David de Wolloure, nunc Custodi hospitalis prædicti, et successoribus suis imperpetuum, concedimus et confirmamus, sicut cartæ finis et scripta prædicta racionabiliter testantur.

In cujus rei, etc.

Teste Rege apud Wyndesore xvij die Junii.

per breve de privato sigillo.

TESTAMENTUM DOMINI JOHANNIS ELYE.[1]

(Reg. Test. Ebor. ii. 510.)

A.D. 1427. Apr. 23. In Dei nomine, Amen. xxiij° die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo cccc° xxvij°, Ego Johannes Ely de Mepehale, vicarius in ecclesia collegiata Ripon', compos mentis et sanæ memoriæ, videns michi mortis periculum im(m)inere, condo et ordino testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ Virgini, et

(1) See p. 138.

Omnibus Sanctis, et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio Beati Petri Ripon'. Item lego meam optimam togam pro meo mortuario. Item lego quatuordecim libras ceræ circa corpus meum ardendæ nocte et die sepulturæ meæ. Item lego quinque vicariis, cuilibet eorum vj s. viij d. Item lego cantariis, videlicet domino Willelmo Bargh, domino Johanni Schirburn, domino Willelmo Spenser, domino Rogero Waren, domino Ricardo Tankart, domino Johanni Weston, domino Johanni Taverner, domino Willelmo Wirethorp', domino Roberto Rikeby, et Sacristæ, cuilibet eorum iij s. iiij d. Item lego cuilibet diacono ij s., cuilibet subdiacono xx d. cuilibet thuribulario xvj d., cuilibet choristæ xij d. Item lego cuilibet capellano non prænominato, infra parochiam vel extra, venienti ad exequias meas usque ad numerum triginta personarum, vj d. Item lego xij pueris, cuilibet dicenti psalterium, iiij d. Item lego triginta pauperibus, cuilibet dicenti psalterium Beatæ Mariæ, ij d. Item lego Johanni Serilson' eunti in villa cum campana, iiij d. Item lego ad ornandum altare et ymaginem Sanctæ Mariæ retro summum altare, vj s. viij d. Item lego ad ornandum in capella Beatæ Mariæ in ecclesia, vj s. viij d. Item lego successori meo in ecclesia Ripon', optimam meam capam, superpelliceum optimum, et amisium secundum, ita ut ipse juret sic dimittere suo successori, aliter non. Item lego lumini coram summo altari, iij s. iiij d. Item lego feretro Sancti Wilfridi, unum monile argenteum. Item lego summo altari unum coopertorium rubei coloris. Item lego magistro Johanni Souleby, unum pannum pinctum vocatum *hawlyng*.[1] Item lego xx libras monetæ Anglicanæ ad emendum duos antiphonarios cum cæteris processionariis ad quantum summa prædicta sufficiet, comparandos cum consilio vicariorum ad quos pertinebunt libri prædicti. Item lego pro sex almariolis emendis pro capis vicariorum imponendis, xl s. de quibus solvi præ manibus xvj s. viij d. Item lego Mariotiæ sorori meæ meum lectum optimum, videlicet unum coopertorium de *bukesyn* cum tribus *curtynges* de eadem, j tapetum, ij lodices, ij lintheamina, j *canvas*, j *pilwer*, j *selour*, j togam rubeam non pænulatam, cum capucio de eadem, j zonam argenteam secundam cum cultello deargententato, ij andenas, j patellam, j lavacrum pendens, j *chawfer*, par forci-

To the Vicars.
To the Chantry priests.
To the deacons, etc.
Altar and image of St. Mary behind the high altar, etc.
Books, etc. for the church.
Bequests to relatives.

(1) Halling, *i.e.* tapestry such as halls were hung with. 'The best *hallynge* hanged, as reason was, wherein were wrought the ix. ordres angelycall.'—'Bradshaw's Metrical Life of St. Werburgh, before 1500.' Ed. Chetham Soc. p. 61: Warton, ii. 377.

pum, j *skwnet*,[1] di. dus' *garnes* de *vessell* de *pewdre*[2] cum ij *chargiours*. Item lego Thomæ fratri meo, omnia terras et tenementa cum pertinenciis quæ habeo in Mepehale, sibi et hæredibus suis. Item lego eidem Thomæ, unam togam blod'. Item lego Agnetæ sorori meæ et hæredibus suis, omnia terras et tenementa quæ habeo in Wicheford. Et si contingat dictam Agnetem sine hærede de corpore suo legitime procre(a)to obire, volo quod tunc prædicta terræ et tenementa remaneant Thomæ fratri meo et hæredibus de corpore suo legitime procreatis. Tamen volo quod Thomas frater meus elegat utrum voluerit habere tenementum cum pertinenciis in Mepehale vel in Wicheforth. Item lego Nicholao clerico meo meam togam blod' pœnulatam cum cuniculis. Item lego Johanni coco nostro duploidem de *wirsted*, unum collobium de russeto. Item lego capellano celebranti pro anima mea et animabus parentum et benefactorum meorum per tres annos, xiiij li. et unam capam, superpellicium, et amisium, ita ut ipse sit ad horas canonicas in ecclesia diebus festivalibus auxiliando et supportando onus vicariorum, videlicet cantando et psalmonizando per tempus prædictum, nisi sit causa legitima impeditus. Item lego meum missale altari Sancti Andreæ. Item lego duo vestimenta eidem altari ad serviendum meo successori et capellano cantariæ. Item lego filio Roberti Chapman' de Ebor' unam togam russetam pœnulatam cum agnellis nigris. Hujus autem testamenti mei facio et constituo executores meos Johannem Westwyk capellanum et Marioriam sororem meam, ut ipsi disponant pro anima mea suo modo meliori, cum supervisione et auxilio ac consilio et supportacione Johannis Pigot armigeri. Residuum vero omnium bonorum meorum superius non legatorum, debitis meis et expensis funeralibus primitus persolutis, do et lego Marioriæ sorori meæ prædictæ. Hiis testibus, Willelmo Tanfeld, domino Roberto Aberwyk, domino Roberto Brompton, (510*v*) domino Thoma Skelton, et Roberto Wallerthate, et aliis multis. Dat. apud Ripon', die et anno supradictis; xxj° die Maii, Anno Domini M° cccc^{mo} xxvij°, probatum fuit præscriptum testamentum, et commissa administracio executoribus in eodem testamento nominatis, in forma juris juratis.

To his clerk.

To John the vicars' cook.

His missal to St. Andrew's altar.

(1) Or Skwuet?

(2) The meaning seems to be, 'half of a dozen set of pewter vessels. For 'garnish' see *Chapter Acts*, 179, 384. 'The new half garnysh of Pewter Vessell' occurs in an Exeter will of 1548. (Proc. Arch. Inst. xxx. 367.) A 'garnish' generally consisted of twelve (*Halliwell*). 'Garniamentum' seems to be used of a set of vestments in a Lichfield Sacrist's Roll.

CHANTRY OF THE HOLY TRINITY 'SUBTUS ALTARE.'

The latter part of the extract given in the note at p. 176 runs more fully thus:—'unam cantariam perpetuam de uno Capellano perpetuo divina in Ecclesia Collegiata prædicta pro anima dicti Johannis et animabus omnium pro quibus dictus Johannes exorare tenetur, ac animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinacionem ejusdem Johannis vel executorum suorum aut eorum aliquorum vel eorum alicujus in hac parte faciendam celebraturo imperpetuum, facere, fundare, erigere, stabilire, et creare possit et possint, statuto,' etc.

THE WILL OF BRIAN BATTY.[1]

(Reg. Test. Ebor. ix. 103.)

In the Name of God, Amen. The iij day of Marce in the vj yere of the Reign of Kyng Henry the viijth, I Brian Batty beyng of good mynd ordenyth this my last will in maner and forme folowyng. First I bequeath my saull unto Almyghty God and to His Blissed Moder Saynt Mary, and my body to be beried in Ripon' Church therby as my fader lyeth. I bequest my best horse and my white harnes to be offered for my mortuary. Also I bequeath v markes to the hie alter in Ripon' church for my tithes forgottyn. Item, I will that a preist shall syng for my soull vnto such tym John Ratclif and my heres have foundit a chauntre for to pray for both our saulles etc. Unto which chauntre I will my heres shall make estate of landys and tenementis to the valour of iiij markes by yere. Item I bequeath vnto iiij orders of freres of Yorke ichon of order xs. for iiij trentalles of messas for my soull. Item I bequeath to beldyng of the Rode house vjs. viijd. and to the North bryg iijs. iiijd., and Huwek briges iijs. iiijd. ,and to Long Calsey mendyng vjs. viijd., and xxs. toward mendyng of highe ways. Item I bequeath to too Massyndews in Ripon', either of them, xijd. Item, I will that xiij poore men have ychon of them a gown to pray for me. Item, I will that Ranold my bastard boy haue xviiij li. at such tyme as my son Rauf shal se in hym wisdome and (*he*) wil be advised in all causes after my son Rauf. If not, I wil he shal have no peny of the said xviij li. Item, I will that Alice (*my*) wyf have xl li. in allowaunce of ony parte she shuld clame. Item, I will that Alice

A.D. 1515. Preamble.

Provision till chantry be founded.

The Rood tower.

The two 'Massyndews.'

Relatives.

(1) Referred to p. 181, note 2.

Thomlynson shuld have xs. and to my sister childer xxvjs. viijd. And I will ichon of my brether in law haue a jacket of blake. Item, I will that every child that I cristyned[1] have vjd. that will aske it of my executours. Item, I will that Robert Ward have xs. I wil that Agnes Ripley have xls. The residew of all my goodes undisposed and my dettes paid, I gif and bequeath to Rauf my son, whome I make by this my last will my sole executor. And I make my brother Sir Robert to be supervisour of this my will. I will that a Messe and a Derige be said for my soull at Fonteunce, and they to haue xs. yerfor. I desire for God sake to be assoled of my lord of Fontaunce,[2] and (he) to have for the assolment iijs. iiijd. Item, I bequeath to Sir John Harlesey my curate iijs. iiijd.

Residuary legatee.

Assoilment at Fountains.

Et probatum . . 17 Apr. 1520, et commissa administracio . . . Radulpho Batty . . . et in forma juris juratus est.

(1) Acted as godfather to; this is a common bequest.
(2) Abbat Marmaduke Huby.

SMALLER ADDITIONS, AND CORRECTIONS.

P. 2, note 1 (and elsewhere), *for* Wilfrid, the ordinary form, *read* Wilfrith, adopted in this volume as nearer to the original form.

P. 4, line 10, *read* et vitam.

P. 6, line 22. For a notice of the 'Ripon Psalter,' see *Acts of Chapter*, vol. 64 of this series, p. 382.

P. 9, side-note, *read* endowments claimed.

P. 10, line 14 and note 4. 'Bibliotheca' here probably means a case to contain the Gospels, and not, as commonly, a Bible. See Ducange (last ed.). Some of the early Irish books of the Gospels have cases of great magnificence, while for simple protection, especially while on journeys, they had satchels (sacculi) or leather cases, which varied in size and execution. The ancient Irish Life of St. Columba distinguishes two kinds. 'For it was his custom to make crosses and cases [polaire], and satchels [tiaga] for books and all church furniture.' See Life of St. Columba in 'Historians of Scotland,' lib. ii. cap. viii., and Dr. Reeves's note, p. 269; also below, on lines 15-18.

P. 12. See Appendix, pp. 320, 321.

P. 12, line 21. For 'summa' some MSS. have 'fama'; so the Ripon Psalter, several of the antiphons in which are couplets out of Fridegoda.

P. 12, line 22. Semicolon at the end.

P. 13, line 1. We should perhaps read 'Picria neve tulit, *neu* dissologia rupit.' Nor did bitterness annul it (sc. his vow), nor dissimulation break it; then begin a new sentence.

P. 13, line 12. 'In cancellis,' within the rails or screen; see Ducange.

P. 13, lines 15-18. The sense of these lines is obscure, but we should doubtless read 'capsacibus,' and understand it of satchels for books. Fridegoda uses the same word for *reliquaries* in line 915, where the queen is rebuked for dragging them from the neck of Wilfrith:—

'Capsaces collo dempsisti immunda verendo.'

P. 18, note 2, and 19, note 3, *read* Berchtwald.

P. 18, note 2, line 7, *add* The form in Domesday, 307*b* (facsimile, p. xx.), is *Oustrefeld.*

P. 28, note 1, *read* Lections iii. and iv.

P. 45, note 5, *read* Capgravio.

P. 65, see 322, line 2, etc.

P. 81, side-note, *read* Sheriff's.

P. 83, note 1, *for* volume *read* work.

P. 87, line 33, to 'Oswyn,' append note, 'So by mistake for Oswyu.'

P. 100. Heading of No. XVI., *read* AISMUNDERBY.

P. 102, line 28. 'Castelot' is so in MS., it should be 'Casteloc.'

P. 103. Heading of No. XXI., *add* ?.

P. 119. Heading of No. XXXVIII., *read* GRANT.

P. 124, note 1, *add* p. 129, and autotype plate.

P. 128, line 13, *read* BAKHOWSE.

P. 137, line 6, insert comma after each 'Johanni.'

P. 138, line 23, to 'Ely,' append note, 'See Appendix, p. 328, for the Will of this Vicar;' and in line 32 and elsewhere, *read* hæredibus.

P. 144, line 38. 'Johannis *de* W.' is so in the MS.

P. 155, line 32, *read* numerandos.

P. 161, side-note, *read* 1368, and Pat. 42 Ed. III., etc.

P. 162, side-note, *read* Pat. 9 Henry IV., etc.

P. 181, note 2, *read* See Appendix, p. 331.

P. 184, line 32, *read* Radulphi.

P. 189, note, *for* 189 *read* 161.

P. 191, lines 10, 13, and 15, read Johanni Huberto.

P. 193, line 7, *read* Alicia.

P. 198. Date cir. A.D. 1300.

P. 199, line 29, append foot-note, 'These last sixteen can hardly have all been subdeacons.'

P. 200. Date cir. A.D. 1370.

P. 202. Date cir. A.D. 1300.

P. 203, *dele* cir. A.D.

P. 206, side-note, *read* Aismunderby.

P. 207. Date cir. A.D. 1370.

P. 217. Should have had a side-note, 'Archbishop Thurstan the supposed founder.' (He however only confirmed a charter of Archbishop Thomas II. See Appendix, p. 323.)

P. 222, side-note, *read* King's Bench.

P. 224, line 16. *Bak* is written in the MS. with a short loop, as if for *Bakes*; line 18, *read* lagenam; line 19, the word referred to in the note is 'peciam.' The MS. is slightly torn, and the early copyist has missed the tail of the p and misread the a. See 'Notes and Queries,' 6th S. v. 45.

P. 228, line 15, *read* Aistanby.

P. 229, line 15, period after 'ignorant.'

P. 240, marg. transfer 'm. 17' to end of previous line.

P. 247, 248, 250, 254. Names of witnesses should have been 'extended,' as in the rest of the charters.

P. 251, side-note, *read* Rotherham.

P. 260, line 24, *read* præposito.

P. 264, line 31, *for* Catteloc *read* Casteloc.

P. 276, note 1, *add* cf. Yks. Arch. Journal VII., 191, for this and other curious names.

P. 282, line 23, *read* Hoton.

P. 285, last line, *read* A(nno) R(egni) Hen. 4, 6°.

P. 288, side-note, *for* 1461 *read* 1481.

P. 289, line 33, *before* primo *insert* (vicesimo).

P. 299, note 1, *after* 1178 *insert* as we find in.

P. 307, line 4, *for* super, *probably read* supra.

In *Chapter Acts* (vol. lxiv.), p. 384, line 6 from end, *for* 1403 *read* 1503.

Index, for Burton Constable, *read* Constable Burton; Charterhouse, Hull, 230*n.*; Dalk, *dele* 'The'; Gobbett, Nich.; Hackney, 354*n.*; Lancaster, Duchy of, 341, 354*n.*; Magister scolarum, 181; Proctor, Eliz., W. 296*n.*; Scott, Sir W., 354*n.*; Sempringham, 230, 231, 353*n.*; Sondre (asunder), 330*n.*; Trental, *add* 230 and *n.*; Wainclowts, 373*n.*; Waller-quatt, 24; Wordesworth, Will., W., Joh., W., Nich., Eliz., 269*n.*

ABBREVIATIONS USED IN THE FOLLOWING INDEX.

ball.	for	ballivus.	mil.	for	miles.
can.	—	canonicus.	mr.	—	magister.
cap.	—	capellanus.	*n*	—	note.
cler.	—	clericus.	præb.	—	præbendarius.
dec.	—	decanus.	sen.	—	senior.
diac.	—	diaconus.	subthes.	—	subthesaurarius.
fil.	—	filius.	t.	—	testis.
gen.	—	generosus.	ux.	—	uxor.
jun.	—	junior.	vic.	—	vicarius.
jur.	—	juratus.	vid.	—	vidua.

A reference to a note commonly includes a reference to the text of the same page.

INDEX.

LONDON: PRINTED BY
SPOTTISWOODE AND CO., NEW-STREET SQUARE
AND PARLIAMENT STREET

,05